



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



813 E 42



108
3800
V1
Tramna, & calamitates,
non Mala,
sed
malorum Medicina,
mortis condimenta,
&
rudimenta optima
virtutis, ac sapientiae

Nisi perissem, perissem
Res aduersae compendium virtutis
& sapientiae. Simul enim &
docent, & exercent.

Plus Sapient, qui magna pati-
unt, q^m qui magnas res gerunt
Siquidem res aduersae aciem
mentis colligunt, secundae
distingunt



FRANCISCI
PETRARCHAE POE-
TÆ ORATORISQUE CLA-

rissimi de Remediis vtriusque

Fortunæ Libri I I.

*In quorum priore prospera fortuna refutatur: in
posteriore vero aduersa defenditur.*

Iam denuò accuratius quàm antea ab in-
numeris mendis repurgati & emendati.



LVGDVN
ARVD. CLEMENTEM BAYRIN.

M. D. LXXVII.



AD LECTOREM

EPIGRAMMA.



*Vi'n lector precto leni libellum
Thesaurum potius tibi paxare,
Cræsi qui superat, Midaue gazas.
Crassi diuitias, opes Luculli
Qui te perpetuò beare possit,
Fortune eximias procacis iras,
Falsas blandicias docens cauere,
Vitam & vinere sanctitate anita
Aequandam Curijs erunt quot, & sunt.
Hac remedia fortis utriusque
Petrarchæ, eximij illius Poëtæ,
Cui tantum tribuis vel in pendendis,
Compara, lege, perlege, amulare.*



FRANCISCI PE-
TRARCHÆ POETÆ ORA-
TORISQUE CLARISSIMI

de remedijs vtriusq; Fortune,

*ad Alexanem episto-
laris Prefatio.*

* *



CUM res, fortunâsque hominum
cogito, incertôsque & subitos re-
rum motus: nihil ferme fragilius
mortalium vita; nihil inquietius
inuenio. Ita cunctis animantibus naturâ mi-
ro remedijs genere consukuisse video, igno-
rantia quadam sui: nobis solis memoriâ, in-
tellectum, providentiam, diuinas ac præcla-
ras animi nostri dotes in perniciem, & labor-
em versas. Tam superuacuis enim semper
nec inutilibus modò, sed damnosis atque pe-
stiferis curis obnoxij, & præsentî torquemur,
præterito futurôque angimur, ut nil magis
metuere videamur, quàm ne quando fortè
parû miseri simus. Tanto studio miseriarum
causas, & dolorum alimenta conquirimus,
3 2 quibus

quibus vitam, quæ si rite ageretur, felicissima prorsus ac iucundissima rerû erat, miserandum ac triste negotium efficitur, cuius initium cæcitas & obliuio possidet, progressum labor, dolor exitum, error omnia. Quod ita esse, quisquis vitæ suæ cursum, acri iudicio remetiatur, intelliget. Quem quietum quæso? Quem tranquillum? Quem non laboriosum magis atque anxium diem egimus? Quod vnquam tam securum, aut tam lætum mane vidimus, ut nō ante crepusculum, sollicitudo, merorq; surriperet? Cuius mali & si ipsis in rebus multa insit occasio, nisi tamen nos fallit amor, nostri causa maior, siue (ut ingenuè fateamur) culpa omnis, in nobis est, ut verò sciam reliqua omnia quibus vndique trudimur, quod illud est bellum? quàmque perperuum quod cum fortuna gerimus, cuius nos poterat facere virtus sola victores? Nos ab illa volentes, scientesque desciuimus. Soli igitur imbecilles, exarmati, non æquo Marte cum implacabili hoste cōgredimur. quos illa vicissim, ceu leue aliquid, attollit ac deiecit, & in gyrum rotat, ac de nobis ludit, vinci tolerabilius foret, nunc etiam ludibrio habemur. Id verò quid aliud, quàm leuitas, & mollicies nostra fecit? Idopei visi sumus, qui pilæ in morem, huc illuc tam faciliè iactaremur, animalia æui breuissimi, solitudinis infini-

te,

tæ, quibus insciis. Cui puppim littori, cui animum consilio applicemus, pro consilio interim sit pendere, ac præter præsens malum, & à tergo quod doleat, & ante oculos semper habere quod terreat. Quod præter hominē, animantium nulli accidit, quibus præsentia evasisse plenissimam securitatem tribuit. Nobis ob ingenium & acumen animi semper quasi cum Cerbero tricipiti hoste luctandum est. Ut ratione caruisse prope melius in nosmetipsos, æthereæ naturæ præstatoris arma vertentibus, huic malo obstare subdifficile est, verustate iam & consuetudine radicato. Enitendum tamen in quam rem præter generosi animi conatum cui nihil est arduum, nihil inexpugnabile, & sapientum hominum crebra colloquia (quamvis id genus iam rareseat) & multò maxime iugis lectio ac per-vigil, scriptorūque nobilium monumenta profuerūt modò salubribus monitis consensus animi non desit, quem vnum in terris sanū consilij, viuum fontem asseuerare non verear. Quamobrem si vel plebeis scriptoribus pro affectu nudo, gratiam aliquando habitā scimus, si de pro eo, quod iter aperuisse sequētibz visi erant : quanta (oro te) gratia claris ac probatis scriptoribus est habēda, qui multis ante nos in sæculis terram versi, diuinis ingeniis institutisque sanctissimis nobiscum

viuunt, cohabitant, colloquuntur? Intérque
 perpetuos animorum fluctus, ceu totidem
 lucida sidera, & firmamento veritatis affixe,
 ceu totidem suaues, ac foelices aures, totidem
 industrij, ac experti nautæ, & portum nobis
 quietis ostendunt, & eò voluntatum nostra-
 rum lenta carbasa promouent, & fluitantis
 animæ gubernaculum regunt, quoad tantis
 procellis agitata consilia tandē sistat, ac tem-
 peret. Hæc enim vera philosophia non quæ
 fallacibus alis attollitur, & steriliū disputa-
 tionum ventosa iactantia per inane circum-
 uoluitur, sed quæ certis & modestis gradibus
 compendio ad salutem pergit. In hoc te stu-
 dium hortari, amicum fortē, sed profectò ne-
 cessarium non est. Nam te variæ lectionis,
 multiplicisque nopitiæ auidum fecerat for-
 tuna, quæ (vt aiunt) magnæ rerum partis im-
 perium tenet, turbido quodam, ac profundo
 negotiorum, & curarum pelago iactandum
 dedit. Cæterum non vt legendi ocium sic no-
 scendi desiderium eripuit, quo minus sem-
 per literatorum hominum delectatus ami-
 citia, & conuictu, & occupatissimis diebus
 ociosas horas quotiens licuit furatus quoti-
 die instructior, quotidie rerum memorabi-
 lium doctior fieri velles. Vbi illa qua nulli
 cedis memoria, sæpe te pro libris vti solitum
 ipse tibi sum testis. In quod si ab ineunte æta-
 te pro

te pronus eras, eo nunc putandus es pronior, quo serotinus, matutino viatore feruentior, atq; animo saltem promptior esse solet, quandoquidem hæc vulgaris est quærela. Crescere iter, diemque decrescere, quod utique nobis in hoc vitæ tramite accidit ad vesperam propinquantibus, & viæ multum superesse cernentibus. Non mihi igitur es hortandus, ut facias, quod semper auidissimè fecisti, admonuisse suffecerit, ut intendas animum, ne quæ te hinc humanarum rerum cura dimoueat, quæ pleròsque mortalium, post egregios labores, in ipsa consummatione maximorum operum auertit. Hoc adiecto, ut quia simul omnia, vel legere, vel audire & meminisse nō potes, vtilissimis quidem, & quando breuitas est amica memoriæ, breuissimis quoque te fulcias. Non quòd ego suadeam operiosa illa & maiora sapientiæ consulta negligere, quibus te in ordinario (ut ita dicam) fortunæ certamine tueare, sed ut his interim breuib; ac præcis; sententiis, quasi quibusdam expeditis atque cōtinuis armis, contra omnes insultus, omniemq; repentinum impetum hinc illinc iugiter sis instructus. Duplex enim est nobis duellum cū fortuna, & vtrobiq; quodam modo par discrimen: cuius non nisi partem vnicam vulgus nouit, eam scilicet quæ vocatur aduersitas. Philosophi, & si vtranque

nouerint, hanc tamen ipsam difficiliorem arbitrantur. Itaque notum illud Aristotelis in Ethicis suo iure diffinientis, Difficilius esse tristitia sustinere, quàm à delectabilibus abstinere. Quem secutus Seneca ad Lucillum scribens, Maius est, inquit, difficilia perstringere, quàm lata moderari. Quid dicam? Ausim ne tantos inter viros hiscere? Durū quidem, & temeritatis parata suspicio nouo homini vetusta tangenti. Hinc auctoritate igitur, hinc ætate promoueor. Sed alterius magni cuiusdam, & antiqui viri succurrit auctoritas. Neque enim impetrari potest, quin quale quidque videatur, & talem quisque de illo opinionem habeat. Marci Bruti sunt verba scribentis ad Atticum, quibus vix aliquid verius dici reor. Quid enim de re qualibet iudicare possum, nisi quod sentio? nisi fortè compellar, vt iudicio iudicem alieno, quod qui facit, iam non ipse iudicat, sed iudicata commemorat. Ego itaque reuerenter tantorum hominum, omniumque sic sentientium iudicia præteruectus, si de proprio loqui velim, scio quidem alias variè de virtutibus disputatum, neque semper difficilioribus principatum dari, neque fortuito vltimam inter virtutes locum obtinuisse modestiam, siue eam temperantiam dici mauis. Quantum tamen ad id de quo agitur, attinet difficilius

pro

prosperæ fortunæ regimen existimo quàm
 aduersæ, aliquantoq; fateor apud me formi-
 dosior, & (quod constat) insidiosior est for-
 tuna blanda, quàm minax. quod, vt sic opiner,
 non me scribentium fama, non verborum la-
 quei, modiq; sophismatum, sed rerum expe-
 rimenta, vitæq; strius adigunt exēpla & ma-
 gnum difficultatis argumētum raritas. Nam
 qui damna, qui pauperiem, qui exilium, qui
 carcerem, qui supplicium, qui mortē, & prio-
 res mortē graues morbos, æquo animo tuler-
 unt, multos vidi : qui diuitias, qui honores,
 qui potentiam, nullum. Ita sæpenumero me
 spectantem contra omnem aduersæ fortunæ
 violentiam inuictos ludo facili prosperior
 strauit, humanæque robur animi quod minæ
 non fregerant, inflexere blanditiæ. Nescio
 enim quomodo mox vt mitior esse cœperit
 fortuna, incipit mens emollita tumidior fie-
 ri, & suæ sortis oblivionem adiuncta prospe-
 ritate concipere. Neque de nihilo dictū est,
 iamque apud nostros homines in prouerbiū
 venit magni laboris esse, ferre prosperitatē.
 Neque à casu Flaccus ait. Bene ferre magnū
 disce fortunam. Difficilem nempe censebat
 artem, quæ nisi studio adhibito nesciretur.
 Cæterum Seneca ipse fortunæ partem illam,
 quæ sibi difficilior visa erat, & est haud dubiè
 prima fronte rigidior breui admodum ser-

mone perstrinxerat. Is libellus passim in manibus vulgi est. Cui ego nil addere, nil detrachere meditor, quòd & magnò ingenio confectum opus nostram dedignatur limam, & mihi meis rebus intento nec comere aliena, nec carpere est animus. Sed quoniam & virtus & veritas publicè sunt, neq; studium antiquitatis obesse debet posteritatis industriæ. Cui excitandæ atque adiuvandæ noscitur institutum, de hoc ipso tecum loqui aliquid quodq; ille Gallioni suo tunc præstitit, id Azoni meo nunc, quantum hoc defesso iam & occupato semper ingenio dabitur, præstare propositum est mihi: insuper & partem alteram ab illo, seu oblivione, seu iudicio prætermittam attingere. Vtique autè sciens pauca permiscui, non fortunæ, cuiuspiam, sed virtutis, aut vitij excellentiæ, aut defectus, quod & si extra propositum, ipsa quidem effectu tamen haud dissimili, & lætos quoque, mœstosq; animos factura viderentur. Quibus in rebus quo me gesserim ingenio, tu censebis occupationum memor ac temporis, qui paucissimis diebus cœptum perfectumque opus admirans videris. Ego solius fidei iudex sum. Studui hercle non ut vnum quodque mihi speciosius, sed ut tibi atq; aliis (si tamen alius quisquā hæc attigerit) utilius visum est conquirere. Denique finis meus, is qui semper in
 hoc

Hoc genere studiorum fuit non tam scilicet scribentis laus, quàm legentis utilitas, si qua ex me percipi, aut sperari potest ad id maxime respexi, ne armariū euoluere ad omnem hostis suspicionem ac strepitum sit necesse: quin mali omnis, & nocentis boni, atque viriusque fortunę remedium breue, sed unica confectum manu quasi duplicis morbi, ut non inefficax antidotum in exigua pixide omnibus locis atque temporibus ad manum. (ut aiunt) & in promptu habeas. Nam ut dixi, vtraque fortunę facies metuenda, veruntamen vtraque toleranda est. & hæc quidem freno indiget, illa solatio: hinc animi elatio reprimenda, illic refouenda, ac subleuanda. fatigatio. Hanc ergo varietatem cogitāti mihi, nō modò, cū de hoc vellem aliquid scribere, tu occurrebas dignus eo munere, quo vterque nostrum communiter vteretur, ut ait Cicero, sed etiam tu me solus ut scriberem excitabas, non quidem verbo, ut qui cœptorum mihi conscius sis tantorum, sed rebus ipsis, & in vtranque partē abundante materia. Multos in equuleo fortunę habitos, multos in deliciis scimus, multos magno impetu rotatos, nec scādentium desunt exempla, nec ruentium, nec sum nescius quosdā ex altiore fastigio prolapsos. Quorū Romani Imperatores, quot externi reges vel hostiū vel suorum

manibus

manibus è summo folio detracti vitâ simul,
 & imperium amifere? Anne omnia à vetu-
 ftate mutuemur, & exules nuper, & captiuos
 & in acie cæfos, & domi capite truncos,
 (quódque duriffimum relatu eit) & laqueo
 enectos, foedéque, laniatos reges nouimus?
 Tibi cui cor regium natura dederat, nec de-
 dit regnum fortuna, nec abstulit, at quem in
 cæteris illa tam variè egerit, vix quòd fciam
 nofta ætas inueniet. Iam imprimis valetudi-
 ne profpertima & corporis viribus dudum
 fretus, vſq; ad ſtuporem omnium qui te no-
 rant intra non multos annos ter deſperatus à
 medicis, ter vitam ac ſalutem tuam in ſolo
 medici cœleſtis auxilio poſuiſti, ſic ab illo
 tandem ſanitati redditus, vt penitus tuum il-
 lud priſtinum robur amiſeris, non inferiore
 miraculo dexteritatis eximie, atque inſolitæ
 grauitatis, vt qui olim penè æripes fueris,
 nunc accliuſ aut ſeruorū manibus equi ter-
 go impoſitus, aut humeris nixus lentis terræ
 paſſibus metiaris. Patria tua vno prope tem-
 pore te dominum vidit atque exulem. Ita ta-
 men vt nihil obſcurior exilio videretur. Nul-
 li fere noſtrorum hominum par principum
 fauor, nulli par fuit iniuria, vt cum paulo an-
 te certatim in amicitiam tuam niterentur,
 iidem ipſi de nulla alia re cōcordes, in tuum
 mox exitium quaſi communicato conſilio,
 conſpi

conspirarent. Et pars quidem tuum caput infidiis peteret, aut prius, ac gemmis, largifluisq; muneribus tot per annos propitiæ, ac sanctis fortunæ, & (quæ his omnibus grauior iactura est) amicis atque clientibus, vniuersaq; familia duris quidem, sed diuersis tormentorum, ac mortiu generibus spoliatum, pars quæ clementior fuit, illud ingens patrimonium, terras, homines, domos, oppida, invaderet, vt qui modò te viderant, mox è summis opibus ad inopiam redactû, ceu aliquod fortunæ prodigium mirarentur. Amicorum (vt dixi) pars periit. In superstiribus periit fides fugitq; (quòd assolet) cum prosperitate fauor hominum, vt dubitare posses an amicorum prius, an fidei fieres interitû. Accessit in medio rerum æstu ægritudo penè vltima, & tam morti proxima, vt quem viuere amplius non posse persuasum esset, extinctum fama vulgaret. Et hic morbus, hæc paupertas, hic laborum cumulus, pulsum patria, procul domo in alienis terris, ac laribus circumtonante bello, semiobscissum oppresserant, ne quod omnino interim tibi cum his amicis, si quos aut virtus fecerat, aut fortuna dimiserat, seu colloquij, seu literarû posset esse commercium. Nihil omnium præter carcerem defuit, ad mortē; quamuis nec carcer defuit, dum fidelissima coniunx, & pars tuorum

visce

viscerum nati omnes, natæq; ab hostibus capti essent, nullo prorsus tibi relicto solatio tantæ prolis. Nec mors, quidē, dum & tu secum assiduè luctareris, & vnus ex filiis iam tunc teneram, & insontem animam in carcere posuisset. Quid multa? impletum in te vno vidimus, quod de duobus summis viris Caio Mario, magnoq; Pompeio legimus, quid boni scilicet & quid mali possit haud vnquam læta tristibus miscentem in te, tuisque pignoribus secretim, explicuisse fortunam, cuius olim, quum blanditias non tam insolenter, vt plerique foeliciū, tum verò minas nuper atque impetum, tam forti, tñque inuictō animo tulisti, vt vel ob hoc vnum multis, qui antea tuum nomen oderant, te amandū, mirandūque præbueris. Habet enim hoc proprium virtus, vt in amorem sui bonos erigat, in stuporem malos. Idq; cū omnis virtus habeat, tum præcipuè fortitudo, cuius inter fortunæ turbines, ac tenebras rerum terribilium, & tranquillitas gratior, & lux ipsa conspectior est. Mihi verò non solum ad antiquum tui amorem quod impossibile factū rebar, multum nouæ beniuolentiæ adieceris, sed alio festinantem calamum, ad hæc non suo tempore scribenda deflexeris, vt & in scriptis meis animi tui vultum velut in speculo contempleris, & si quid ibi minus excultum

tum apparuerit, quod bona fide displiceat, ad hunc modum formes, atq; ita te instituas, vt seu solitis, seu nouis artibus, quæ innumera- biles ei sunt, tecum posthac fortuna varia- uerit, nulla te spes rerum turbet. Sed para- tus ad omnia, promptus ad singula dulcia pa- riter & amara despicias, fidentissimè ab ad- uerso Maronianū illud exclamans. Non vlla laborum ô virgo noua mi facies inopinave surgit. Omnia percepi, atque animo mecum antè peregi. Nec me fallit, vt in corporibus hominum, sic in animis multiplici passione affectis medicamēta verborum multis inef- ficacia visum iri. Sed nec illud quoque me præterit, vt inuisibiles animorum morbos, sic inuisibilia esse remedia. Falsis opinionibus circumuenti, veris sententiis liberandi sunt, vt qui audiendo ceciderant, audiendo consurgant. Ad hæc qui quod habuit libens egenti obtulit amico, quantulumcunque est pleno amicitie functus est munere. Animum enim spectat amicitia non rem, quæ parua li- cet, magni amoris indicium esse potest. Ego quidem, vt magnificum quodque tibi opto, sic quid aptius hoc tempore largiar, non ha- beo: quod si validum senseris, ipsa quæ pre- cium rebus facit, vtilitas commendabit. Sin inualidum, excusabit amor nostri. Sic autem ad legendum venies, quasi quatuor illæ fame- lores

fiore & confanguineæ passionē animi, spes, seu cupiditas, & gaudium, metus, & dolor, quas duæ sorores æquis partibus prosperitas & aduersitas peperere, hinc illinc humano animo insultent: quæ verò arci præsidet ratio, his omnibus vna respondeat, clypeoque, & galea, suisq; artibus, & propria vi, sed celesti magno auxilio circumfrentia hostiū tela discutiat. Ea mihi de tuo ingenio spes est, vt vnde victoria stet facile iudices. Non te diutius traham, sed vt propositum meum noscas, index operis epistola præmittenda erat, quam si ascribendam duxeris, vtrunque meriens videro, ne longior prefatio libellum breuem non aliter quàm prægrande caput, exiguum corpus premat. Nihil est enim sine mensura ac partium proportionē formosum.

DE AETATE FLORIDA DIALOGVS PRIMVS.

GAVDIVM, ET RATIO.

GAVDIVM.



ET Aetas florida est, multum superest vitæ. RATIO. En prima mortalium vana spes, quæ multa hominū millia & fecellit, & fallit. GAUDIUM. Florida est ætas.

est ætas. R A T. Inane gaudium & breue, si
 iste dum loquimur, arescit. G A V. Ætas inte-
 gra est. R A. Quis integrā vocet cui multum
 deest, & quantulum sit, quod restat, incertum
 est? G A V. Atqui lex est certa viuendi. R A T.
 Quis hanc legem tulit, aut quod istud legi-
 timum tempus est vite? Iniquissima verò lex,
 quæ non omnibus vna est. Immo tam varia,
 vt nihil incertius in hominū vita, quàm ipsius
 vitæ modus sit. G A V. Est tamē & modus ali-
 quis, & vitæ meta quam sapientes statuerunt
 viri. R A. Metā vitæ statuere, non qui accipit,
 sed qui dat illum Deus potest. Intellego autē
 septuagesimum, aut si natura potentior est,
 octuagesimum cogitatis annum, atque ibi
 metam figitis, quō prouectos maneat labor
 & dolor, nisi fortē longius spem promouit
 is qui ait, Numerus dierum hominū, vt mul-
 tum centum anni, quo, quàm rari veniant,
 videmus, sed vt sit omnium, quod paucorum
 est, quantulū tamen nunc etiam id est? G A V.
 Multum sane. Est enim iuuenū vita securior,
 & à senectute remotior & à morte. R A T. Fal-
 leris. Et si nil tutum homini, illa tamē pericu-
 losior vitæ pars, quam securitas nimia reddit
 incautam. Nil est alteri vicinius, quàm mors
 vitæ. Cum distantissimæ videātur contiguæ
 sunt. Semper illa præterlabitur. Semper hæc
 instat. Quocūque fugieritis presto est, & cer-
 uicibus

uicibus imminet. G A V. & Spes. Iuuenta nūc
 saltem præsens est & senectus absens. R A. Nil
 mobilius iuuenta, nihil insidiosius senectute.
 Illa non stat, mulcendóque fugiens abit, ista
 per tenebras, atque silentium pedetentim su-
 biens impruidos ferit, & dum longinqua
 fingitur, in foribus est. G A V. Ætas in ascensu
 est. R A T. Insidiosissimæ rei fidis. Ascensus iste
 descensus est. Vita brevis, tempus instabile,
 furtim nullo pedum strepitu inter somnum
 & iocos effluit, & O, si hæc temporum celeri-
 tas, vitæq; breuitas, ut in fine, sic in principio
 nota esset, nunc intransibis infinitum quid-
 dam, exeuntibus nihil, & quot sæcula vide-
 bantur, vix totidem sunt momenta. Sic tum
 demū fraus noscitur, dum vitari nequit: unde
 est, quòd sæpe frustra huic consulitur ætati,
 incredula simul & inexperta est, & contem-
 ptrix alieni consilij, inops sui. Itaque iuveni-
 les errores licet innumerabiles & immensos,
 his ipsis tamen occultos, & incognitos, quorū
 sunt, nil melius quàm senectus detegit, & dis-
 simulantium conniuentiumq; luminibus in-
 gerit, nec prius quod esse debuistis, aduerti-
 tis, quàm quod esse voluistis, effecti estis, sic-
 utque iam aliud non potestis. Quod si quis in
 tempore, aut per semetipsum intelligere pos-
 set, aut docenti credere, ille mihi vnus ex mil-
 libus præclarus, ac fœlix surgeret adolescens,
 nec

nec tam multis infractibus ageret vitam, cuius vnica tuta, & recta per virtutem via est. G A. Ætas indecerpta est. R A. Quomodo indecerpta est, quæ ex quo esse cœperit, assidue carpitur, & quæ minutissimis portiunculis, dum datur eripitur? Siquidem motu perpetuo cœlum rotat, momenta horas, horæ diem rapiunt. Is aliam diem trudit, isque alium, & nunquam quies. Sic menses prætereunt, sic anni, sic & ætas currit, & properat. Et ut Cicero ait, Volat. Quodque ait Maro, Celeres neque commouet alas. Ita ceu naui iter agentibus, nec sentientibus, qui vehuntur, sæpe nec cogitantibus finis adest. G A V. & Spes. Ætas incipiens, ab extremo procul abest. R A. Intra brevis viæ spaciū nihil est procul. G A. & Spes. At nulla pars à fine distantior quàm principium. R A. Nulla quidem, sed tunc rectè diceretur, quando omnes æquis spaciis viuerent. Nunc pluribus viis, & sæpius prima ætas in mortē incidit: quo fit, ut plerunque vicinior sit extremo, qui remotior videbatur. G A V. & Spes. Certe florētissima est ætas. R A. Et si ad hoc pauci animum aduertant, tamen ex quo loqui cœpimus mutatio aliqualis incescit, & modò per singulos syllabarum tractus, viæ aliquid excidit, aliquid de caduco ætatis flore subtrahitur. Quid autē quæso? Plus habet hic mollis, & nitidus adolescens, quam ille

b 2 durus,

durus, & squamosus senex, præter hūc, quem loquimur, ætatis breuem scilicet & caducū, immo assiduè cadentem florem? Vbi quid tam dulce, tam iucundum non inuenio. cū sciat dicto citius se futurum quod ille nunc est, vel si nescit insaniat, nisi fortè è duobus aliàs capitali simul supplicio addictis, ille fœlicior est habendus, qui nouissimè iussus est dare colla securibus, qui mihi quodammodo ipsa dilatione, miserior videatur: quam non est par horum conditio, & illorū, huic enim interuenire aliquid potest, vnde collegæ supplicium euadat, & viuat, Iuuenē senio eripere sola mors potest. Ad summam, paruo temporis in spacio non stat magna fœlicitas, & ingentibus animis breue nihil optabile est. Expergiscimini cōsopiti, tempus est, caligantēque oculos aperite. Assuescite iam tandem æterna cogitare, & amare, & optare, simul autem peritura contemnere. Condiscite ab his sponte discedere, quæ nobiscum diu esse non possunt, & animo illa relinquere antequam relinquamur. GAV. & Spes. Ætas est stabilis virēisque RAT. Mentiūtur, qui nescio quam ætatem stabilem dicunt. Nihil volubilius tempore: tempus verò est vehiculum ætatum omnium, & hoc stabile fingitis. O vanitas, nihil est stabile, nunc maximè reperis, &c.

De

G A V.

Forma corporis eximia est. R A T. Nihil
firmior est illa, quàm tempus cum eo ve-
niens cum eodem fugit. Siste si potes tēpus,
poterit forsan & forma consistere. G A V. For-
ma corporis egregia est. R A T. Fragili nite-
ris fundamento. Corpus ipsum vmbrae in mo-
rem præterit, tu momentaneum corporis ac-
cidens tibi mansurū spondes? Ruere queunt
accidentia stāte subiecto, nequeunt illo ruen-
te, non ruere. Atqui cunctis ex qualitatibus
quæ mortali cum corpore fugiunt, nulla ve-
locior quàm forma, quæ mox ut amœnum
flosculum ostenderit, ipsos inter oculos mi-
rantium, atque laudantium evanescit, brevis
hunc pruina percussit, levis hunc aura de-
cussit, subito vel inimicæ manus vngue de-
cerpitur, vel prætereuntis morbi calce depri-
mitur. Denique gloriare, & exulta, ut liber,
venit ecce magnis passibus, quæ te velo te-
nui latentem detegat, quanti esset forma vi-
ui hominis mors ostendit, nec mors sola, sed
senectus, & paucorum spatium annorum, im-
mo vel vnius lucis repentina febricula. Po-
stremò ut nihil externum incidat, per sese
stando durandòque consumitur, & in nihi-
lum redit, neque tantum gaudij veniens tu-
lit.

b 3

lit,

lit, quantum fugiens fert doloris. Hæc ni fallor, expertus erat aliquando formosus ille Romanus princeps Domitianus, qui amico scribens, scias inquit, nec grātius quicquam decore, nec breuius, quamvis etiā si durabile perpetuumq; naturæ donum esset, non intelligo, quid tantopere expetendum habeat iste non solidus, nec in ipso homine nisi superficie tenus fulgēs decōr, multaque stēda contegens, & horrenda, leuissimēque cutis obtentu, sensibus blandiens, & illudens. Veris igitur ac mausuris bonis delectari conuenit, non falsis, atque labētibus. G A V. Forma corporis elegātissima est. R A. Habes velū oculis, laqueum pedibus, alis viscū, haud facilē, seu vera discernere, seu virtutē sequi poteris, seu in altum euolare animo. multos ad honesta pergentes forma detinuit, detorsitq; contrariam in partem. G A V. Forma corporis mira est. R A T. Bene ais mira. Nam quid hac vanitate mirabilius? quot delectabilibus abstinent formosi iuuenes? quot suscipiunt labores? quanta sibi inferunt supplicia, vt formosiores non sint quidem, sed appareant, vnus formæ studio, & valetudinis, & voluptatis immemores? quantum verò inter commendandum tempus effunditur, quot honesta interim? quot vtilia, quot postremo necessaria negliguntur? Tuum igitur breue caducumq;
bonum

bonum, & inane gaudium, sine invidia tibi habeto. Habēs hostē tuum domi (quodque pēius est) delectabilem, ac blandum. Habes raptorem quietis, ac temporis, perpetuumq; tortorem, habes materiam laboris, vberri-
nam discriminum causam, fomenta libidi-
num, nec minorem querēdi odij, quā amoris aditum. Fies mulierculis forsan amabilis, odiosus viris, aut fortē suspectus. Nulla re magis quā forma corporea coniugalis ze-
lus accenditur. Nulla enim res ardentius ap-
petitur quā forma. Nulla animum mouere potentior, atque ideo nulla suspectior. G A V.
Forma corporis magna est. R A T. Solet hæc stultos adolescentes quo non expedit virgere, dum bono suo vt libitum, sic licitum frui pu-
tant, neque quid deceat attendunt, quæ sæpe iam multis acerbi, ac turpis interitus causa fuit. G A V. Forma corporis rata est. R A T. Ad breuissimum tēpus erit, quando oris habitus hic, colorq; mutabitur. Cadet flaua cesaries, reliqua albescēt, teneras genas, & serenā frō-
tem, squallentes arabunt rugæ, lätas oculo-
rū faces, & lucida sidera mœsta teget nubes, leue dentium ebur, ac candidū, scaber situs obducet atque atteret, vt non colore tantum, sed tenore alio sint, recta ceruix atque agiles humeri curuescent, guttur leue crispabitur, aridas manus, & recuruos pedes suspiceris

tuos non fuisse. Quid multa? Veniet dies, quo te in speculo nō agnoscas. Et hęc omnia, quę abesse multum existimas, ne quid improuisis monstris attonitus, non prędictum dicas. Hinc iam tibi si viuis dicto citius euentura denuncio, qui si mihi nūc credis, tunc te parcius miraberis transformatum. GAV. Interim forma clara est. RA. Quid hīc dicam breuius, quā illud Apuleij Madaurensis? Expecta paulisper & non erit. GAV. Forma corporis hactenus excellens est. RA. Quam mallē formā animi excellētem. Est enim & suā animę pulchritudo multo suauior certiorque quā corporis, & ipsa quoque suis legibus decore ordinis, atq; apta suarū partium dispositione subsistens. Illam optare, illi operam impendere dignū erat, quā nec dies lōga dētereret, nec morbus extingueret, nec mors ipsa. Nūc caduca miramini. GAV. Certē nunc saltem insolita forma est. RA. In hac vt in aliis multis optanda mediocritas. Sin hac tali forma, nec tibi placueris, nec nisi qua decet aliis placere curaueris vsusque fueris castē, sobriē, modestē, non exigua tuę laudis accessio est futura. GAV. Preclara facies: animum honestat. RA. Immo quidem probat, & sæpius in periculum trahit. Quid verō attinet gloriari, eo quod neque tuum sit neque diutius seruare possis, quod habuisse, nulli, proiecisse multis

multis gloriosum fuit; Mito alios. Spuriā
 non naturalis forma nobilitat, sed accersita
 deformitas. G. A. Vt virtus animi corporis for-
 mae iuncta sit studeo. R. A. Si id effeceris, tum
 demum verè mihi, tunc vndique fortunatus
 fueris, formāque clarior videbitur, & virtus
 gravior. Quāvis enim errare sibi visum esse,
 qui ait Gravior est pulchro veniēs in corpore
 virtus, scribit Seneca, mihi tamen iure repre-
 hensus videretur, si dixisset maior, aut perfe-
 ctior, aut altior. Nunc quia dicendo gravior,
 non rem ipsam, sed spectatū iudicia respicit
 non mihi visus est errare Vergilius, qui hoc
 ait. Et ad summā, vt nihil in se solidum habet
 formae gratia, nihil optabile, sic si vltro obue-
 nerit virtuti addita, neque vtriusq; de precio
 error sit, hāc illius ornamentū dici pariar, vel
 non inamēnū visui breue tamen ac fragile.
 Solam vero pōdus animi dixerim atque in-
 faustum trīstis insigne ludibrij.

De valetudine corporis. Dialogus III.

G. A. V.

Quid quod valetudo prospera est. R. A. T.
 Quicquid de forma modò diximus, re-
 petitum puta. G. A. V. Valetudo corporis forma
 est. R. A. T. En senectus ab aduerso mille mor-
 borū armata generibus, cōtra valetudinem.

b s interea

interea voluptas militat familiare certamen.
 G A V. valetudo corporis laeta est. R A. Incon-
 sulta incunditas quæque negligentes, & ir-
 cautos facere soleat possessores suos & sæpe
 morbos accersere quos valetudini propriæ
 diffidentis intentio declinasset. G A V. Valetu-
 do corporis bona est. R A. Bene utere. Alio-
 quin leue bonum: quoniam, & graue malum, si ut
 solita est, culpæ cuiuspiam causa sit. Multis
 periculosa, & pestilens sanitas fuit, qui tutius
 ægrotassent. G A. Valetudo corporis optima
 est. R A. Res pergrata, multumque utilis, seu
 corpore quid agendum, seu animo est. Sed ut
 quarundam radicibus herbarum inest vis ve-
 neni, quæ dum aliarum rerum immixtione
 purgata est, salubre poculum è pluribus fit,
 quod ex vno pestiferum fuisse. Sic corporea
 sanitas ne noxia sit habenti, non aliter quam
 adiuncta animi prospera valetudine tempe-
 randa est. Nusquam peius quam in sano cor-
 pore æger animus habitat.

De sanitate restituta.

Dialog. II II.

G A V.

Longa ægritudine liberatus gaudeo. R A.
 Gratiorem fateor sanitatem redditam,
 quam retentam. Ingratissimi mortales bona
 vestra vix aliter quam perdendo cognosce-
 tis, & perdita ergo vos cruciant & recuperata
 lætificant. G A. Gravissima febris me destituit.

R A T.

RAT. Gravissimas febres medici dicunt, quæ ipsis in ossibus & medullis æstuant. Quanto illæ sunt grauiiores, quæ in anima intus latent, his te maximè liberatum velim. **GAV.**

Ægritudo abiit. RA. Ægritudo præsens sæpe profuit, dum debilitatis viribus corporis, animæ sanitatem peperit. Consequenter igitur, & digressa nocuit, & animæ lumē imminuit, & corporis auxit insolentiam: quauis mala, quauis pessima ægritudo videatur, optabile malum, tamen, quod mali remedium sit maioris. **GAV.** Tandem ægritudo longior finem habet. **RAT.** O stultissime, sic tu reris mortem effugisse ad quam curris assidue? nunc propinquior morti es, quam dum illi contiguus videbaris. Irremeabile vobis est iter, neque vlla eius in parte subsistitur, neque diuersorium, neque lentior vsquam gressus, & somnus, & vigilia, & labor, & requies, & morbus, & sanitas, æqui sunt gradus ad mortem. **GA.** Ancipiti ægritudine absolutus sum. **RA.** Creditricem habes infallibilem, dilata solutionis dies est, sed non cessa ratio. Habes ægrotare iterum & mori.

De viribus corporis. Dialog. V.

GAV.

Virium satis, immo multū contigit. **RAT.** Quæ de forma ac valetudine dicta sunt relege,

relege. Similium similis disciplina est. G A V.
 Multum est virium. R A T. Vide ne quid ag-
 grediare virium fiducia, quo imbecillis ap-
 pareas. G A V. Abunde est virium. R A T. Tauri-
 na gloria. G A V. Plurimum est virium. R A T.
 Pluſculum elephanti. G A V. Virium nimis est.
 R A T. Facile crediderim id quidē, Super ex-
 cessus autem in vitium vergit, seu ipsum est
 vitium. G A V. Nimis est virium. R A T. Nimie-
 tas hæc si ad mediocritatē redeat bene erit.
 Quid si ad defectum tranſeat? Quid si hoc
 robur fragilitas insignis excipiat? Crede mi-
 hi nullæ tantæ vsquam corporum vires, quæ
 vel labore immodico, vel morbo acri, vel
 cuncta vincente senio frangantur. Infatiga-
 bilis & inuicta vis animi est. G A V. Ingēs ro-
 bur est corporis. R A T. Nemo Milone robu-
 stior, clariores multi. G A V. Vastum, & præ-
 ualidum corpus est. R A T. Præstantissima re-
 rum virtus mole corporea non eget in ani-
 mis habitans. G A V. Nihil his viribus diffici-
 le. R T. Immo impossibilia permulta, atque
 illud imprimis, vt qui in corpore spem posuit
 in altum scaudat. G A V. Iam supra hominem
 vires sunt. R A. Hac in re qui superior cun-
 ctis hominibus euaserit, multis tamen ani-
 mantibus inferior erat. G A V. Nihil his viri-
 bus metuendum. R A T. Immo nunc maxime.
 In magnam enim virium fiduciam magnis
 viribus

viribus accingitur fortuna, & interdum ex æquo congredi indignans, vt ostendat quam fragile animal est homo (dum sibi etiam robustissimus videtur) gigāteos viros leui prælio confecit. Herculem ab omnibus inniētū vis latentis mali vicit. Milonem ipsum cunctis celebratum, & cognitum palestris, arbor vna detinuit, lacerandumq; feris obtulit. Sic robur illud eximiū sine exemplo fissæ quercus robori impar inuentum est. Tu viribus tuis fidis? G A V. Vires immensæ suppetunt. R A. Omne immēsum laborat mole sui. G A V. Vires in augmento sunt. R A T. Natura ferme rerum omnium hæc est, vt cum ad summam peruenerint, descendant, idq; non æquo gressu. Ascensus enim lentior, descensus præceps. Hæ quoque vires cum crescere desierint, nō consistent, & primò quidem clanculum, pòt apertius tandē ruent. Omnes res mortalium præter animum solum æquè fugiūt, sed non æquè omnium fugæ vestigia apparent, nisi forte minus cuncta animalia, quæ vel tenebris vel tacito repunt nissu, vel quoniam id quoque traditur, itineris indicium caudis præmunt. G A V. Corporis mei viribus glorior. R A T. Quid faceres tuis? Cogita verò quantarum ipse sis virium, istæ enim non tæ sunt, sed hospitij, immo carceris vires tui. Vanum est autem cum ipse sis fragilis, forti habitaculo

culo (dicam melius) forti aduersario gloriari. G A V. Viribus meis lætor. R A T. Quid hic dicam? nisi poëticum illud? Non longum lætabere, inq; lætitiæ locum veniente querelæ. Meministi, vt is ipse tam validus, quem bis modò memorauit de suis viribus in fenestute conqueritur.

De velocitate corporis. Dialog. VI.

G A V.

Sed pernicitas multa est. R A T I O. Refert quoniam cursus intendatur, multos sua velocitas in exitium tulit. G A V. Pernicitas mira est. R A T. Carrite mortales vt libet, cœli velocitas vos præcurrit, & ad senium & ad mortem applicat. Illud vobis cursum eripiet, motum illa. G A V. Pernicitas summa est. R A. Eò tēdit, vbi desinat. G A V. Pernicitas inaudita est. R A T. Illo properat vbi tarditas multa erit. G A V. Pernicitas infinita est. R A T. Sit quanta libet, vbi se exerceat non habebit. Si quidem puncti vicem terra omnis obtinuit. G A V. Pernicitas inestimabilis est. R A T. Hęc ingenij laus est, cui maria, & cœlum, & æternitas, & naturæ spacia, recessusque, & archana rerum omnium patēt. Corpus puncti momentique ambitu circumscriptum, quo sua pernicitas latura, atque vbi depositura est. Nonne

Nōne enim vt latiffimè pateat hoc fpatiū,
 feu temporum, feu locorum, nihilominus
 quocunque fe flexerit ad fepulchrum currit?
 Illæ falkem anguftiæ fine vllis, aut aftrologi-
 cis coniecturis, aut geometricis demonftra-
 tionibus notæ funt. Ita eò curritur, vbi perfe-
 ctè nō curritur. G A V. Incredibilis mihi mo-
 dō pernicitas eft. R A T. Cūm omnes homi-
 nes excefferis, fepulchrum non æquabis. G A.
 Pernicitas fupendæ eft. R A T. Hæc plerofq;
 pendentibus, & præruptis locis comitata pla-
 no calle deftituit, quofdam per propugnacū-
 la turrium, per antennas nauium, per confra-
 gia montium innocuè volitantes, poft leui
 pedis offendiculo in via publica prolapfos
 extinctosque nouit ætas noftra. Anceps eft
 contraque naturam infueta grauium corpo-
 rum hæc leuitas, volucrẽmque hominẽ non
 diu factura. Nam & fi inoffenfa procefferit,
 fefla tamen citò definet, breue robur homi-
 nis breuiorque pernicitas. G A V. Valde nunc
 agilis fum. R A T. Et afellus agilis iuuenta, &
 fenio piger pardus. Spacio leuitas ingraue-
 fct. Prima ætas ftimulos habet, frenos vlti-
 ma. Quicquid es non eris diu, & fi efle cupis,
 cura vt fis bonus. Seniũ virtus fola nō metuit.

De ingenio. Dialog. VII. G A V.

ET ingenium eft velox. R A T. Ad virtutes
 vnam. Alioqui quo velocius, eo propius

pius ruinæ. G A V. Ingenium expeditum est.
 R A T. Si & bonis artibus applicabile, preciosa
 animi supellex. Si minus, onerosa, periculosa,
 laboriosa. G A V. Ingenium peracutum est.
 R A T. Ingenij non acumen, sed æquabilitas,
 atque constantia, verâ laudem & perpetuam
 merentur. Quorundam acumen tenui cuspi-
 de frangitur, primoque molimine deficiet.
 validissima etiam si ad ultimum extenuetur,
 infirma sunt, sic robur omne tenuitas atterit.
 G A V. Acutissimum ingenium est mihi. R A.
 Nihil sapientiæ odiosius acumine nimio.
 Nihil vero philosophanti molestius, quam
 sophista, ideo inuisam Palladi finxere vete-
 res araneam, cuius subtile opus ac tenues te-
 læ sunt, sed fragiles, nulliq; vsui. Ut mucronis
 ergo sic ingenij acies sit, non penetret modò,
 sed subsistat. G A. Promptum & versatile in-
 genium est. R A T. Hoc Mar. Catoni Censo-
 rio tributum est, quòd literis simul atque ar-
 mis, bellicisq; omnibus & vrbis, ac rusti-
 cis artibus æquè foret idoneus, quod ex par-
 te græci suo tribuunt Epaminundæ, Persæ
 autem Cyro. Tuum hoc versatile quonam
 vergat, neu versutum sit, nève aliquid non
 agile, sed leue potius & inconstans habeat,
 caueto. Aliud est enim non posse consistere,
 aliud facile ire posse quo velis. G A. Ingenium
 est excellens. R A T. Multum refert quo in ge-
 nere

nere excellas. huius enim quoque verbi significatio vaga est, verumq; est, vbi intēderis ingenium valere. Malo igitur ingenium bonum quam excellens, quod illud in malum flecti nequit, hoc in diuersa volubile est. Nam & Crispus Lucium Catilinam, magna vi animi fuisse ait, sed ingenio malo, prauoque. G A V. Ingenium magnum est. R A. Bonum cupio & modestū, magnitudo sola suspecta est. Sæpe magnum ingenium, magnorum initium malorum fuit. Raro autē magni errores, nisi ex magnis ingeniis prodire.

De memoria. . Dialogus VII.

G A V.

MEmoria ingēs data est. R A. Ampla ergo domus tædij & atrium fumosarū imaginum, vbi multa displiceāt. G A V. Memoria est multarū rerū. R A T. Multis in rebus pauca delectant, plurima cruciant, & sæpe delectabilium molesta recordatio est. G A V. Rerum adest variarum memoria. R A. Si bonarum, bene, Si malarum, quid hinc gaudes? parum ne triste est, vel tulisse mala, vel vidisse, nisi vel quotidie recurrerent, vel sub oculis sint semper? G A V. Memoria diuersarum rerum suppetit. R A. Et culparum, & delictorum, & scelerum, & ignominiarum, & repulsarum, &

c dolo

dolorum, & laborum, atque discriminum, quanuis huic vltimæ voluptas quædam (vt aiunt) sit adiuncta memoriæ. In quo tamen intelligitur non tam præteritorum malorum cogitatio, quam præsentis boni delectatio fructuanda esse. Itaque neminem laboris, ac periculi meminisse iuvat, nisi quietum, aut securum, paupertatem lætè meminit. Sed diues, morbum: sed incolumis, sed liber, carcerem: sed solutus, vincula: sed reuersus, exiliū. Sola ignominia memoria in mediis licet honoribus tristis est. Adeo nihil delicatius, vel inetrabilius, quàm fama. G A V. Memoria multiformis est, & multorum temporum. R A. In recordatione multiplici multiplex molestia. Quædam nempe conscientia vellicant, quædam pungunt, quædam vulnerant. Alia confundunt, alia exterrent, alia deiiciunt. Vnde fit vt memorantium ora rubor, pallorque vicissim in silentio occupet, quod pessimis hominum plerumque accidit, incessusque sit varius, vox incerta, & quæ sunt eiufinodi animi memoria laborantis indicia. G A V. Memoria prompta est. R A. Mallem, voluntas pia, castumque desiderium, & honesta consilia, & actus innocui, & vita probri nescia. G. Memoria apprime tenax est. R A. Vnde hæc igitur obliuio cœlestium præceptorum, quæ tam pauci sunt numero? Vnde obliuio Dei vnus?

vnus? Vnde obliuio suimet? G A V. Memoria
 admodum tenax est. R A. Terrenarum &
 inutilium rerum credo. quoniam vero, & quò
 vaga hæc volatilisque memoria? quæ cum
 cœlum, terramquæ peragrauerit in seipsam
 nesciens reuerti, quod vnum necessarium, ac
 salubre erat, obliuiscitur. In qua ei si forte
 aliquid delectationis interdum, sæpe tamen
 anxietatis est plurimū. Nec immerito, The-
 mistocles cum ei quidam memorandi artem
 à Simonide tunc inuentā polliceretur, Malle
 se ait obliuionis artem quam memoriæ di-
 scere. Et licet hoc ille suo quodam iure re-
 spondisse videatur, vt qui naturæ dono illo
 supra fidem excelleret cuiusque memoriā
 innumeræ quidem rerum, atque verborum
 imagines prægrauarent, ferè tamen omni-
 bus conuenit, ita omnes & dediscenda' disci-
 tis, & discenda dediscitis. In his tantum quo-
 rum utilis esset obliuio, memoriā exercen-
 tes, inque id naturæ finibus non contenti, in-
 saniam arte laxatis. G A V. Memoria omni-
 potens est. R A. Titulus hic vni suus est deo.
 Multipotens dicere voluisti. Siquæ tamen in-
 signis memoriæ vis est (quod omni curiosi-
 tate melius fuerit) damnosa reiiciat, stringat
 vtilia; neque tam sedulo, quæ delectent ag-
 greget, quam quæ prosint. G A V. Memoria
 optima est. R A. Optimo nihil est melius,

quòd si fidem dicto quæris, vt in optimis te memorem præbeas oportet. Memento peccati tui, vt doleas, memento mortis vt desinas, memento diuinæ iustitiæ vt timeas, memento misericordiæ, ne desperes.

De eloquentia. Dialogus IX.

G A V.

AT præclarum est eloquium. R A. Magnum fateor instrumentum gloriæ, sed anceps, cuspidè gemina. Et hoc quoque qualiter vti scias refert plurimum. G A V. Eloquium torrens est, & rapidum. R A. Haud ineptè quidā stulti, atque improbi eloquentiam furiosi gladio æquiparant, vtrunque enim publicè inermem esse expedit. G A V. Eloquium clarum est. R A. Clarum aliquid variè dicitur, clarus sol, clarum incendium. G A V. Præfulgidum eloquium est. R A. Et lugubres comete, & infesti gladij, & hostiles galeæ fulgent, vt fulgor eloquentiæ gloriosus sit, sanctitate & sapientia tèperetur. G A V. Copia eloquij ingēs est. R A. Si quidem iuncta modestiæ magnum aliquid supraque communem hominum mensuram non inficiat, Alioqui mutum esse præstabat. G A V. Eloquentiæ satis est. R A. Satis eloquentiæ parum sapientiæ fuisse in homine illo scelerati

stissimo apud Crispum legis: neque is quidem gloriam eloquentiæ quæsiuit illā, quam altiore iudicio non eloquentia sed loquacitas illa fuit. Verus enim orator hoc est eloquentiæ magister nisi vir bonus esse non potest. Quod si bonus & sapiens putabas ad oratorias laudes perfectūque munus eloquentiæ, hunc verborum imperum, qui sæpe procacibus atque inuerecundis vberior est siue hanc ipsam etiam dicendi peritiā satis esse, fallebaris. Linguae volubilitas, atq; verborum copia, & ars etiam quædam sceleratis piisque communia esse possunt. Id quod quæris bonorum est, non omniū quidem sed paucissimorum, ita ut mali omnes huius laudis extorres sint, ad quam scilicet animi bona, quibus carent, virtūs & sapientia requiruntur. Quod ut sic esse nō intelligas dicam, Sed memineris duarum, de quibus loquor, rerum. diffinitiones in mentem redeant quarum altera Catonis, Ciceronis est altera. Ille ait. Orator est vir bonus dicendi peritus. Iste autem, Nihil est inquit, aliud eloquentia, nisi copiose loquens sapientia. Ex his vides ad oratoris, atque eloquentiæ essentiam, & bonitatem & sapientiam exigi, nec tamen sufficere, nisi & peritia adsit, & copia. Ita ut primæ illæ duæ virum bonum sapientemque duntaxat, hæ autem solæ nec bonum, nec sapien-

tem, nec eloquentem quidem efficiat, sed lo-
 quacem. Omnes verò coniunctæ perficiant
 oratorem, eiusque artificium, quod profecto
 rarius atque altius est, quam putent qui in
 multiloquio situm sperant. Tu ergo si orato-
 ris nomen, & eloquætiæ veram laudem qua-
 ris, virtuti & sapientiæ primum stude. G A V.
 Eloquentia plena atque perfecta est. R A. Ple-
 no atque perfecto nihil deest, deerit autem
 multum si præmissa defuerint. Ante igitur
 quam de vniuerso pronuncies hoc vnum ta-
 citus tecum volue. G A V. Eloquentia summâ
 est. R A T. Supra summû nihil est, his ergo ces-
 santibus iam summa non erit, sed caducum
 quiddam & informe, cui fundamētum fasti-
 giumq; detraxeris. G A V. Eloquentia dulcis
 & ornata est. R A. Dulcedo & ornatus iste ne-
 scio quid blandû, seu dolo sum, non virile nec
 syncerum præfert, sed non pluris est apud re-
 ctos iudices suavis & cōpta viri fallacis ora-
 tio, quā vel meretricis fucus vel mellitû vi-
 rus, vel frenetici robur, vel auari aurû : quic-
 quid est, quāuis appareat, ac mulceat si prin-
 cipium essentiale defuerit, nihil penitus aut
 nihilo proximum videri debet. G A. Eloquen-
 tiæ fiducia magna est. R A. Magna sæpe fidu-
 cia magnis periculis viâ fecit. Vt animû at-
 tollat, atq; adiuuet, frenû accipiat, sese porit,
 quid agendû iustat, examinet, absit insolētia
 pariter

pariter & contemptus. Sin progressa liberius
 viriū obliuisci cœpit, iam non fiducia sed te-
 meritas & audacia est, quo nihil est à sapiētia
 remotius: hæc in rebus omnibus agēdis vt a-
 spectu preciosior, sic affectu periculosior
 ignauia est. Illa enim domi pigros & inglo-
 rios tenet, hæc impellit ardētes, & quos æsti-
 mabatur promotura præcipitat, hæc sæpe bel-
 lacissimos viros ostendit imbelles, cautiissi-
 mos probauit incautos, vtq; ad te redeā, qui
 disertissimi videbātur infantissimos patefec-
 cit. G A. Eloquētia ingens est. R. Vt sit historico
 fides, inter vitia infinita eloquētiā habitasse,
 veriq; locū teneat authoritas, neq; dubiū sit,
 quod eloquētię princeps ī rhetoricis scribit,
 eloquentiā sine sapiētia esse nō posse, quæ vt
 liquet superioribus aduersatur. Ista tamen
 quolibet modo sumpta eloquentia certē quo
 maior, eo dānosior funestiorq; si sola est, G A.
 Eloquētia singularis est. R A. Hæc est quę sin-
 gulares viros & Græcorū & nostros in pernī-
 ciem traxit, quod ita esse Demosthenes &
 Cicero & Antonius nō negabūt. G A. Eloquentia
 plausibilis est. R A T. Si innocenter absque
 iactantia vtare. Vix vlla re citius multitudi-
 nis amorem tibi cōcilies, & gloriam quæras,
 si quo, nisi meræ virtutis, artificio quæri po-
 rest. Sin arrogāter atq; improbē, per facile tibi
 discriminē & multorum odia tibi conflaueris.

Sapientis dictum est cuiusdam mors & vita
in mantis linguæ. Non vnus verò tantum
hominis, sed multorum quorundam linguæ
rotas euertere res publicas, euertereque. Pe-
ssimum nocētissimumq; hominis mali men-
brum, lingua est. Nil hac mollius, nil durius.
G A V. Eloquētia sonora est. R A. Et sonorum
fulmen. G A V. Eloquētia florida est. R A. Et
floridum aconitum. Denique versa vt libet
& reuersa, & gloriæ habes viam arduam, &
inuidiæ pronam valde.

De virtute. Dialogus 2.

G A V.

NUnquid non saltem licet de virtute
gloriari? R A. Vt liceat, in illo tantum
licet, qui virtutis & omnis boni auctor solus
atque largitor est. G A V. Magna est animi
virtus. R A. Vide autem ne quò maior credi-
tur, minor sit. G A V. Spectata virtus in rebus
dubiis est. R A T. Proprium est virtutis, non
quid actum, sed quid agendum sit, nec quid
adsit sibi, sed quid desit attendere, vnde est
vt sæpe illam non de quæsito gloriantem,
sed de quærendo sollicitam videamus. Di-
cerem, si liceret, auaram, aut certè auaritiæ
similem esse virtutem. Iugiter fitit, quotidie
inardescit, quo plus quæserit eò sibi paupe-
rior

rior videtur, & plus appetit. Nullus ei desiderij modus est. Nullus sat magnus cumulus meritorum. G A V. Virtus supra humanum mōrem est. R A T. Vereor ne superbiæ sit ista professio, non virtutis. G A V. Virtus longè clarissima est. R A T. Fundamentum veræ virtutis humilitas, nec tâta claritas vlla est, quam elatio non obscuræt. Scit ille qui clarissimus creatus, seque ipsum efferens, non obscurus tantum, sed princeps meruit fieri tenebrarum. Quod si illi accidit, quid alij de se sperent? G A V. Virtus eximia est. R A T. Non solet esse virtus iactatrix aut miratrix sui, sed imitatrix alieni. Itaque semper anhelans semper altius aspirâs, dum se comparat parupendit. G A V. Virtus consummata est. R A. Nunquam hoc virtus de se iudicat, nō confidit, nihil arrogat. Scit hoc tempus esse militiæ non triumphî, atque ideo nunquam torpet, & semper in actu est. Semper quasi nunc incipiens accingitur, quæ omnia perfecisse se neque vndique consummatam credit. Crede mihi non est virtus, error est virtuti obuius, atque aduersus. Quisquis ad summam peruenisse credit, in hoc primum fallitur, quod vbi credit esse, nō est. Deinde, quod illuc ferentem viam aberrando deserit, dumq; quod non habet anticipat, quod habere potuisset sponte sua negligit. Si

c s qui

quidem nil tam profectui aduersum, quam perfectionis opinio. Nemo studet agere, quod peregrisse se putat. Error hic sæpe magna parantibus obstitit, iamq; alta prestantibus. G A V. Virtus pro humana capacitate plena est. R A T. Si omnem vitam ante oculos ponis, perq; dies singulos actuum, ac verborum, & cogitatum rationē à te ipso, exigis incorruptus rerum arbiter tuarum, videbis quantum vacui in anima sit, quantum vitia occupent. G A V. At saltem communis, & mediocris est virtus. R A T. In rebus altissimis vix mediocritas locū habet: verū habeat, non tamen hæc gaudij materia, sed laboris ac studij est. Nam quod ad summam disponitur donec eò peruenitur nō quiescet. G A V. Aliqua est virtus. R A. Huius quoq; iudicium linque alijs. Et si qua est virtus, nō ibi finis gaudij, sed in illo ad quem vera per arduū virtus ducit. Eam nepe philosophiā profiteamur, quæ non fruendum, virtutibus, sed vtendū docet. Nondū plenē igitur gaudendi tēpus est, tot nunc etiā vitæ periculis circūfusus, sed optādi potius sperandiq;. Gavisurū te sperare potes, sic tamē, vt metuas doliturū. G A. Si quid boni est sentio vnde sit, & in illo gaudeo, quicquid autem deest, scio vnde poscendum sit, & de illo spero. R A T. Hæc est virtus, & iam tutum iter ad verum gaudium inuenisti.

D.

G A V.

Q Visquis ego sum, opinio de me hominum bona est. **R.** Opinio rem non mutat. **G A V D.** Bonum me communis habet opinio. **R A.** Quid si malus tu, nonne opinio falsa est? Sciebam certe falso gaudere dementia est. **G A.** Opinione vulgari bonus dicor. **R A.** Nihil est, quod non sibi fingere possit opinio. Bonum autem seu malum, quod in animis habitat, neque diuersis opinionibus, neque sermunculis variatur. Non si cuncti igitur te mortales bonum dixerint, bonus fies. **G.** Bonum mihi saltem est nomen. **R A T.** Melius esse nomen bonum, quam diuitias multas, Hebræorum Sapiens ait. idemque alibi, Melius nomen bonum quam vnguenta preciosa: & valorem boni nominis, & odorem famæ his verbis expressit, comparatione scilicet auri, & vnguenti. Quomodo autem seu nomen, seu aliud quicquam esse potest bonum, si sit falsum? Qualecunque igitur sit nomen impij non fit ideo minor impietas. Non inani igitur nomine gloriatur, sed illud eiusdem Sapientis audiat: Nomen inquit impiorum putrescet. & illud alterius: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiae nostræ. Illa si intus tibi obstrepat, quid tibi proderunt adulantium

lantium susurri? quid blandiciis aut fictionibus partum nomen? è radice mala nihil boni oritur. Neq; hinc ortum nomē bonum dixeris, cum verum dicere non possis. G A V. Bene de me sentiunt ciues mei. R A. Nō refert quid de te alij sentiant, sed quid tu. G. Bene de me loquuntur ciues. R A. Noli credere, quid loquantur nesciunt, & cupide mentiuntur, pruritu quodam linguæ, in vtrāque partem, nimio & consuetudine in naturam versa. G A V. Bene de me plurimi loquuntur. R A. Ignorantibus credere quid est aliud, quā volentem falli? G A V. Bene de me loquitur vicinia. R A. Dulciloquio forsan aut munusculis delinſta, aut de te aliquid sperans. Nunquā vel amanti credideris, vel speranti. G A V. Vicini mei nomen meum celebrant. R A. Alter alterum decipit, omnes te. G A V. Bonum mihi testimonium ciues dant. R A. Est intus in animā testis incorruptior, certiorq;. Conscientiam tuam interroga, illi crede. G A V. Bene de me homines opinantur. R A. Opinio, ambigua nomen est rei, certissima res est virtus. G A V. Ego ipse mihi vir bonus videor. R A. Ergo es malus. Boni enim sibi displicet, seq; accusant. G A V. Et mihi videor, & aliis bonus. R A. Quid si tu malus, illi autem stulti? G A. Bene de me sperant ciues. R A. Cura ne spes ciuium falsa sit. Turpe est de se sperantes, cum possis aliud frustra

frustrari. GAV. Credo sim de quo non frustra sperent multi. RA. Si id esses, id non crederes. Malum est alios, pessimum autem seipsum fallere. GAV. Omnes me virum bonum putat. RA. Quid si tu contrarium scis? GAV. Omnes me virum bonum dicunt. RA. Et tu credis omnibus? Num te autem dici pudet, quod non es? sed est hoc vobis insitum inter cuncta mirabile de vobis vestrisq; de rebus, quamvis occultis, plus cuicunque, quam vobis credere. Iuxtaq; Flacci sententiam, & mendacem timere infamiam, & falsa gloria delectari. GAV. Totum vulgus vna voce me laudat. RA. Nulla prouior ad errorem, atque ad precipitium via est, quam per vulgi vestigia. Quicquid penè vulgus laudat, vituperio dignum est. GAV. Cunctis hominibus placeo. RA. Placētes hominibus deus spernit, & placere hominibus, displicere est deo, contraria contrariis gaudent. G. Viri boni nomē habeo. RA. Vitę constantia & honestate seruandum est, alioqui faciliē euanesceat, vetus est enim. G. Multę sunt in populo laudes meę. RA. Seuisi in agro arido arbores caducas. G. A. Magnę inter doctos etiam laudes meę sunt. RA. Si verę, durabunt. Et ut ait Cicero, radices agent, & propagabuntur. At si fictę, celeriter tāquam flosculi decident. GAV. Omnes vno ore meam prædicāt virtutem. RA. Non in hominum statu,

tu, neq; in propria virtute, quamvis vera sed in ipso virtutum omnium authore gloriantur. Qui contrarium non facit, non modo non assequitur assertionem hominum, quod non habet, sed id ipsum quod habet, vel immittit, vel amittit. G A V. Vulgus omne me prædicat. R. Dixi, & repeto, quicquid vulgus cogitat vanum est, quicquid loquitur falsum est, quicquid improbat bonum est, quicquid approbat malum est, quicquid prædicat infame est, quicquid agit stultum est. I nunc insanorum sermunculis gloriare.

De sapientia. Dialogus XII.

G A V.

Sapientiam consecutus sum. R A T. Rem magnam, si vera esset, & inseparabilem à virtute. Si illam igitur approbasses, hæc probata esset, sed utraque opinione aliquanto faciliior est quam re. G A V D. Sapiens sum. R A. Crede autem mihi, nunquam si verè esses, hoc diceres. Sapiens enim quantum est, quod sibi desit, intelligit, non gloriatur itaque, sed suspicatur. G A V D. Sapientem me profiteor. R A T. Bene irent res, si tot essent sapientes, quot sapientiæ professores. Nunc illud perdifficile est, hoc verò facillimum. G A V D. Sum sapiens. R A T. Si verè sapiens esse vis, noli

noli id quidem opinari. Credere se sapientem primus ad stultitiam gradus, proximus est profiteri. G A V. Studio ad sapientiam perveni. R A. Vtique sic ad illam pervenitur. Sed an tu perveneris, recogita. Non est enim res studij brevis, egens aliquot annorum ut reliquæ artes, tota vel longissima opus est vita. Si quis (ut aiunt) tota die currens pervenit ad vesperam, satis est. Notum est illud Platonis, ut alia multa, praeclarissimum, quo Ciceroni placet, & mihi beatum tui etiam in senectute contigerit, ut sapientiam, verasque opiniones assequi possit. Has tu an ealle mediobvias habueris, an nescio quo pennato equo vectus ante tempus attigeris: incertum tam cito sapiens evasisti. G A. Sapientiae perfectionem celitus accepi. R A. Est fateor caeleste donum sapientia, sed magnus certe vir erat, & cæli amicus, qui dicebat, non quod iam acceperim aut perfectus sim. G A V. Sapientiam cupida mente comprehendi. R A. Ut pecuniae rerumque multarum mala, sic sapientiae cupiditas bona est. Sed an tu tantæ rei capax sis videro. Certe ille idem. Ego me inquit, non arbitror comprehendisse: & ille quoque permagnus erat, qui cum deo de se ipso loquens sic aiebat. Imperfectum meum viderunt oculi tui. Hoc est proprium sapientis, imperfectionem suam nosse, ac fateri.

teri. G A V. Sapiens dicor. R. Non te tuæ, neq;
 alienæ vnquam voces sapientem fecerūt, sed
 res ipsa. G, Sapiēs vulgo dicor. R A, Vulgus in-
 sanos sapientes dicere, & sapientes insanos,
 iure suo didicit, quod est, vt falsa pro veris,
 veraq; pro falsis habeat. Nihil est à virtute,
 vel à veritate remotius quam vulgaris opi-
 nio. G A V. Omnes prædicant me sapientem.
 R A. Ad famā fortasse aliquid, Ad sapientiam
 nihil omnino. Sentio autem superscriptioni-
 bus inniteris literarum, quibus nihil est libe-
 ralius, non satis est facere sapientes, qui non
 sunt, sed egregios & insignes faciunt ac vere-
 cundos, serenissimos insuper & illustres, vt
 iam simplex sapientiæ titulus sit pudori, qui
 quàm paucis conueniat stupor est, obsoleuit,
 tamen inter titulos clariore, quos qui scri-
 bendo sic accumulāt, sciunt se mentiri. Sed
 urbani vel mendacio fieri volunt. Vos qui le-
 gitis non veros modò, sed citra verum sistere
 illos rati, publico errore fallimini. Nemo est
 qui de suis rebus interroget. Omnes aliis de
 se credunt. Vis autem noscere quàm sis sa-
 piens, verte oculos retro. Recordare quoties
 in hoc vitæ cursu cespitaueris, quoties aber-
 raueris, quoties offenso pede cecideris, quot
 pudenda, quot dolenda, quot pœnitēda com-
 miseris, tūc si audes, te dicito sapientē, credo
 autem non audebit. G A V. Scio me sapientem,

R A.

RA. Literatum forsan vis dicere. Sunt enim plane literati aliqui verè, licet pauci, sapiētes autem pene nulli. Aliud est sapienter loqui, aliud sapienter viuere, aliud dici, aliud esse sapientem. Fuere qui dicerent sapiētem nulum. Id quā verum falsumve sit, non disputo. Certè nimis prærupta sententia est, & ad desperationem prona, & studio aduersa sapientia. Hebræi sapiētem Salomonem suū prædicant, qui quā sapiēs esset, turba coniugū, pellicumq; testatur, multoq; maximè diis alienis cultus exhibitus. Romani sapiētem Lælium, & Catonem: Græcia ipsa dū floruit septem habuisse dicitur sapientes. Ij quoque hoc titulo indigni sequentibus visi erant. Qui excusant, dicunt non eos illum sibi titulū assumptionisse, sed ab errantibus populis traditum possedisse. Vnus tantum fuit, sua possessione, suoq; sapiens iudicio, stultissimus omnium Epicurus. Quem titulum cū Metrodoro participare voluit, nec honorificum amici donū ille respuit. Seq; etiam sapiētem dici æquanimitè tulit, vt sua illa qualis qualis gloria, error esset alterius. Vnus quoq; sapiens Socrates oraculo dictus Apollinis, forsan ideo, vt vnum illum sapienti proximum, falso testimonio, falsus Deus ad amentiam, atq; insolentiam irritaret. Hæc de antiquis sapientibus dixerim. Felicior ætas nostra, quæ non
d duosve

vnum duosve, vel septem, sed in singulis vr-
 bibus, ceu pecudum greges numerat sapien-
 tum. Nec mirum sanè multos esse, qui tā fa-
 cile fiant. Venit iuuenis stultus ad templum,
 præceptores illum sui prædicant, celebrant,
 seu amore, seu errore, tumet ille, vulgus stu-
 pet, plaudunt affines, & amici. Ipse iussus in
 cathedram scandit, cuncta iam ex alto despi-
 ciens, & nescio quid confusum murmurans,
 tunc maiores certatim, ceu diuina locutum,
 laudibus ad cælum tollunt, tinniunt interim
 campanæ, strepūt tubæ, volant annuli, figun-
 tur oscula, verici rotundus, & niger pannus
 imprimitur. His peractis descendit sapiens,
 qui stultus ascenderat: mira prorsus transfor-
 matio, nec Nasoni cognita. Sic hūc hodie sa-
 pientes. Verus sapiens fit aliter. G A V. Sapiens
 sum. R A. Solent qui de se magnifice sentiunt,
 præfidenter maiora viribus aggredi, inq; ni-
 la medio prolapsi, suo vel periculo vel pudō-
 re condiscere, quàm iusti rerum ætimatores
 fuerint suarum. Præstat igitur (mihi crede)
 falsas opiniones obicere, insolentiam depo-
 nere, insipientiam circumspicere, & optare, ne
 qua experiendæ sapientiæ necessitas incidat,
 quæ declaret te de nihilo gloriatum. Hæc re-
 ctior tutiorque quærendæ sapientiæ via est.
 G A V. Credo ego ad sapientiam peruenisse.
 R A T. At si mihi obsequeris, ad illam potius
 affut

assurgendo, nitendoq; peruenies, quàm credendo. Nihil altius ascendit, quàm humilitas operosa.

De religione. Dial. XXXI.

G A V.

Religione gloriore perfecta. R A. Religio opima, ac perfecta una est, supra CHRISTI nomē, supraq; petram, firmissimam fundata, reliquæ omnes superstitiones vanæ, & deuiæ, & errores sunt, quibus est iter ad tartarum, atque ad mortem, non hanc momentaneam sed æternam. Et quæc putas, quantiq; viri huius veræ religionis inopiam miserabilem passi sunt, cunctis in rebus aliis altiores. Habent illi, quod æreum gemant, habes tu unde glorieris, & gaudeas, non in ære quidem, sed in eo, qui te summa in te tanto maioribus præferre dignatus est, quæ nihil maius, nihil melius tibi tribui poterat in hac vita, de qua loqui aliquid, vberius non grauaret, ni res ipsa cœlesti lumine penè iam omnibus nota esset. G A V. P. Pius sacris iniurius sum. R. A. T. Pia sacra religionis huius sunt tantummodo, reliquarum omnium sunt furores, ritusque sacrilegi. Neque tamen iniuratum esse sufficit. Maius est forte, quam putas.

d 2 deuo

deuoto licet animo dulce negotium. Non enim deum nosse satis est, quod & dæmones faciunt, qui oderunt. Amor, & cultus exigitur, his ex rebus constans, quæ vtinam tã bene implerentur ab hominibus, quàm sciuntur. G A V. De vera religione mîhi placeo. R A. Placere sibi, superbire est: Hæc autẽ vera religio, quæ te Deo religat, Deum tibi, humilitatem piis mentibus inserit, insolẽtiam extirpat. Sic tibi igitur gaudere permissum, vt quanto lætior, quantoq; religiosior, tanto sis melior, & operibus bonis affluentior. Illi gratias agēs, qui tibi ex hac mortali vita rectum iter ostendit ad æternam vitam. G A V. Veram religionem (Deo gratias) sum adeptus. R A. Bene ais, Deo gratias. Custodi autem illã bene ab erroribus, à negligentia, à peccatis: & sic habe, si hanc affecutus es, & in ea te exerceas, vt dignum est, cessare controuersiam, de qua modò litigauimus, cùm sit scriptum sacris in literis. Pietas est sapiẽtia, & per alium. Initium sapientiæ est timor domini. Neq; id ipsum tacitum in prophanis. Cuius rei Lactantius meminit Institutionum secũdo. Affirmat inquit Hermes eos qui cognouerunt Deum nõ tantum ab incurribus dæmonum tutos esse, verum etiam ne fato quidem tene-ri. Vna inquit, custodia pietas. Etenim pius homo, neq; dæmoni pessimo, neq; fato subiacet.

cet.

cet. Deus enim liberat pium ab omni malo. Nanq; vnicum atq; solum bonum est hominibus pietas. Quid sit autem pietas ostendit alio loco his verbis. Pietas enim scientia est Dei. Eandemq; sententiam Asclepium in sermone quodam regio latius explicasse cōfirmat. Vides vt obstinatissimi duo pagani vestram circumuolant veritatem. Tanta est veri vis, vt linguas sæpe hostium ad se trahat.

De libertate. Dialogus XIIII.

G A V.

IN libertate natus sum. R. A. Non qui nascitur liber, sed qui moritur liber est. Multum fortunæ licet in nascentem, in extinctū nihil. Expugnat vrbes munitissimas. Armatos fundit exercitus. Potentissima regna subuertit. Inexpugnabilis arx sepulchrū, Illic regnum vermibus, non fortunæ. Itaq; limen illud ingressi soli mortaliū vitæ huius ab insultibus tuti sunt. Tute liberū iactas, & ignoras, non dico ad sepulchrum, sed an liber hodie in cubiculum sis iturus. Libertas vestra tenuissimo nitens filo, sicut alia quibus fiditis omnia, tremula semper & caduca est. G. Liber sum. R. Idcirco te (vt reor) liberum dicis, quia dominum nullum habes, sed Annæum audi Senecam. Bona inquit aetas est, forsitan
d ; habebis,

habebis, nescis qua ætate Hecæ. seruire cœpit, quæ Cræf. quæ Dæ. mater, quæ Pla. quæ Diog. His ille te admonet exemplis. Multa sunt alia, vel tacita Senecæ, vel ignota. Nunquid non Atilium Regulum meministi indignum prorsus hoc ludibrio, passum tamen? Nunquid tibi recentior annis Valerianus excidit? quorum ille modò dux, hic autem princeps populi Roman. morq; ille Carthaginensium, hic Persarum seruus, ille truci supplicio peremptus, hic longa & misera contabuit seruitute. Quid Macedonia Numidiaq; reges? Hinc Pessen, hinc Siphacem morem atq; Lugurtham regni omnes è cœmine Romana lapsos in vincula. Mitto veteres regum casus. Ætas tua quosdam è regia trussit in carcerem, eundemque vna hora; & primum regem, & vltimum seruum vidit. Si quidem eo quisque inferior seruus est, quod felicior liber fuit. Noli igitur libertatem tumescere, quoniam non ex liberis modò, sed ex regibus tam subito serui fiunt. Nec miraberis, cum secundum Platonis sententiam, non minus ex seruis etiam reges fiant. Mutantur assidue res humanæ. Nil sub cœlo stabile. Quis in tanta vertigine firmum aliquid, ac mansurum speret? Neque verò te liberum hinc duxeris, quòd esse dominum tibi non vides, quòd patribus ortus ingenuis,

nec

Necin acie captus, nec venundatus sis. Sunt
 vobis inuisibiles animorum domini, & in
 ipsa hominum origine latens pestis est. Nas-
 cendi genus obnoxium peccato, qua nulla
 grauior seruitus fingi potest. Sunt occulti ho-
 stes, & bella clandestina. sunt quæ miseras
 animas nundinentur, quas (heu) vili precio
 venditis, voluptates foedissimæ dominarum,
 quæ vos inenodabili laqueo vinctos tenent.
 Ite nunc, & libertate gloriamini. Sed vos cæ-
 ci, nihil nisi corporeum videtis, vnde eum,
 qui vni mortali subest domino, seruum dici-
 tis. Illum verò, qui mille immortalibus tyrā-
 nis opprimitur, liberum iudicatis, eleganter
 ut reliqua. Profecto autem liberum non facit
 fortuna, sed virtus. G A V. Liber sum. R A T.
 Plane. Si prudēs es, si iustus, si fortis, si mode-
 stus, si innocēs, si pius. Horum si quid abfue-
 rit, pro ea te parte seruum scito. G A V. In libe-
 ra patria natus sum. R A T. Vrbes quæq; tu libe-
 ras tua ætate perexiguō flexu rerū post pau-
 lulū seruas nosti. Quod si vel notiora vel cla-
 fiores sunt vetera, Lacedæmō & Athenę liber-
 rimæ vrbes ciuile primū, mox externū passæ
 sunt iugū. Hierosolyma sancta vrbs, & liber-
 tatis æternæ mater temporaliter & Romanis
 seruit, & Assyriis, nūc seruit Ægyptiis. Ro-
 ma ipsa non solū libera, sed domina gentiū,
 suorū primū ciuiū, post etiam vilissimorum
 d 4 homi

56 F. PETRARC. DE REMED.
hominum serua fuit, vt nemo vnquam liber-
tati, nemo vel imperio suo fidat.

De patria gloriosa. Dial. x v.

G A V.

GLoriosa in patria natus sum. R. Plus ne-
gocij habes, vt in lucem venias. Fulgent
minutiora etiam astra per noctem, & Bootes
ad solis radios hebet, & lucifer. G. Chrissimæ
patriæ ciuis sum. R. Bene si virtutum hospes,
vitijs hostis, fortunæ enim est illud, hoc
tuum. G. Patria mihi foelix, ac nobilis est. R.
Refert qua nobilitate. Hanc numerus inco-
larum, hanc insignis opum magnitudo, hanc
spectata fertilitas, hanc situs ipse nobilitat.
Salubris aër, clari fontes, mare proximū, tuti
portus, opportuni amnes, nobilis patria vul-
go dicitur vini ferax, rei, frumētī, frequēs ar-
mētis, ac gregibus, auri scatēbris, & argenti.
Bonam terram dicitis, vbi fortes equi, vbi
pingues boues, vbi teneri hœdi, vbi dulcia
demum poma nascūtur, vbi autē boni viri id
nec quæritis quidē, nec quæsitū dignū ducitis
æstimatores egregij. Atqui summa patriæ
laus, sola virtus est ciuiū. Rectē ergo Virgil.
gloriā, ac foelicitatē cū describeret Romanā,
nihil horū ad quæ sola respicitis dignatus at-
tingere, vnā vr̄bis & imperij magnitudinem
atque

atque altitudinem attingit animorum. *Fœlicem denique prole virum dixit. Ea est enim vera urbium fœlicitas, vera nobilitas.* G. *Præclara ciuibus bonis patria est.* R. A. *Quid si tu obscurus? Quid si claritas ipsa te prodet, eoque lateb. eruet, & in apertum trahet? promptius in luce notaberis.* G. *Famosissima est patria.* R. *Nō tam infamis esset. Catilina, nisi tam famosa in patria natus esset. Gaius etiam & Neroni, alter infamiz acervus imperium accessit, & mundi natos in vertice fortunæ fauor extulit, quo latius noscerentur.* G. *Noblissima in patria viuo.* R. *Multorum aut contemptui patens, aut inuidiz, sine altera in magna vrbe vix vivitur, illud tutius, hoc clarius malum. Vtriusque autem hæc ipsa, quam prædicas, natalis soli nobilitas, causa est. Inter tot oculos, nullæ sunt latebræ.* G. *Notissima ex patria sum.* R. *Malim per te patria quam tu propter patriam notus sis, nisi verò per te fulseris, quid tibi lux patriæ præter tenebras allatura est? Multos habuit claritas magnæ urbis obscuros, quos abunde claros, parvi ruris obscuritas habuisset.* G. *Inclita mihi patria est.* R. *Est quæ suas sibi laudes habeat, tuasque participet. Quicquid bene gesseris, prima quodammodo patriæ laus erit. Fuit qui Themistoclis gloriâ Athenis ascribere niteretur, qui plane pergrauiter, & ut talem virum decuit, respon-*
dit.

dit. Cū enim sibi Seriphī angustæ, & ignobilis insulæ quidā incola inter iurgia obieciisset, non eū sua, sed patriæ gloria clarum esse: neq; hercle ait, aut ego obscur' si Seriphius, aut tu si Atheniensis, clarus esses. Non splendori patriæ, sed virtuti propriæ fidebat. Virilius plane quàm Plato, maior licet ille philosophus. Sed existunt interdum in magnis etiā ingeniis, magni & mirabiles errores. Is ergo inter cetera magnæ suæ felicitati claritatem patriæ ascribebat. Vt enim totum noris hāc in parte excellentis viri animum, aiebat Plato se pro multis gratias agere. Rectē id quidē, modò intelligat, cui quibūscūq; pro donis gratiæ sint agenda. Ille verò statutæ gratias agebat. Primum, quòd hominē eum non mutum animal, quòd marem, & non fœminam, quòd Græcum, & non Barbarum, quòd Atheniēsem, & non Thebanum, deniq; quòd Socrate non alio tēpore genuisset, vt scilicet esset à quo doceri posset, atq; instrui. Vides inter gratulandi, gloriandiq; causas, vt Atheniēsem quoq; ponat originem. Quid hīc dicam, forsan expectas. Ego verò & si de hoc vno sermo sit institutus, quando tamen tanti viri mentio incidit, quid de hoc toto illius sermone, & aliis sit visum, & mihi etiam videatur dicā similiter. Scio quosdam claros, & disertos viros incunctanter asserere, nihil

vñquam ab aliquo esse dictum delirius, quo-
 rum in sententiam, quin (vt dici solet) eam,
 pedibus parum abest. Nam quid quæso atti-
 net his gaudere? Quæro enim quid si barba-
 rus, quid si mulier natus esset? An non multi
 Barbari multis Græcis, & virtute, & ingenio
 meliores extiterunt? An nō foeminae aliquæ &
 rerū gloria, & inuentione artium quibuslibet vi-
 ris optabiliiores? Quid denique si bos? quid si
 asinus nasceretur? quid adhuc ipsum de quo
 loquimur Platonē? qui iā non Plato, esset, sed
 id potius quod natura parens edidisset, nisi
 fortē Pythagoricæ crederet insaniam, & corpo-
 re in corpus animas commigrare, quoniam
 vñquam certe stultius, nihil impudētius non
 dicam à philosopho, sed ab homine dictum
 fuit, nihil magis veritati dissonum, ac pietati,
 nihil demū à quo religiosæ aures magis ab-
 horreāt. Quid deinde, an Atheniensem nasci,
 clarum adeo, vt non æquē clarum esse posset,
 alibi, Thebis etiam natum esse? Annon Ho-
 mer. & Pythag. ipse, & Democr. & Anaxa-
 goras & Aristot. & mille alij alibi quam
 Athenis nati, clarique habitj, non minus
 quàm qui nati sunt Athenis? Ac ne à The-
 bis abeam, quas spernere Graij solent, an-
 non si ingenium quærat, Thebis natus
 est Pindarus, quem imitationi inaccessibi-
 lem Flaccus ait? Si rerum clarissarum gestarum,
 Liber

Liber pater, atq; Hercules tā famosi, vt Alexander Macedo cōtemp̃tor omnium, ferme mortalium, illos dnos. vt altissimum, atq; vltimum signum gloriæ sibi proponeret imitādos? Sin vtrunq;, nōne recenti memoria, & penè ante oculos erat Thebanus Epaminondas summus philosophus, summus dux, Græcorūq; omnium recto sub iudice omnis æui princeps? Hic est qui Lacedæmones penè funditus euertit, & Athenienses Plat. sic exterruit, vt eo mortuo quasi summo terrore liberati, illico se in luxū ignauiamq; resolverent, quo adhuc etiam apud Thebas florent, quot Athenis inertium, & stultorum milia fuerint, quis facile animo metiatur? Non igitur quòd Athenis, sed quòd talis natus esset, ac genitus hoc est tali ingenio, taliq; animo, tali denique & parentum indulgentia, & rerum temporalium facultate, vt erudiri posset, & ad omne bonum opus institui, gratias agere decuit tam anxie doctū virum illi deo, qui hæc ei dederat, non Socrates, non Athenæ, cuius in schola, & in qua vrbe, quot & ini qui fuerunt, & indocti opinari promptius sit, quàm noscere. Et vt vrbe fileā, habuit schola illa inter multos Alcibiadem, & Critiam, illum patriæ hostem, hunc sæuissimum tyrannorum, quibus quid præceptor Socrates cōtulerit, Plato ipse respondeat, vel sic intelligens

gens quàm inane est, quod terreni doctrina præceptoris discipulorum auribus instrepat, nisi gratia magistri cælestis aspiret, sine qua nihil omnino Socratem potuisse, quanquam dei mendacis oraculo, ut prædictum est, sapientissimum iudicatum, inter duas tamen simul vxores procacissimas anus, ipse vel alius quantumlibet eum excuset, ineptissimè conuersatum. Sed hæc, & reliqua incidenter, præter vnum illud quo Platonem talem virum hac eadè vanitate, gloriose patriæ implicitum fuisse cognoscere, non ut magni comitis clypeo tuum tegas errorè, sed ut accuratius illum vites, cui succubuisse summa etià cernis ingenia. G A V. Ampla in patria vitam ago. R A T. Multa sunt amplæ vrbs incommoda, distat templum, distat forum. Illud animo nocet, hoc corpori, distant opifices, atq; amici. Qua quidem nulla durior distantia, quos laboriosum visere, negligere inhumanum. Audis, ut de hoc queritur Flaccus? eubat hic in colle Quirini, hic extremo in Auctino, visendus vterq; . Quocunque ire decreueris, ceu peregre profecturus, domui tuæ dispone, quando, & an redeas incertum, & ipse reditus cum labore est. Sæpe etiam cum errore, ferro ac magnete iter agitur, hac eas facilius; hac rectius, hac curiam, hac theatrum vites, hac balneum effugas, hac macellum;

hi &

hi & mille alij sunt vrbiū scopuli, inter quos nauigās domum tuam, quasi alterum orbem petis, vix te ad illam peruenturum sperās. Et hoc quoque apud ipsum Flaccum legis, vt Philippus orator domum dum redit foro nimium distare carinas iam grandis natu queritur. Hæ paruo in oppido molestiæ cessant omnes, quicquid queritur iuxta est. G A V D. E paruo oppido in immensam urbem commigrauit. R A T I O. E tranquillo portu procellosum sponte pelagus ingredi temeritas est. nec miror ideo, quia lati euentus. Fecit hoc tamen, & gens Claudia è Sabinis Romam petens, è Tusculo Marc. Cato, ex Arpino Marius & Cicero: successitque feliciter. Sed vbi nam tales viri? non tutò quidem in exemplum trahitur, quicquid raris, & summis ingeniis attentatum est. Postquam tamen soluisti funem omni studio inter difficultates enitere, inter alta consurge, consilio cœptum regens, (quod hâc boni dixerim) plures erunt ad virtutem stimuli. Erunt forte quos ad gloriam sequi velis. Erit vbi te exerceas, vbi cum parib⁹ possis de laude contendere, pudebitque testium tantorū. Multis sæpe, quod vis animi non dabat contulit vis pudoris, & ad ignauiam profigandam sæpe plus spectator valuit, quam virtus. Et hi hercle quorum proxime memini,

& c.

& accitus Curibus Numa Pompilius, Corduba profectus Seneca, Lepisq̃ue veniens Seuerus, multiq̃ue alij ex aliis locis, vbique futuri magni viri, vt aliquanto maiores Romæ essent, æmulatio virtutis, & illustrium copia exemplorum præstitit. Stude ergo quod vnicum bonum est, in hac tua commigratione ne pereat, neu nil aliud migrando quæsieris, quam vt te coram pluribus, nouæ patriæ fulgor nudet.

De origine generosa. Dialogus xv.

G A V.

O Rigo generosa est. R A T. Rursum mihi redis ad ineptias: quid ad te? G A V. Propago vetus, & gloriosa est. R A T. Alieno gloriari ridiculosa iactantia: aporum merita neporum, degenerantium notæ sunt: nec aliud magis posterorum maculas aperit, quam maiorum splendor, ac gloria. Sæpe alteri commodum virtus alterius tulit. Veram laudem nisi de proprio sumpseris, ab alio non expectes. G A V. Magna est nobilitas antiquorum meorum. R A T. Mallem per se alij, quam tu per alios noscereris. Verû age aliquid & tu, vnde sis nobilis. Nam, & illi
nisi

nisi aliquid egissent laude dignum, nunquam nobiles fuissent. G A V. Multa sanguinis est claritas. R A T. Omnis propemodum sanguis est concolor, sicubi fortè alter altero clarior inuentus sit, non id nobilitas efficit, sed sanitas. G A V. Magna est claritas parentū. R A T. Quid si maior obscuritas tua est? Corpus semper, & patrimonium sæpe à parentibus accipitis, claritatem & qui habet rarò in filium transfert, & qui non habet aliquoties in filio illam videt. Quantum patre clarior Cæsar, quantum obscurior Africani filius? Qui, si per manus tradi claritas posset, quàm clarus futurus esset, intelligis. Sed amare illum potuit pater, illustrare non potuit. Infinitam suæ lucis eclipsim passus in filio. Sic quod preciosissimum habet hæreditas iudicio testantis eximitur, nec nisi de vilissimis rerum est tanta illa solennitas testamenti. Mille ego nunc tales clarissimorum hominum obscurissimos hæredes enumerem si vacet, etsi expediat, summani, tenes. G A V. Ingens claritas gentis est. R A T. Nil tibi amplius ea claritas præstabit, quàm vt latere nequeas, si velis. Ita in primis iucundissimum tibi vitæ latibulum, & secretus rerum trames eripitur. Quicquid ages erit vulgi fabula. Qualiter domi viuas, & quid cœnes nosse vicinorum studium, & veluti exploratores ad te parex auctq; remiserint

serint, sic totum rei familiaris arcandū, & quotidiani victus ratio. Quid cū filiis, quid cum seruis, quid denique cum vxore, & ad vnum actus omnes, ac verba de rebus licet minimis inquirentur, quoq; alius stomacheris ab iis maximè quorum nihilo intererit. Hic igitur tuæ claritatis est fructus, vtque si vel modicum aberres dedecus gentis, & monstrati desertor itineris longè inexcusabilis habere, hoc est enim suum ac perpetuum gentilitiæ claritatis. Reliqua alia communia vndeunque partum decus infestāt, quoniam difficile est clara recondere. G A V. Clarissimè natus sum. R A T. Stulte, claritas non nascendo, quæritur, sed viuendo: sæpe etiam, quod miraberis, moriendo. G A V. In multa luce natus sum. R A T. Turpitudinem caue, quæ obiectu lucis insignior fit, atque conspectior. Id ni feceris, in tenebris natum fuisse melius foret. Aduiteri, & fures, & omnis turpium cohors tenebras quærunt, Sola lucem non refugit fœda hæc & falsa nobilitas, cognoscique appetit, cui vnum vitandæ infamiæ cōsiliū sit nesciri. G A. Antiqua nobilitas est generis. R A. Antiqua igitur virtus fuit, sine qua vera nobilitas non est. G A V. Perustusta nobilitas est. R A T. Vetustas nimia claritatem rebus eripit, & parit obliuionem, Quot fuerunt nobiles familiæ quarum hodie memoria nulla est?

est? Quot tu ipse florentissimas vidisti, quæ paucis annis ferme ad nihilū rediere? Vnde prælagiū facias de his modò florētibus, de quibus his nūc primū erumpentibus, caputq; tollentibus. Omnia tēpus imminuit, cōsumitq;. Senescunt nō modò familiæ, sed vrbes, mundus ipse (nisi fallimur) ad extremū vergit. Tu qui vetustate gloriaris, vide ne gloriam ipsa vetustas extinxerit, neu iam radix aruerit, cuius floribus vis ornari. Omne quod in tempore oritur, cū tempore occidit. Vestraq; nobilitas tēpore incipit, tēpore desinit, & quam longa dies peperit longiorq; auxit, longissima subruit. Fieri potest, vt quo te nobile fingis esse, desieris: esses fortè nobilior, si serius incepisses. G A V. Inueterata nobilitas est. R A. Inanis ambitio, nec suo merito, sed aliorum obliuione subnixa. Cōfusa nēpe sunt omnia, & perplexa successionū series. Hæc inter, tibi accidit nō nobilior vt esses, sed ignotior. Origocunctorum vna est. Vnus parēs humani generis, vnus fons vniuersorum, qui vicissim modò turbidus, modò nitidus ad vnūquemque vestrū peruenit. Ea lege, vt quod paulò antè clarū erat, mox obscurum fiat, & quod obscurum, clarum. Ita nō de fonte dubitatio est, sed quibus alueolis hæc clari sanguinis (vt dicitis) ad vos vndi profluxerit. Hinc est, vt qui heri arabat, hodie militet, & qui per

vrbes

urbes medias ardentem cornipedem aureis
 habenis regere solitus superbus inceserat,
 per squalentē campum pigros boues humili
 pugione sollicitet. Verumq; Platoniciū illud
 libet opinari, neminem regem non ex seruis
 oriundum, neminem seruū nō ex regibus.
 Ita verō vicissitudo hæc, & cōditio statuum
 humanorū variabilis, atque inconstans est, ut
 iterabilis quoque sit semel & pluries, ne mi-
 teris si vel arator ad militiā, vel miles redeat
 ad aratrum. Ingens rerū mortalium rota est.
 Et quia tractus est longior, brevis hunc vita
 non percipit: quod nisi sic esset, & ligones re-
 gum, & agrestium diademata cernerentur.
 Nunc hominum memoriā occupatam in-
 tentamq; alius tēpus fallit. Et hæc est illā rota
 vestra nobilitas, quā tumidi, elatiq; inceditis
 vanū genus. G A V. Auorum clara prosapia
 est. R A T. Quousque vagaberis? de te agitur.
 Tu mihi nescio quos in tuū locū substituere
 niteris, qui pro se fortē aliquid, pro te nihil,
 nisi ipse tuis testibus causam instruxeris, re-
 sponsuri sint. Proinde aui isti vel proavi clari
 fuerint, tū scilicet dū ē vulgari acie, virtutum
 festis alis attollere cōperāt. Ea nobilitas radix
 vltima sed perge altius, exquire acrius, proa-
 uorū attriuos obscuros inuenies & ignotos.
 Ad summā hæc nominū, atq; imaginū clari-
 tas, & perbrevis est, & quantulacunque est,

tua certè non est. Desine igitur tuum nomen alienis obubrare virtutibus, ne vnoquoque suum reposcente, nudus ipse de proprio rideat. **G A.** Nobilis sum. **R A.** Quantum sit nobilior rusticus, vir fortis, quàm ignauus nobilis, scies quum libraueris, quanto sit melius nobilitatè fundare, quàm euertere. Si exemplis eges, domi militiæq; affluunt, passimque legentibus occurrūt, vt per te ipsum censor censorque reliquorum fias, ex omnibus duoparia hominum expendisse suffecerit. Altera igitur in lance Marium & Tullium, in altera horum aduersarios Aulum & Clodium constitue, quo examen vergat & quantum Roma cedat Arpino, quis tam cæcus vt non videat? **G A V.** Nobilis natus sum. **R A.** Iam dixi. Verus nobilis non nascitur, sed fit. **G A V.** Insignis nobilitas saltem ista vulgaris à parentibus est relicta. **R A T.** Ipsa claritas non nascendo quæritur, sed viuendo. Vnum hîc quoque bonum video. Familiaria virtutū exempla non deerunt, & domestici Duces, quorum pudeat deseruisse vestigia, id si labi sinis, quid nisi famosum, & difficile malum est nobilitas? Nescio autem quomodo difficilior est suorum imitatio quàm exterorum, forte ne videatur hæreditarium bonū virtus. Non libens dico, sed res ipsa loquitur. Rarò excellentis viri filius excellens fuit.

De

O A V.

IN magna genitus sum fortuna. **R A.** Vitam ab inquietudine auspicatus es, haud equidem improprie tempestatem fortunam vocant nautae. Magna quoque fortuna, magna est tempestas: magna vero tempestas, & consiliis magnis eget, & viribus. Habes non lœtitiæ materiam, sed curarum. **O A V.** In amplissima fortuna natus sum. **R A T.** Tu ne forte foelicius censes magno in mari quam exiguo in flumine natum esse, quod si nemo sanus dixerit, quid perinde foelicius habet nasci in palatio quam in casa? ubique ortos terra parens excipit. **O A V.** In magna fortuna natus sum. **R A T.** Aduerso fidere voluisti funem: quod si in tempestate dies acta est, cura ut nocte inueniat in portu. **O A V.** In alto natus sum. **R A T.** Turbinibus rerum pates, latitandi spe prærepta. Scitum est illud Lyrici poetæ, Saepius ventis agitur ingēs pinus, & celsæ grauiore casa decidunt turres, feriuntque summos fulgura mōtes. Vt clarum fatear, in alto nasci nec tranquillum certè, nec tutum est. Altitudo quamlibet humana per se ipsam inquieta est, perpetuoque fremens tonitru. Vnde miror quid ita displiceat Senecæ Mœcornatis illud. Ipsa enim altitudo attonat summa. Nam cū alij hoc verbo vsi sint, cur solus ille

reprehenditur? Nil præterea tam altū, quod non & sollicitudini, & labori, & inuidiæ, & pavori, & morori, & in finem morti pervenire sit. Es sane omnem fastum, amineatiamque mortalium, sola mors in planum redigit. G. A. Alto & magno in statu natus sum. R. A. Iam primum ex alto gravis lapsus, & magno rera quies in pelago est, nec in imo præcipitū metuas, nec naufragium in sicco. G. A. V. Principium fortunatum fuit. R. A. Finem respice. ut reliquis, sic fortunæ suo multum licet in regno. Quo fortunatius principium, eo finis, est incertior. Nonne vides ut res hominum, turbinis more volvantur, ut quietum mare, tempestas turbida, lucidum mane, nubilus, vesper insequitur, ut inter initia planum iter, in cōfragosum desinit, sic prosperitatis insolentia improvise calamitas, & lætissimæ cursu vitæ, mœsta mors claudit, & sæpe primordio dissimillimus finis est. G. A. V. In alto cepi. R. A. Vide ubi desinas. Vita omnis à fine describitur, & finem planè, senties, qui principium non sensisti. G. A. V. In summa fortuna editus sum. R. A. T. Et servorum filios in solio vidimus, & filios regum in ergastulis.

De lauto victu. Dialogus. X. V. 137.

G. A. V.

IN lautissima educor familia. R. A. Multum tibi hoc videtur, parum est, trixque mor
nihil

nihil. An ideo magis tibi quàm duro agrico-
læ vermes parcent, an cibo molliore vescu-
tur avidius? Non iocor tecum, nec te terreo.
Scis & si forte dissimules te illi conuiuio præ-
paratam escam, & fortè iam cœnæ tempus
instare, certè autem longius abesse iam non
posse. Nam & brevis est lux, famelicique
conuiuæ, & quæ mensam instruit mors im-
pigna, quid tibi tunc lauticiæ istæ profuturæ
sint, videris. GAV. Lautissimè ab infantia edu-
catus sum. RA. O pessima pueritię rudimenta
neglectis bonis artibus, exquisitis cibis, &
peregrinis poculis assuefactus à puero præ-
clarissimā in spem adoleuisti. Sapores atque
odores nosse, mirarique doctus eximiè opi-
paras mensas, & vasa aurea venerari, neque
serò, vt virorum fortium mos fuit, famem si-
timque communibus lenire, sed ambitiosa
semper nausea, & danosis stomachi sarcinis
mane illis occurrere, cū tot in eremo sancti
viri esurierint, tot in castris gloriosi duces
parcè, sobriè atque asperè, vixerint. An si tibi
gemmis atq; epulis obseſſo, hinc Curius Fa-
britius Corſicanus lecta suis manib' olera,
cœnantes fictilibus, atq; arātes ad vespērā ie-
iuni, Quintius ac Seranus aut post hos, Cato
Censorius consul in Hispaniam nauigans,
vnde triumphator rediit, non alio quàm quo
remiges vino vsus, omnes notissimi hostes

voluptatis occurrerent, illinc Paulus atque
 Antonius fontis ad ripam missum cælitus
 partientes panem, non verecundia, ac dolore
 faucibus hæretet iners cibus, & attoniti gu-
 stus titillatio illa lentesceret? Cogitares ab
 his viris victu tam tenui tamque humili la-
 bore gaudentibus, & seruata patriam, suba-
 ctosq; nobilissimos reges ac populos, & (quæ
 victoriarum difficilima est) carnem propriam,
 ac mundum & inuisibiles hostes animæ de-
 bellatos, te inter amplas dapes, ac superbam
 requiem vili perdomitum voluptate? G A V.
 Lautissimus victus est. R A. Sentio, omne in
 eo est, vt ad fundum miseræ curiositas fœda
 perueniat, nihil est actum cibi, ac potus ele-
 gantia, nisi accedat & copia, immo verò re-
 dundantia, atque fastidium. Nec succurrit vt
 Augustus Cæsar, qui fortassis paululū te lau-
 tior esse potuerat, cibi (sic enim de illo tradi-
 tur) minimi fuit, & vulgaris ferè. Sileo qui-
 bus vesci solitus, ne quasi rusticanus pater
 familias contemptui tibi sit, interq; fassianos
 & ficedulas, ac pauones tuos illius principis
 secundarius panis, & caseus bubalus, & mi-
 nuti pisciculi rideantur. At quāto melius fa-
 siani isti vestri, & mēsarum decus eximium,
 & gulę summa fœlicitas apud Colchon sem-
 per & Phasidem latuissent, quā huc ad cor-
 rumpendum orbem nostrum, & irritandas
 ille

illecebras aduolassent. Quanto fuit honestior ætas illa de qua Naso ait, Piscis adhuc illis populis sine fraude natabat. Ostreaq; in conchis tuta fuere suis. Nec Latium norat quam præbet Ionia diues. Nec quæ Pigmæo sanguine gaudet avis. G A V. VINO fruor electissimo. R A T. Malè sed propriè ais fruor, hic est finis vester ad hoc nati estis. Quanto autem tutius sitim vestram vinum debile, vel limphis debilitatum, siue purus etiam ruius extingueret? Certè princeps ille de quo nunc loquebar, vini quoque parcissimus (nam & id scribitur) fuit, ter non amplius super cœnam bibēs dum in castris esset. Vos ter decies ante cœnam bibitis, & in cœna cœntes, nec numero quantitas cedit. & castra ipsis vinosiora sunt urbibus. Nulla nisi ab ebris vel expeditio, vel certamen. Non bibebat ille interdium, vos diebus, & noctibus non cessatis. Ille sitiens pro portione persusum aqua frigida panem, vel lactuculæ thyrsus, vel succosi pomi morsum, vel frustum cucumeris capiebat, at vos sitim omni lenocinio aucupantes illam vinis ardentibus, & bibēdo aliam sitim parituri, extinguitis (dicam verius) accenditis. Nec in animum venit bibere vos sanguinē terræ, ac venenū cicuræ dum sic vnū bibitis, vt Alexādro Macedoni scripsit Androcides. Quibus si ille præ-

ceptis obtemperauisset, profecto amicos intemulent a non interemisset, ut ait Plinius: nec ipse insuper tandem in temulētia perisset. Hæc eadem cibi indifferentis, ac potus parcitas in cunctis ferè claris ducibus, atque principibus fuit, & in Iulio Cæsare singularis, quæ quantum vestræ sit præferēda libidini, somnus vester illorū industriæ, & gestarum rerum gloriæ collatus iudicio est. G A W. Lautissimo fruor victu. R A. Si honestis etiā rebus frui vetitū, quanto magis inhonestis, ac turpibus? Nec te pudet, in eo quod ad caduci corporis seruitiū spectat, immortalis animæ fructū ponis, Epicureū dogma, sed infame olim reiectumq; denique cūctis ex voluptatibus quæ corporeis sensibus obrepūt animæ illas esse foedissimas diffinitū est, quæ tactu, gustuq; sese ingerunt, quod illæ maximè vobis cū beluis sint communes, & in beluinos mores rationale animal incuruent, quo nihil abiectius humana sors patitur. G A Lautis, & variis cibis delector. R A T. Et delectare, & fructu, si nil melius nosti, si nil peius, pudeat more pecudis pabulo gaudere, aut recōditorium ferculorū fieri, & suū dolio munus eripere. Denique sic habeto, non posse te hanc quam probas vitam diu pati, fastidio est vicina satietas, ieiuniū cibos condit. Nil nisi dulce, ac sapidum gustat fames. Nil tam lautum, quod

quod non nausea reddat insipidum ac sordidum. Ipsi etiam qui delectationi huic intendunt, appetitu & raritate illam acui fatentur, ut reliquas copia frequentiaq; cōtundi, & in nihilum sæpe & in contrarium verti. Ipse demum professor voluptatis Epicurus tenuem, victum quasi vnicum suæ professionis auxilium & laudauit & coluit. Quodq; sobrietati ac modestiæ tribuūt honesti viri, hoc ille tribuit voluptati. Ut quālibet viuēdi viā eligas, diuersis finibus vnū callē cōuenire noueris, vno victu vtendum tenui semper ac modico, nisi quē honestis ex causis rara fortē licentia, sed illæsa sobrietate laxauerit, victus hic siccos, & validos, & aspectu placidos facit, & odore corporis nec sibi nec aliis molesto. Confos his madidos, æstuātes, tremulos, olētes, & v. G. Ciceronis vtar verbis, cōfer & sudantes, & rufescentes, tūc videbis quid inter frugalitatem intersit, & crapulā, & si nō virtus, at aspectus ipse monstrabit recta quonā vergat electio, ut vix sit quispiā tam gulæ seruus qui acriter se discussa nō sobrietatem longē illi præferendam faciat. Si hæc spernis vt leuia, nunquid & morbos hinc nascētes mortemq; cōtemnes, quæ licet p seipsam magnis animis contēnenda sit naturaliter atq; honestē, seu certē non turpiter inuecta, sic turpibus causis accersita morte, nil forcius, nilque formidabilius. An

VTRV

verò non audis Ecclesiasticum consultorem? Noli auidus esse inquit, in omni epulatione, & non te effundās super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsq; ad choleram: propter crapulam multi perierunt, qui autem abstinens est adiiciet vitam. G A V. Lattis, & multiplicibus vtōr cibis. R A T. Asellum tutum, si nimis presseris opprimes, si mollius paucis calcitrabit, venter verò depositarius malæ fidei est. Non inefficax consilium videtur ad omnes, & præsertim gulæ illecebras cōprimendas, exitum contemplari.

De conuiuio. Dialogus XIX.

G A V.

CONuiuio gloriōr. R A. Laurus victus voluptatis, conuiuia sunt furoris. Quid enim nisi pompaticus furor est multos diuites à negociis honestioribus fortassis abstractos honorifico tædio vnum in locum cogere, & multos vètres aut vacuos melius manusuros, aut suo gratius implendos arbitrio, exquisitis & nociuis cibis infarcire? vbi vt vñ morem gesseris palato, multis tædio fueris atq; fastidio. Rarò enim inter conuiuas conuenit, verumq; deprehenditur quod ait ille: Tres mihi conuiuæ propè dissentire videntur, Poscentes vario multum diuersa palato. Quid

Quid dem, quid non dem, quid des, Flacce
 seu, quid facias? nisi ut penitus nihil des, &
 hanc curam illis linquas, quibus nulla cura
 altior est. Agat quidlibet, qui agere nil aliud
 sciunt. Nam si tres discordant quid centum
 facient, aut mille? Vix sine tacitis saltem ab-
 eunt lamentis. Hoc male sapuit. Illud male
 oluit, hoc præferendum fuit. Illud gelidum.
 Illud intempestiuum. Hoc mæsto oblatum,
 hoc irato vultu, Crudum illud, hoc lacerum.
 Ille famulus segnis, hic præceps. Hic surda-
 ster, hic cõtumax. Hic clamore offendit. Hic
 silentio, Ille illotis vasis aquam tepidam, hic
 vinum molle porrexit. His querelis non tam
 aulæ, quàm viæ resonant, & plateæ, nec im-
 merito. Nam quid attinet iucundius domui
 suæ præfuros precibus fatigare, aut quorsum
 & sumptus inutilis, & superuacuus labor, at-
 que vnum in atrium turba conueniens, nisi
 ut te vicinæ ostentes, & quasi de conuiujs
 tuis pedester agas voluptuariũ triumphum?
 Sic tubis cymbala concrepant, utq; appareat
 pompæ omnia tribui, charitati nihil. Finge
 postridie vnum aliquem conuiuarum tantu-
 lo egere, quanti sua constitit paropsis, nun-
 quam id à conuiuij domino impetrabit. Nẽ-
 pe non id illi præstitum, sed sibi. Quæ quam-
 vis ita esse non sit dubium, solent tamen ubi
 ad mensam ebrij deierat affirmantq; aliquid,
 percus

percussis epulis, his ferme verbis uti: per hæc inquit, quā simul facimus charitatem. Quibus rite respondeatur. Immo verò Per hanc ebrietatem, & hanc crapulā. Vera enim charitas demū esset, si ieiuni & sicci, quæ in vestram perniciem effunditis, in vsum pauperum verteritis, tunc charitatem non improprie iuraretis. Nunc ad vestra conuiuia fastidiosi diuites coguntur, famelici pauperes excluduntur, vobis scilicet æstimantibus gloriosum claris hospitibus abundare. Nec deest præter vulgus (fontem omnis erroris) author insignis. Est enim ut mihi videtur, ait Cicero, valde decorum patere domos hominum illustrium hospitibus illustribus. Plane vir egregie, qui referte vicē valeant, sed egestibus clausas esse. Quæ in re haud indigne forsitan notatum à Lactantio Ciceronē nouimus, qui profectò illud melius alibi, sed eodem libro. Hoc maxime inquit, officiū est, ut quisq; maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. Quod contra fit à plerisque, à quo enim plurimum sperant, etiā si ille his non eget, tum ei potissimum inserviūt. Bene nūc ais Cicero & vere, nā & ita fieri debet & à plurimis cōtrā fit. Sed (ut ad rem redeam) si querelis, ac fastidio cōuiuia vis carere, cōuiuuiis abstine. Habent utcunq; fortassis, qui conuiuio interfuere quod arguāt, quod grauentur,

uentur, qui hoc ipsum arguit quòd conuiuio
 nò intetrit, non ià ille cõuiua est, sed impudẽ-
 tissimus parasitus, cuius lingua nò pluris æs-
 timãda quàm gula est, quæ nò modò nò me-
 tuenda est, sed optãda nõnunquã, dicẽte Sa-
 tyrico, Nam quæ comœdia, mimus quis me-
 lior plorãte gula? Tales aliqui apud comicos
 describuntur, lætiq; risum excitant: quid nisi
 corã auditi queant facere? Hæc deniq; sum-
 ma est: conuiualẽ censuram non conuiuando
 euaseris, parasiticos morsus ac rabiẽ ridẽdo,
 & contemnendo fugaueris, non est alia ad
 quietẽ via. G A V. Cõuiuiis vaco. R A. Pulchrũ
 tibi studium elegisti. quid huic gustui cõue-
 niat, quid illi, quibus aut cõpescenda fames
 ferculis, aut irritãda salsamentis. En præclarũ
 vtilemq; philosophiæ partem, quis primus,
 quis secundus & quis tertius ingrati stoma-
 chum cibus premat, quis vini fumus cerebro
 gratiores nebulas offundat. G A V. Conuiuiis
 delector. R A. Si sic accipiatur vt verbum so-
 nat, & vt senserunt maiores nostri nominis
 huius authores, non modò non arguam, sed
 laudabo. Dulce est enim & optabile, & hone-
 stum amicis conuiuere, sed comestationem
 conuiuium appellatis, turpissimæq; rei pul-
 cherrimum nomẽ imponitis, quasi verò non
 possit cũ amicis viuī aliter quàm comedẽdo
 & bibendo, nò melius cogitando, & loquẽ-
 do,

do, cùm & docto homini & erudito (vt ait Cicero ipse) viuere sit cogitare, & nil profectò sit dulcius noto ac fido colloquio amicorum. Nolite ergo rem fœdam pulchro velo tegere. Transluceat enim & quod conuiuium dicitur comessatio esse cognoscitur. Audite potius Apostolum Paulum clara voce à malis nos inter cœtera comestationibus, & ebrietatibus dehortantem, & videte ne ad turpia nonuinum splendore rapiamini. G A V. Conuiuiam me delectat. R A. Dic quod est, comestiones, potationes, epulationes, viscerationes. Hæc si delectat accipere, vilis tu, vilis rei debitor. At si dare stultus tu, stultæ sollicitudinis seruus es. G A V. Conuiuiis gloriam quaero. R A T. Mos est vestri quaerere ibi, vbi quod quaeritis non est. G A V. Spero gloriam conuiuiis. R A T. Falsa est gloria, verus error. Alexandrum Macedonem conuiuiis indulgisse vsq; ad funestam ebrietatem legimus. Lucium verò vsq; ad profluium amentis impensæ, flebilemque imperij iacturam. Quaero alios duos, quem mihi sanum principem, quem sobrium regem his intentum dabis? Nam philosophos ac poëtas egregios memorare necessarium non est, multoq; minus sanctos viros, & omnino omnes grande aliquid piûmve animo agitantès, quibus omnibus haud dubiè tota ea res infamis & iniusta est.

est. G. Gloria mihi apud vulgus, & multorum gratia ex conuiuiis parta est. RAT. Vilissimæ mercis ingens preciū, coquum fieri, vt gulæ cōplaceas alienæ. Credo autē sunt, quos gula vrget, frænāt inopia, his nihil est gratius quam aliena cura & impensa fræno illo absolui, quodq; per se nequeunt, per alios adipisci. Qui hoc eis præstant clari apud illos dū id faciant & famosi sunt. Finge desinere, simul desinent clari esse tandē, vt ego quoq; iā desinam, hæc summa est. Cōuiuarum conditio delicata est, & querula, longeq; difficilis. De parasitis breuem accipe regulā, dum illos affatim paueris, rodent, arridebunt, plaudent manibus, laudabunt virum optimum, liberalemq; patriæ patrē dicent. Nihil ad vltimum Gratiæ adulationis omiserint, de qua Satyricus loquens adulādi gentem prudentissimā, & comedam nationē asseruit, & reliqua pueris quoq; notissima. Sin aliquādo cessaueris, & quidem sponte, auarum, sordidū, miserum diffamabunt. Sin inopia, homunculum non malum certē, sed stolidum & ineptum, tēque tuamq; domum fugient vt scopulum. Tunc intelliges illud Flacci, Diffugiunt cadis cum fæce siccatis amici. De his quidem loquitur amicis. Veri enim maximē in aduersis hærent, & illas domos auidius frequētant quas fortuna deseruit. His ineptiis, vsq; difficul-
tibus

tribus, ut occurras in tempore & conuiuas tumidos & scurras aridos, horumque omnium voces, & sententias discere contemnere: & sic habeto, nihil loci recto esse iudicio, ubi totum voluptati tribuitur, nil virtuti. Caducū denique malis artibus partum nomen, eamque vulgo quæ gloria dicitur, apud doctos infamiam esse, non gloriam.

De vestitu cultuque corporis. Dialog. x x.

G A V.

A T egregiè vestior. R A. Quæ pura sunt, nuda videri amant. Mos est fœda coloribus abderè. G A V. Exquisitissimè induor. R. Pudebit cultus exterioris quoties quid eotegatur cogitabis. Insana enim ambitio est, finem tegere purpura. G A V. Mundissimè vestior. R A. Non audisti quid ille vir fortissimus apud Crispum dicit, Mundicias mulieribus, laborem viris conuenire? G A V. Vestitus insignis ac mollis est. R A. Superbiæ vexillum, nidusque luxuriæ. G A V. Vestis singularis ac insolita est. R A. Non obiiciam tibi sacros pauperes seminudos, & rigidos, atque hirsutis togis hybetnū frigoris arcentes. Scio quidem, quod peccatrix opulenta sanctam spernit inopiam. Ille idem ditissimus hominum, cuius altercatione retro tectia memini, velle non temere alia quam domestica usus est ab uxore

vxore & sorore & filia neptibusque confecta. Nam & hoc quoque de illo scriptum est. Sic ille cupetorum dominus paucas quidem sibi iunctissimas foeminas fatigabat. Tu fortassis aliorum seruus disunctissimas fatigas gentes. Tibi nent, tibi peetunt, tibi texunt Belgæ, tibi Persæ, tibi Seres, tibi Indi, tibi Tyrius murex natat, tibi fragrans bacca hispidis pendet arbusculis, tibi oues albicant Britannicæ, tibi Indica sandix turber, uterque tibi sudat Oceanus, Augusto autem vxor & filia, sororque cum neptibus. Eo usque decreuit virtus creuitque superbia. Sic contrario delectatis exempla modestiæ viderunt. In victu igitur ac vestitu multo optimo principum contempto, post pessimos abire, Caium, & reliquos, quorum ventri, ac tergo, nec ciuilibus vnquam, nec virilis, nec Romanus certe, nec humanus, sed infans, & nunc foemineus, nunc diuinus ab omni autem parte profusus atque monstriæ cultus fuit. G A V D. Exquisitissime induor: R A T Operosior ornatus, & suspitione auræ ingentis formæ gratiam imminuit, & fulgore suo deformium mendas prodit, oculisq; prætereuntium ad spectandum excitat. Itaque nulla re peius sibi consulte deformis homo, quam dum formosus vult videri. Vestis insignior cultusque corporis qui ad
f a famam

famam quæritur, risus mouet. G A V. Electis-
 simis coloribus exornor. R A. Natura rerum
 humana arte non vincitur. Sæpe etiam quasi
 indignans se tentari quo maiore nisu premi-
 tur, tegiturq; , eo magis ac magis attollitur,
 eminetq; , natiuam mortalis corpusculi for-
 ditatem nec colores alterât, nec odores, quin
 aut magis conspectam efficiunt, aut suspe-
 ctam. G. Preciosis, ac variis, ornamentis am-
 bior. R. Pone in pheretro aureo pallidum ca-
 dauer, gemmis illud ostroq; circunda, quo
 plus ornatus, & plus erit horroris. Neu quod
 loquor ad iniuriâ trahas, origo nominis in-
 quirenda est. Siquidem à cadendo dicitur,
 cadauer, cur non vt mortui sic viuentis rectè
 dicitur? Nempe illud cecidit, hoc casurū est,
 caditque continuè. G. Nouus & insolitus est
 mihi. R A T. Non est locus vt defleam, vtque
 execrer ludibria hæc habituū externorum,
 quos vobis ab extremis mundi finibus furi-
 bunda præsens ætas intulit. Sed dij hominē-
 que malè oderint has beluas humana effi-
 gie, ferino animo, lingua Latina, Barbaricō-
 ve habitu, compto fœmineam ad mollitiem
 capillo, moribus ad aprinam duriciem hor-
 ridis atque incultis, hinc obscœna corporum
 impudentissimè degentes, illinc mētium le-
 uitatem vano vertice volucrum plumis ex-
 tantibus, apertissimè designantes. An verò
 tam

tam vigiles magistri, an tam dociles discipuli plus odij mereantur in dubio est, quorum ingeniis effectum vides, vt inter mimos, ducesque, inter scorta, & matronas prope iam nil intersit aspectu. Nec dum sistit, sed indies serpens crescit, & variatur insania.

De ocio & quiete. Dialog. XXI.

G A V.

OCium quiesce à laboribus obtrigit. R A. Duo humanæ vitæ bona gratissima, nisi vsus immodicus mala illa grauissima fecerit, quod multis fecit, & totidem corporis, atque animi pestes tumorem corpori parientes, animæque rubiginem. G A V. Ocio fruor iucundissimo. R. Vtor, dic. Nulla hîc re fruendum, sed vtendum multis, habet doctrina salubrior. G. Delectabile ocium est mihi. R. Refert multum hoc ipsum ociû quale sit. Duas nempe species ocij diffiniunt, operosi alteram, atque ipsa in requie laborantis ac circa honesta studia solliciti, quo nil est dulcius, alteram inertis & languidi, & solam requiem complexi, quo nil foedius, nil similis est sepulchro. De primo igitur sæpe magna quædam opera, & mundo vtilia, & suis authoribus gloriosa proueniunt. De secundo autem nihil vnquam, nisi inglorius torpor, ac marcidus. Primum illud rite philosophantibus,

£ 3 hoc

hoc secundum pigris, ventri, somnóque de-
ditis peropportunum, vbi nullo interpellan-
te, edant licenter, ac dormiant. G. Oprata per-
fruo quiete. R. Quies illa qua perfruendum
erit, vllum finem habitura non est híc. Vide
ergo qua gaudeas quiete, G. Quietem opor-
tam reperi. R. Quietem dicis, an accubitum
vis dicere, an somnum? quem mortis cónsan-
guineum poetæ quidam, alij mortis imagi-
nem dixere. Vtrique perproprie. G. Dormio,
& quiesco. R. Atqui & euntes sæpe animó
quiescunt, & sedentes iacentesque animó la-
borant. Et somnus ipse animalium quies di-
ctus suos habet abditos dolores, visionum-
que ac phantasmatum turbidos tumultus at-
que horribiles: de quo Deum familiariter al-
loquens sanctus & afflicus vir ille queritur.
G. Ociosus in thalamo requiesco. R. Vter
quæso putas dulcius quiesceret, an Vacia
suo in rure dormiens, an Scipio in Africa
cum hostibus pugnans, Cato cum anguibz,
Regulus cum vtrisque? Nec quies sine gau-
dio, nec sine virtute verum gaudium esse po-
test. G A V D I V M. Reiectis laboribus grá-
to recreor sopore. R A T I O. Labor est ma-
teria virtutis & gloriæ, hunc qui reiecit, il-
las reiecit. Contrà, vitij & infamiæ mate-
ria sopor est nimius, qui multos ad perpe-
tuum soporem vrget, atque precipitat. Fo-
nes

tetille libidinem; corpora prae gravat, ener-
 gat animos, fuscatur ingenia, scientiam minuit,
 memoriâ extinguit, parit obliuionem. Non
 sine causa insomnes industriique laudantur.
 Somno non laudatos cernimus, sed inflatos.
 Proinde ut somnum quidam mortem dicunt,
 sic vitam alij dixerunt vigiliam. Inter mortem
 verò & vitam vide quid elegas, vigilandum
 certe, quod sapientibus placet, ad hoc salu-
 tem, ut longior vita sit. G. A. V. D. Longo, &
 minimè interrupto fruor somno. R. A. T. I. O.
 Bene, si non curis mordacibus, auaritia, am-
 bitione, metu, mœrore, aut amore impio-
 riale autem, si non honesti studij cura cuiu-
 spiam sopor abrumpitur. Profectò populis
 stertentibus vigilant reges, sopitòque duces
 vigilant exercitu; quod & res docet & Ilias
 probat Homericæ. Nobilioribus animis cu-
 re vigilantes impendent, sed sobria ac salubres.
 Augustum Cæsarem principum maximum
 atque optimum somni brevis accepimus,
 cuiusque etiam crebrius interrupti. Tu con-
 trario gloriaris. G. A. V. D. Profundè dor-
 mio. R. A. T. I. O. Es gulosus, & libidinosis, & iras-
 cundi brutis animantibus, viuis tamen somni
 nolenti ac sopiti duratæque mortuis compa-
 rantur: & quod ad illam partem tempori
 ris attinet, nihil differre foeciles à mase-
 ris, philosophicam scis esse sententiam.

Iure igitur, ut pars illa pro viribus evitanda, quæ solam inter homines differentiam formiorum linquit, sic sectanda contraria est nil difficultatis allatura volentibus. Si pro levi enim gloria aut lucro exiguo, & bellatores, & mercatores, & nautæ totis sub diño noctibus peruvigilant, illi quidē inter hostium infidias, hi quolibet hoste peiores inter fluctus ac scopulos, tu propter veram gloriam, lucrūque ingens, inter Dei laudes ac libellos tuos partem noctium vigilare non poteris? **CAV.** Vigilis defessus somno totus incubui. **RAT.** Sic est non mutatis stylum. cuncta ferè vno modo agitis, & quæ Deus ipse, vel natura, vel ars aliqua vobis ad obsequium dedit, in vestrum dedecus damnūque convertitis. potum cibūque ad ebrietatem, & crapulam, ocium & quietem ad somnolentiam, & marecorem, valetudinem ad voluptates, formam corporis ad libidinem, robur ad iniurias, ingenium ad fraudes, scientiam ad superbiam, eloquentiam ad discrimen, domicilium, ac vestitum ad pompam inanēque iactantiam, opes ad avaritiam & luxum, prolem & cōiugium ad metum & sollicitudinem immortalē. Ite nunc, stupete, & querimini de fortuna & malis vestris ingemiscite. de bonis mala facitis, deque cælestibus donis compedes vobis ac laqueos & vincula animæ confatis.

G A V. Somno placido delector. R A T. At non
 modò reges, & duces, & principes, & philoso-
 phi, & poëtae, insuper & familiarum patres vi-
 gilant ac nocte consurgunt quod ad sanita-
 tem atq; œconomiam & philosophiam vti-
 le ait Aristoteles, sed fures etiam insidiatores
 (quòdque est mirabilius) insani, & amatores
 quos suarum muliercularum memoria &
 desiderium excitat: tu verò non virtutis a-
 more somnū oderis vitiiis amicum? utq; ele-
 ganter ait Flaccus: Vt iugulent homines sur-
 gunt de nocte latrones, ut teipsum serues nō
 expergisceris? Pudeat semper tantum in vo-
 bis posse turpes causas, & nil posse pulcherri-
 mas. G A V. Nullo vnquam interpellante to-
 ris noctibus quiesco. R A T. Videtur quidem
 Aristoteles, quod superius attigi, ita vitam
 hominis parti, ut dimidiam partem somno
 tribuat, dimidiāque vigilae, dum pro parte
 dimidia nō differre studiosi vitam ait à stul-
 ti vita, & siquidem pro somno noctem, pro
 vigilia diē vult intelligi. Recta fateor ac vera
 est diuisio, æquis enim partibus tempus inter
 sese diuidunt. At si sic accipitur, æquas spacio
 inter partes differentia certè alia ingens est.
 Nulla enim acrior, nulla aktior cogitatio est
 quàm nocturna, nulla pars temporis studen-
 tibus aptior. Si autem somnum ipsum dimi-
 diam temporis partē dicit, mirabile dictum
 est est

est ex ore tã studiosi, & tam docti hominis. Absit enim ab anima bene instituta & studiis intenta, dimidium temporis dormire, eum quartum suffecerit quibusdam, & tertium voluptuosis quoque sufficiat. Nocturnum quidem surgere qualibet anni parte consilium est. Absit ut noctem non hybernã modo sed æstiuam totam dormiant, qui grande aliquid moliantur. Cæterum semel illam fregisse sufficiet fortassis, quodque vigiliarum anticipatum erit brevi (si res poscat) meridiana vicissitudine restaurari potest. Apertumalis horæ noctis sæpius rumpendæ, psallendum, studendum, legendum, scribendum, cogitandum, contemplandum, querendum ingenio novi aliquid semper, & quod studio quæsitum fuerit, memoria repetendum. Audiendus quoque Hieronymus ad Eustochium scribens, noctibus bis, terque surgendum inquit, reuoluenda de scripturis, quæ memoriter retinemus. Denique his studiis fatigati oculi, alterno sopore recreandi, & breui quiete recreari alterno exercitio fatigandi erunt, ne totis noctibus dormiendo, culcitra incumbendo, sepulta cadauera videamini. Motu crebro, atque honesto vos viuos, & virtuti deditos comprobate.

De

G A V.

S Vanibus delector odoribus. **R A T.** Hi vel victui, vel vestitui subserviunt, de quibus quid sentiam audiisti. **G A V.** Odoribus studeo. **R A T.** Odorum alij gulam, alij libidinem irritant. Horum appetitus incontinentiæ notam subit, & præsertim vehemens. Alij propter seipsosexpetuntur. Horum studium non turpitudinis nempe, sed vanitatis arguitur. Vnde est ut muliebrum vnguentorum odor, aut dapum, quàm florum turpior, ac pomorum sit. Eadem ratio est earum delectationum quæ auribus oculisque percipiuntur. Si unquam ethicis applicuisti animum, nosti hæc, neque te nunc doceo, sed notæ veritatis ad memoriam retrahø, ut huius generis oblectamenta videas vel fœda esse vel levia. **G A V.** Odoribus operam do. **R A T.** Bonæ utinam famæ, cuius odor bonus quoque dicitur, malûsque maior multò, latiusque sensibilis quàm aromatum si teratur, aut sulfurum, si cremetur. De his odoribus non nares, sed mens iudicat. **G A V. N I.** Bonis odoribus delector. **R A T.** Si sensui pares & voluptati inhias ut dictum est, aut obscœnum aut inane: si valetudinis curam geris, excusabile, modò condimentum rerum omnium modus adsit.

ad sit. Cōfortat enim tabescentē spiritū odor leuis, sed ad omnia valet illud comicum, Ne quid nimis. Est autē (vt in multis) in hoc quoque naturarū varietas infinita, non solū inter hominem atque hominem, sed inter gētem & gentem. Siquidem vera fama est, quāmq̃ue magni non respuunt authores, gens quæ Gangis fontem accolit omnis cibi experts, solo mali syluestris odore alitur, peregre profecturi nil nisi bonum illud malum ac vitale circumferunt, tam foetoris impatientes, vt sicut eos purus nutrit, sic infectus odor interimat. Delicata complexio quæ sic viuat & pereat. Hinc gens omnis ad ortum solis obuersa, cælique mollitie delinita, vt ciborum negligentior sic egentior, atque appetentior est odorum, & inde nimirum hæc primū curiositas nos inuasit. Assirij, Arabes & Sabæi vestris armis edomiti suis vos odoribus domuere, quibus aliquandiu rigida, patrum & iauicta sobrietas obstitit vsque adeo, vt quin gentesimo & sexagesimo quinto anno vrbs conditæ graui edicto à Censoribus cauere-tur, ne quis in urbem ipsam vnguenta externa conueheret. Non multo autem pōst modernorum vitiis (vt assolet) veterum scita rūpentibus, in Senatum ipsum edicti talis authorem victrix lasciuia penetravit. G A V D. Libenter bene oleo, R A T. Peregrini odores, atque

atque omne artificium bene olendi, proprij naturalis non boni odoris argumenta, & latentium sunt signa defectuū. Ob hoc ipsum, atque ob illam, nedum viro, sed ne honesta quidem forma dignā curam solita sensum viri fortis offendere. Meministi adolescentis illius, qui dum, vt erat vnguento illitus pro collata præfectura Vespasiano principi gratias acturus, ante eum staret, ille hausto mox odore subtomachans acri supercilio, voce aspera, Mallem inquit, allium oboleuisses: sic increpitum sine honore, inhibitis, seu rescissis iam concessæ gratiæ literis bene olidum dimisit: ita cum semper dedecori sint odores huiusmodi, interdum etiam damno sunt, maxime vbi morum grauis, ac masculus Censor sit. Quid quod quibusdam fuere periculo? Nam & illud nosti, vt Plantius Senatorij vir ordinis, triumvirali proscriptione, metu mortis Salernitanis latebris abditus, vnguēti proditus, odore, sibi quidem perniciem, proscriptionibus autem suis excusationem seruitutis quaesivit. Nam quis non iure casum diceret eum, qui eo tempore Re. P. tantoque priuato discrimine vnguenta etiā nunc oleret? GAV. Artificiosis oderibus assueui. RAR. Desuesce, si consilium meum vis. Turpis est enim artificiosis quam simplicibus assueuisse. Omne quod turpe est, quo artificiosius, eo fit

eo fit turpius. Honestatis ornamentum ars,
 inhonestatis est cumulus. Adde quòd & fo-
 dius hodie quam olim, quanuis enim Roma
 (vt dixi) & quam & Græcorum Romanæ
 prope dixerim, Lacedæmon, huic pesti ex
 Asia venienti, quasi armatæ hostium legioni
 ferreis moribus, atque edictis obstiterint, ad
 extremum tamen molles vnguentorum si-
 mûlque vitiorum acies fefellit, excubias in
 Europam transiit, & fortissimas gentes vicit.
 Et quoniam singula prosequi longum est, ex
 vnius asperrimi atque laboriosissimi viri mo-
 lita duritie de reliquis coniecturam facito.
 Siquidem in mediò bellorum æstu, ille inui-
 ctus, ac barbarus cruento cum exercitu vn-
 ctus est. Annibal, penetrabilia vnguenta, sed
 penetrabiliora sunt vitia. Itaque enervati
 ducis ac militum, quorum tam stupenda
 primordia fuerant, qualem depuit, exitus
 fuit. Quo effectum est, vt cum multum
 Africani semper virtutibus, Annibalis ta-
 men vnguentis aliquid deberetis, expe-
 diebat illis vt sicci essent, vobis, vageren-
 tur. Ex illo sone multis sæculis sic iste mos
 inualuit vt labor stuporque sit legere, quæ
 de hac re in vtrisque literis scripta sunt. Et
 quid pluribus morer? vsque ad illius pedes
 quo nihil aliud, vnguentum venit, quod
 ipse qui omnem molliciem animorum, ac
 que

que omnes illecebras voluptatum extincturus aduenerat, passus est, non vnguento quidem, sed pietate delectatus ac lachrymis offerentis. Iam verò pedetentim vsus hic abiit ut cum in multis ætas vestra maiorum gloriæ impar sit, in hoc excellere videatur, quod vnguentorum non est, & qui his capitur non communi temporum, sed proprio quodam animi vitio laborat. **CAV.** Bonis odoribus illicior & delector. **RAT.** Fieri non potest quin quæ delectabilia sunt natura, & illiciant, & dum præsentia sint, delectent. Sapientis Hebræi dictum est, Vngueto, & variis odoribus delectatur cor: quanuis vnguento quidē non tam mihi delectatio videatur inesse, quàm fastidium. Sed ut insit odoribus, meo certè consilio absentibus resistendum contemptu & obliuione, præsentibus vtrūmodi modicè, neque vllam his studium impendendum, ne se vel tacitus vltimarum, viliumque rerum mancipium fateare. Nēue hunc articulum longius traham inhonestis odoribus, ut rebus omnibus virilem effœminantibus animum veritis ac seclasis, in reliquis August. sententiā amplector, de illecebra odorū inquit: Non satago nimis, cum absunt non sequor, cum ad sunt nō respicio, paratus tamen semper carere. Idē fac ne quando bonis odoribus male oleas, aut odiosis iudiciis odiosus sis.

De

CAntu delector ac fidibus. RAT. Ah quāto melius lachrymis atque suspiriis. Præstat enim flendo ad gaudium, quàm gaudendo ad gemitum peruenire. GAV. Cantibus, sonisq; permulceor. RAT. Et ferè cantu falluntur, & volucres, illud mirabilius, musica quoq; dulcedine pisces tãgi. Nota tibi Arionis & delphinis est fabella tam pro vera habita, vt ipsis annalibus sit inserta. Multi quidem scriptorum illustrium meminere miraculi, elegantius nemo, quàm Herodotus Graiæ pater historiæ. Astipulantur imagines æneæ illic, vbi è tãto periculo incolumis primum terris appulsus est natantis piscis tergo insidens fidicen. Ad hæc Sirenes cantu fallere creduntur: illud verò non creditum, sed compertum, vt quotidie blandis verbis homo hominem fallit, & ad summam, nihil ad fallendum voce aptius. GAV. Musica suauitate delinior. RAT. Et aranea (vt aiunt) antè quàm mordeat, & medicus linit antè quàm feriat, & zuceps, & mulier quem alere vult, delimit, & prædo quem perimit, & polypus quem demergit, amplectitur. Et quidam pessimi hominum nunquam terribiliores sunt, quàm dum se gestu, & voce lenissimos ostendunt, quod imprimis de Domitiano principe lectum

tum est. Vix vlla est sine suspitione delini-
 .GAV. Cantu gaudeo & exaltor. R A. Cae-
 am scriptu est, Extrema gaudij luctus oc-
 pat: & rursus, ante ruinam exaltabitur spi-
 us. GAV. Cano dulciter. R A. Nescis an vlti-
 um. Ipse prae dulciter morti proximus olor-
 nit. Plures enim gaudio quam tristitia pe-
 re. solito dulcius canentem inter ipsa soni
 spira-expirasse recens fama est. GAV. Can-
 ac tibiis delector. R A. Non immerito qui-
 m. Singuli enim dies te & horae, & mo-
 menta ad sepulchrum vehunt, quò cum can-
 ferri vester etiam nunc mos est, & antiqui
 iis efferebantur. vnde illud Statij. Papinij:
 bia cui teneros suetum producere manes.
 tibi vtraque funeris pompa placet, illuc (re-
 et ire non sentias) absque vlla requie pro-
 ranti. GAV. Cantu moueor. R A T. At, quid
 fert? Est haud dubie, in animis hominũ ge-
 rosis maxime, potentissima musica, sed, ef-
 ctus, supra fidem varij. Vtq; omittam, qui-
 s res nõ eger, hos ad lætitiã inanem, hos
 sanctum, & deuotum gaudium, piãque
 nunquam lachrymas mouet, quæ, varie-
 s in diuersas sententias magna traxinge-
 a. Nempe Athanasius. vanitates fugitãs ca-
 endi vsum in ecclesiis interdixit. Ambro-
 s pietatis appetens, vt caneretur instituit.
 agustinus vtrunque se passum, & difficile
 hinc

hinc sibi negocium dubietatis exortum inter confessiones suas piè meminit. G A V. Delectat canere. R A T. Grata olim delectatio, nunc & vestra. Apud illos quidem cantus, ac fidium ignarus quisquis esset, indoctus habebatur, quod Themistocli Attico Græcorum clarissimo, eò quòd lyram in epulis recusasset, accidisse, Epaminundam verò Thebanum hanc fortassis infamiam declinantem præclare fidibus cecinisse author est Cicero. Mirum, & Socrates talis senex fidibus operam dedit, ne miremur Alcibiadem ab auunculo Pericle tibiꝑ studio traditum apud illos honestissimo, vt inter liberales artes hanc quoque condisceret. Sed verecundum pueri laudemus ingenium, qui cum ab insigni tibicine ad id ipsum accito oblatas tibia ori applicuisset, & collecto spiritu genas inflasset, animaduersa deformitate vultus erubuit, atque obiectas tibia aspernatus fregit, meruitque licet tenera ætas exemplo esse, vt totius populi consensu tunc Athenis tibiae usus obsolesceret. Ad vos & si non illud ardens musicæ studium peruenerit omnium principum mentes occupaturum, occupauit tamen aliquorum animos pessimorum maximè. Caius quippe cantandi studiosissimus saltandique fuit. Nero quantum citharæ studio deditus fuerit, & quantam

curam

ram vocis habuerit, incredibile dictu est.
 enim stultum est, penitusque ridiculum
 quod nocte illa quæ sibi vitæ vltima, mundo
 tem respirandi vel modicum prima fuit,
 querelas quas vicina mors, & præsens
 etus, dolorq; dictabat, illud crebrius, atq;
 miserabilius defleuit, non quod tantus prin-
 ps, sed quod tantus musicus periret. Mitto
 os. ad hanc vestram, quæ nunc agitur, æta-
 m, licet partior, venit tamen aurium volu-
 as, qua castè ac sobriè delectari humanitas
 ædam, capi autem & molliter inuiscari,
 nitas multa est. GAV. Suauibus vocum mo-
 s cum delectatione detineor. RAT. O si
 idires sanctorum suspiria. O si hinc aures
 as damnatorum gemitus, & lamenta per-
 llerent. Hinc beatorum iubilus, & cantus
 gelici, atque illa cœlestis harmonia quam
 ythagoras ponit, Aristotel. euerit, Cicero
 lster instaurat, tibi autem pietas, fidèsque
 ggerit esse ibi perpetuas, ac prædulces vo-
 s, & si non cœlorum, at cœlestium inco-
 rum, primam illam, & æternam causam
 ne fine laudantium. Si hæc inquam, omnia
 is auribus inferrentur, quàm clarè discer-
 eres quis concentus dulcior, quisve fa-
 brior? Nunc surdo sensui soni iudicium
 committis, de quo hætenus parua qui-
 em res nonnullis fortè videbitur, magnos

g 2

tamen



tamen viros exercuit. Nec sine causa diuini Plato vir ingenij musicam arbitrans est ad statum siue correctionem morum recip. pertinere.

De Choreis. Dialogus XXXIII.

G A V.

CHoreis gaudeo. R A T. Mirabar-nisi fidium cantus, & tibiz choreas suscitarent, & præscripto de more vanitatem vanitas sequeretur, verum maior, multoque deformior. Ex cantu enim dulcedo aliqua, & sæpe utilis, ac sancta percipitur, ex choreis nihil vnquam nisi libidinosum, ac inane spectaculum, honestis inuisum oculis, viro indignum. G A V. Choreis cupidè intersum. R A T. Corpus animum regit ac detegit, manum iactatio, pes mobilis, oculus vagus, ac petulans tale aliquid arguunt in animo esse, qui non cernitur. Itaque cauendum valde est modestiæ cultoribus, ne quid effœminatum agant, aut loquantur. Occulti enim affectus, & pectorum latebræ sæpe paruis indiciis patescunt motus, sessio, acubitus, gestus, risus, incessus, sermo, signa sunt animi. G A V. Dulcedinem quandam ex choreis capio. R A T. O dulcedo ridicula, finge enim te choream ducere, vel cernere, neque tibicinem audire, atq; ita stultas mulierculas, & viros mulierculis

alis molliores in silentio circumferri, redire,
 neptire. Quid quæso vtrquam absurdus, aut
 elirantius vidisti? Nunc motus incōditos, ly-
 cæ sonus, aut tibiæ hoc est amētia vna aliam
 git. GA. Choreis delector. R A. Non tam ibi
 electatio præsens est, quàm speratæ delecta-
 tionis auspiciū, Veneris præludiū illud qui-
 em sono stupidas, ac misellas circūducere,
 que virgere, & stringere, ac specie vrbani-
 tas atterere, liberæ ibi manus, liberi oculi, li-
 beræ volant voces, pedum strepitus, & muto-
 rum cantus dissoni, & tubarum clangor, con-
 cursatio, & pulvis, & quæ sæpe ludis additur
 ostis pudicitia, & amica scelerum, non ipsa.
 hæc sunt quæ timorē ac pudorē pellunt, hi-
 cent libidinum stimuli, hæc laxamēta licen-
 tæ. Et hæc est, ne me falli facilem putes, illa
 electatio quā simpliciter & velut innocuē
 chorearum appellatione profitemini, & ludi-
 cimine crimen obnubitis. Etsi enim solos
 inter viros, seu solas inter feminas hæc non
 ubique fiunt, illæ tamen separatim exer-
 centur, quidue congressi iterum acturi sint
 simul discunt, teu discipuli qui magistro ab-
 sente quid eo reuerso loqui debeant, medi-
 tantur. Tolle radicatus hanc speciem inge-
 rosam atque improbam, tolle libidinem, su-
 luleris & choream. Crede mihi cum David
 ge nemo ante dominum saltabit, ne quem

fortè sua vxor irrideat, cùm tamen nullus ir-
 rideatur ante dominam saltans, siue etiam
 pandurizans. G A V. Delectabiles sunt Cho-
 reæ. R A T. Sententiam meam tenes. Si dele-
 ctant, propter aliud delectant, per se enim to-
 ta quidem insulsa res est, & plus tædij alla-
 tura quàm gaudij. Nam quid omnino est
 aliud in gyrum volui, quàm excire vertigi-
 nem sinèque termino viam ire? Inter locales
 septem, motus, quos Plato dinumerat, hoc
 scilicet, ante, retro, dextrorsum, sinistrorsum,
 sursum, deorsum, ac circuitum, solus septi-
 mus infinitus est. Atque hunc ideo, quæ per-
 petua sunt, hoc est cælum seruat & sidera,
 hunc in terris perpetuus hominū agit furor
 in cunctis fere actibus, atque consiliis, Nec
 vllus Orpheus Isioniam rotam sistit, sed visi-
 bilibus in choreis vbi animorum volubilitas
 corpora secum voluit. Et idcirco cùm de
 omnibus dici possit, de his perproprie dici-
 tur quod scriptum est, In circuitu impij am-
 bulant. Hic ludus multorum dedecorū cau-
 sa fuit. Sæpe illi matrona diu seruatum de-
 decus perdidit. Sæpe infœlix virguncula ipsi
 nuptiali die didicit quod melius ignorasset.
 G A V. Honesto tripudio libenter exerceor.
 R A T. Vellem aliud genus exercitij delegis-
 ses. Sed quo pergas, & quid velis video. inter-
 dictum tolli, veniam dari, normamque præ-
 scri

scribi. Quando igitur sic affectus es, seu is
 moribus, seu consuetudo est, qua mala nihil
 tibi melius, bona nihil est melius, ea tibi in his o-
 mnibus lex erit, vt quibus carere penitus
 non potes, modestissimè vtaris, ac rarissimè.
 Ne quid vlla in re molle vel fœmineū agas,
 sed vbique non suis etiam in finibus virilis
 rigor emineat, sitque tripudium, vel quisquis
 erit is ludus fatigati animi relaxatio, & exer-
 citium corporis, non voluptas eneruatrix
 mentium. Exemplo libentius abstinuissim,
 summorum virorum imitatio non omnibus
 data est. Non omne pennatum animal aequi-
 am sequi potest. Imitatorū alij contrarium
 faciunt, alij verò aliud, nonnulli idem aliter.
 Pauci ad plenum quod imitantur effingunt.
 Cato hic vltimus, R. p. curis pressum animum
 ino leuare solitus fertur. Fecit idem apud
 Græcos Solō. Hos aliquis sequi volens vnam
 semper officium ager, bibet: quodq; illis mo-
 dicum, ac raram, huic immensum, & conti-
 nuum: quod illis remediū, huic erit ebrietas.
 Facile idō in rebus aliis poster ostēdi, sed hoc
 nunc intelligis quid est, quod nunc tecū ve-
 eat. Ex quo tamē damna rei patrociniū vt
 suscipere coëgisti, summi viri exemplum quod
 vel nō sequaris, vel nō mutes accipe his ipsis
 quibus apud Senecam est verbis in eo libro,
 in quo tranquillitatem animi stylo inquit:

Scipio inquit, triumphale illud; & militare corpus mouet ad numeros, non molliter se infringens, vt nunc mos est etiam in incessu ipso vltra muliebre[m] molliem fluentibus, sed vt antiqui. Illi viri solebant inter lusum, ac festa tēporē vtilem in modum tripudiarē, non facturi detrimentum etiam ab hostibus suis spectarentur. Quibus in verbis quid de sua iam tūc ætate sentiret, perspicit, Fœlix qui non vidit tuam. Quamuis autem & ille & tripudij & vini remissionem probet, veniendūque nonnūquam vsque ad ebrietatem dieat, quod à tam rigido ingenio dictum miror, si fideli consilio vti vis, vino parcere vtē, tripudio abstinere. Alia sunt honestiora remissionum genera quibus fastidienti, fessūq; animo moderere. In omnibus tamen optimum fuerit quod hic vltimum dixit, attendere, & quæcūque ages ita agere, tanquam te hostes tui videant atque obseruent. Multo quidem est satius sic viuere vt abstinentiam & gravitatem tuam inimici stupeant, quàm vt lasciuia[m] amici excusent. Clarior fama est, cui nec verum crimen obiiicere quisquā potest, nec falsum audet, quàm cui obiiicitur, sed purgatur, Accusatorem perfecta virtus exterrēt, mediocris irritat. Quod ad sobrietatem atinet, malim te Cæleri similem, quem vini parcissimum ne inimici

qui

idem negauerint (vt Tranquillus ait)
 à Catoni : non Censorium illum senem
 quor, de cuius sobrietate iam diximus, sed
 ne vltimum cui obiectam ebrietatem Se-
 ca sic refellit, vt dicat facilius effecturum
 isquis obiecit crimen honestum, quàm
 ipem, Catonem. Quod ad id verò de quo
 itur nullo modo tripudies malim, quàm
 Scipio. Quòd si te illuc vrget animus, quo
 lim, his te saltem ducibus vti velim, vt si
 nitus tibi insedit illud lyricum : nunc est
 pendum, nunc pede libero pulsanda tellus.
 e vinum bibas vt Cato, sic terram pede
 lles vt Scipio.

De pile ludo. Dialogus xxi.

G A V.

T delectat pile ludus. R A. En aliud cla-
 mandi ludibrium saltandique. G A V. Li-
 ter pile lusito. R A T. Odiosa vobis vt vide-
 est requies, vndique labores aucupami-
 decoros vtinam. Nam si exercitio ludus
 c queritur, vtrum precor honestiorem fa-
 gationem furibunda iactatio, in qua nihil
 imo geri potest, an ambulatio tranquilla
 restaret, vbi & membrorum motus utilis &
 genij agitatio honesta est? Quem morem
 philosophorum quidam sic fecerunt suum, vt
 ne secta famosissima nomen sumpserit. An

g s tu ve

tu verò Dionysium Syracusium, quàm Stagyritem Aristotelem sequi mauis, quando ut studiosa deambulatione philosophū, sic tyrannum ludo hoc turbido delectari solitum accepimus, quanuis & modestos interdum animos voluptas hæc ceperit. Itaq; & Quintus Mutius Scæuola ille augur elegantissimè hoc ipsum fecit, & diuus Augustus post finem ciuiliū bellorum ab exercitiis campestribus ad pilam transiit, & Marcus Aurelius Antonius, ut de eo scribitur, pila lusit apprimè. Nec tamen vel quia ille diuinatque humani iuris peritissimus, vel hi doctissimi atque optimi principes fuerant, ideo ludus præceps & clamorosus placet. Siquidem motus omnis vehementior, præsertim si clamore permixtus sit, honestum dedecet ingenium.

De ludo aleæ & calculorum. Dialogus : XXVI.

G A V.

ALex ludus & calculorum placet. R A T.
 Damnosum illud, hoc insane, utroque; tamen idem ille Scæuola, quòdque est altius Augustus Cæsar altero uti solitus fertur. Neque rursus, ideò quòd ille à cerimoniis deorum atque hominum legibus quas excellentissimè calluit, iste à cunis summi imperij quod diutissimè atque optimè rexit, tale sibi
 inter

terdum laboris diuerticulum elegisset, hoc
 te probaucrim. Suae enim & doctis ac
 magnis viris appetitus quidam peregrini &
 i, quorum si vt in doctrinis sic in moribus
 imitator fueris, facile labi queas, neque enim
 omnium qui laudantur, laude digna sunt
 omnia. G A V. Aleæ ludo delector. R A T.
 Quis non delectetur super pictam tabulam
 consignatas numeris ossium quadraturas
 rispanti cubito iactare, quaque ille direxe-
 rit trepidantibus digitis rotundas in aciem
 bellas mittere? Gloriosum exercitium, &
 æclarum nomen, & currus, & laureas me-
 ritum. G A V. Calculis libens ludo. R A O.
 uerile studium. O perditum tempus. O cu-
 æ supernacua. O ineptissimi clamores, stul-
 tia gaudia, iræque ridicula, deliros senes im-
 pendere alueolo, & paniculis lignis vagis, ac
 iurtim insidiantibus atque latrocinantibus.
 Unde latruncularius ludus apud veteres di-
 cebatur, quo lusisse simiam author est Plin.
 Miraris. Atqui propriè ludus est simiæ mi-
 cere calculos, ac transferre, & postea illide-
 re, raptim iactare manus ac trahere, insul-
 tare aduersario, & collisis dentibus mina-
 ri, irasci, altercari, fremere, vicissimque
 interim (vt Flacci verbo utar) caput scal-
 pere, ungues rodere, & ad summam, omnia
 facere quæ prætereuntibus risum exortiant.

Nun

Nunquid enim horum aliquid, aut vllum penitus amentiz genus omittitis? Nonne ita torquemini quasi vel vestra, vel publica salus in dubio sit? Multi credo prælio vicerissent, si quam ligneis, aut eburneis impenderunt curam, veris militibus impendissent. Vix rei vllius tam intensum, tamque ineptum studium inuenias. Sed hoc est in regno stultitiz commune, vt quarum rerum minor est fructus, & cupiditas & delectatio maior sit. **E A V.** Alea delector. **R A.** Ostendam tibi si consilio vti voles generosam, atq; honestam aleam, qua olim Athenis docti homines vsi sunt, vt festis scilicet diebus in cōcilio amicorum quisque de literis aliquid in medium proferat, non sophisma lubricum, vt illi, sed solidum pro ingenio proferentis ad virtutem, aut beatam vitam pertinens. Dehinc collatione facta sine inuidia, sine ira, qui inferiores doctiorum iudicio visetunt, facili quidem multentur pecunia. Hoc in philosophicas vertatur cœnas. Sic res vna conuiuio sumptum, exercitium studio, calcar ingenio ministrabit, quòd hinc victos excitet, hinc victores. Hoc aleæ genere quo antiqui saturnalia, vos pia festa, & quo illi Atticas, vos Romanas noctes instruite. Haludum quo & ludere iuuet, & lusisse non

at.

De

ludo taxillorum prospero. Dialog. XXVII.

G A V.

Venit ad taxillos ludere. R A. O vorago ingens, inexplabilis. O patrimoniorum fluxus istis, ac subitus. O animi tempestas, & famæ, & scelerum stimulus, & ad desperandum via. Superiores utunque ludi sunt, hic erus est dolor. G A V. At mihi prosperi ludii euentus fuit. R A T. Taxillorum nullus euentus prosper, mali omnes, & miseri. Nam qui perdit affligitur, & qui vincit illicitur, & insidias protrahitur. G A V. Prosperè lusi. R A. Præsens sæpe prosperitas futura calamitatis augurium fuit, & suas hæc pestis habet eccebras. Si qui talis ludunt, omnes perdunt, nemo vaquam luderet, nunc lucrantur qui, sed lucrum illud arra est damni. G A V. Vici & vici. R A T. Bene, nisi in campum redis: quin nullus capus planior, nullo in campu volubilior est fortuna. G A V. Lusi & vici. R A. Ludes iterum & perdes. Quod vicisti autem hinc atque illinc mille diripient, quod perdideris nemo restituet. Adde quod si quid iusticiæ, quod vincis non sit tuum, at quod iudicis etiam non fiat alterius, tuum tamen esse finis. Multa sunt undique quæ ab hac insana bonam mentem dehortentur ac retrahunt, nisi vos imperus quidam avaricia pulvis virgeret. G A V. Vici in ludo taxillorum.

R A T.

RAT. Scito autem te ab exactore impio fortis centesimum accepisse, restitues, quod vicisti, & de tuo adicies ut non sit qui repetat, per seipsum evanuerit, tūque in somnis felix esse desieris. GAU. Vici & ditior factus sum. RAT. Cum nulla sit stabilis pecunia, sed sua potius rotunditate versatilis, tum præcipue quæ taxillis quæritur: taxillorum ludus nihil ulli donat, eorum maximè qui familiaris illum colunt, sed inutuant aliquid & extorquet, eo semper immitior, quo blandior visus erat. Nulla enim amarior est iactura quàm lucri dulcedinem degustare orso. GAU. Lusi & lucratus sum. RAT. Gaudere lucro taxillorum tale est, ac si dulci gaudeas veneno. Vtrunque mox per venas erumpet. GAU. Ludo prospero delectatus sum. RA. Peior est delectatio peccari quàm peccatum ipsum. Sunt qui mala cōsuetudine penè coacti peccant, neq; post peccatum gaudēt, sed tristantur, & si fieri possit, non peccasse maluerint. Quosdā vidimus inter ipsas libidinū flammās, quandam velut glaciem doloris ac poenitentiae sentire, & si dici liceat, velle simul ac nolle, peiorem licet in partem mali usus quadā vi detortos, quos haud improbè quis speret usu excessu ad meliorem semitam posse conuertere: at qui de peccato exultant, quid de his oro reliquum spei est? GAU. Delector taxillo

illorum ludo. R A T. Spero fore ne sem-
 r, neu diu etiam delecteris, voluitur assi-
 è fundatorum status vrbium. Tu stables
 illos putas: crede mihi voluentur, & se-
 m in lahrymas gaudium tuum voluent,
 eque enim sic voluentur vt vidisti, tunc in-
 ne tibi gaudium, nunc veros gemitus para-
 unt. G A V. Delectat ludere. R A. Delectatio
 nesti & turpis corruptiq; animi: ira enim
 conuicio dignus es. Nam quis quæso in-
 nius, seu quis homo & non potius trux
 lua delectari queat ludi nomine abūdan-
 nequitia atque impietate fœdissima? Vbi
 æter hominum vultus nil humanum sit,
 altusque ipsi iracundia ac mœrore obiti
 onfusi q; clamoribus efferati, nec iam sint
 umani, vbi non decor morum, nō modestia
 verborum: non amor erga homines, non
 ga denum reuerētia, sed iurgia & rancores,
 doli, & periuria, & rapinæ, vulnera ad ex-
 emum & homicidia quoq;. Nil in deū sæ-
 us potest humana temeritas, diuini nomi-
 s blasphemix, quibus ante omnes scelerū
 ficinas ille ludus infœlix scætet. Vbi si quos
 rtè tacitos pudor tenet, crebro tamē suspe-
 ātes quid labiis cordis agāt, sciūt ipsi. Quis
 inc ludū verus homo; nō dicā tractare ma-
 bus, sed spectare oculis possit, & non angī
 orsus, fugariq; scælesti spectaculi fœditate?

G A V.

GAVD. Delector tamen hoc ludo. RAT. Vide ne Cretenſium imperatio in tuum caput inciderit, mala conſuetudine delectari, quo nil dictu leuius, nil euentu grauius, propiusq; exitio eſt. GAV. Delector taxillorum ludo. RA. Abiicienda eſt delectatio inhoneſta, & ſi non virtutis, at ſaltem ſamæ ſtudio, & pudoris cura. Nā vix aliud in actibus hominum inuenias, vbi tam clare mores, & vitia detegantur. Vidisti alacriter in prælium deſcenſuros in hoc ludo tremere atque orare flebiliter, & ſuum numerū innocare, quosdam alibi magnanimos, ac tranquillos illic pro parua pecunia, & precari, & irasce, & in ſinem furere. Quā multa pro paucis nummis ſæpe ibi fecerunt viri fortes, quæ pro ingenti theſauro alibi non feciſſent. Ibi enim vitiorum omniū, ſed imprimis iræ, atq; auaritiæ regnum eſt. Meminiſti vt Naſo in eo libro, quo inhoneſtā quidem ac ſupervacuam artem docet, vtile tamen interdū aliquid interſerit. Amatrices monet, vt ob animi vitia cælanda, ludæ hoc, aut ſimili abſtineant, ne conſpectæ ira tumidæ aut auaritiæ exhaustæ amatoribus diſpliceant ſuis. Quanto id viris dignius præcipitur, ne non modò hominum, ſed dei oculos omnia videntis & bonos animos, moresq; ingenuos amanti, offendant? GAV. Luſi, vici, gaudeo. RAT. Ludus turpis, damno.

VTRIVSQ. FORT. LIB. I. II;
nnosa victoria, gaudium inane. GAV. Vici,
ideo. RAT. Omne de suo malo gaudium
tum est. Proinde Tartareus quispiam lu-
uius inuentor fuit, cuius insci; ludibrio
noxę, scientes verò miraculo subiaceāt ac
pōri. Nā quid mirabilius, quā quod ve-
i proverbio vulgatum, verumq; iugi ex-
rientia deprehenditur? Omnes huiusmo-
ludi magistros nudos esse, atque inopes, &
enos.

De Histrionibus. Dialog. XXVIII.

GAV.

Electoꝝ histrionum iocis. RAT. Nobilior
multo delectatio illa est, quę de modu-
tione musica, liberali scilicet quadam arte,
reipitur, hæc solius vanitatis & impuden-
e plena est. GAV. Histrionibus delectoꝝ. RAT.
malim pauperibus, malim amicis humili-
is, malim tandem solitudine delecteris. G.
histriones mihi risum mouent. RAT. Quid tu
is? quoties de se dominum ridentem risit
histrion? quoties se mirantis amentiam admi-
tus finxit aliquid, quo falso illum, verè se
utem delectaret? GAV. Histriones doctos
abeo. RAT. Habes de quibus rideas, quiq; te
ideant & te rodant. Pestis diuitu peruerusta
uz ab Etruscis orta Romę creuit adeo,
oq; fiducia est euecta, ut Æsopus hinc que-
h situm

fitum patrimonium incredibile atque immensum filio dimiserit, & Roscius vagantem sparsamq; rem arte collegerit, de histrionico librum scribens, in quo artem suam oratoriam, seque perinde Ciceroni æquare non erubuit: eam scilicet ob causam quod affectuum animi conceptusq; abditos, quos Cicer. verbis ornatis variè pronuntiaret, ipse alio modo, sed effectu pari gestibus apertis exprimeret. Et sanè fuit ille mirus artifex, nec scio quid tam durum esse vel tam triste potuerit, quod non facilè lenisset, non dico qui facilissimi atque mitissimi Ciceronis amicitiam ingenio meruit, dignusq; pro quo tãtus orator verba faceret, & de quo scriptum opus memorie posterorũ traderet, est habitus, sed qui terribilem ac superbum Syllæ animum inflexit, & ab illo omnium contemptore admissus in gratiam, annuloq; aureo donatus est, qui tot graues ac seueros senes senatumque illum per quem fræna orbis agebantur, quotiens voluit ad risum ac læticiam coegit. Qui populũ Romanum tantum & tã varium sic illexit, vt diurnũ salariũ de publico mille denarios sine gregalibus ac ministris solus ipse perciperet: Magna merces, quãuis exigua fingatur moneta, non sine mira quadã & insolita agilitate animi hoc fieri posse cõfesserim, vt si quis vsquam Roscius affuerit non
tibi

i forte sit vetitū, quod Cicer. licitum fuit:
 n solum ludis interdum, sed familiaritate
 s & ingenio vri. Est enim ingeniis inter
 , quanquam studio & professione distantis
 s multa cognatio: vbi verò hūc quærimus,
 altum breui tempore nobilissimæ artium
 rocessere, ne dicam histrionicam, quæ eo
 liit vt nunc illi deditos corrupto gustu fal-
 que iudicio esse non sit dubium. Profectò
 m consequens est, vt quibus mala bene
 ūant. bona illis ignota sint, & curis nobili-
 s insuetos esse, qui vilibus delectantur.
 v. Multi quotidie me frequentant histrio-
 es. R A T. Frequentare te desinent, cū tu
 res aut largus, dicam rectius, cū tu stul-
 s & prodigus esse desieris. G A V. Magna
 ihi acies histrionum est. R A. Immo mulca-
 m quæ te vinctum comitentur, sic cūque
 stituant: nec destituisse suffecerit nisi hunc
 ausum par sequatur infamia. Sunt linguæ
 nibus quies ac silerium pœna est, nunquam
 erò nisi de aliis loqui iuvat, aut falso lau-
 ant, aut liuidè detrahunt: & quorum ne-
 ueunt mordere diuitias, famam mordent.
 na est histrionum atq; parasitorū lex, vtri-
 ue blanditiis armati, post fortunam eunt.
 erum illis ventrem implese satis est, his
 lia fames cibi mentio iniuriæ genus est,
 mplenda cupiditas fundo carens.

Palæstricis delector ludis. R A. Si spectator vanus, si luctator insanus. G A V. Palæstricis exercitiis vaco. R A. In singulis verbis cuius domini mancipium sis, apparet. Nempe hæc ut superiora corpori seruiunt, quod ut pauloante commemini, & aliquanto honestius sine impetu & sine strepitu fieri potest. Et est agitatio quædam animi nobilior, quàm si nosces, hos corporeos conatus & sperneres & odisses: sed vos animû quasi hospitem, degenerê atque inuisum, corpus ut dominum, generosum ac dilectum colitis, illi scriitis, illi metitis, illi aratis. Iure id quidem, illud iniustius quòd eò omnia refertis, curaque animi posthabita noctes illi insomnes agitis, illi suspiratis, vota illi facitis, ingenuasque artes illi discitis, illi demum obsequimini, ac seruitis sumptuosissimo dominorum omnium atque ingratisimo, cui nec vnquam satis aliquid, nec si quid aliquando defuerit, vlla vnquam memoria sit accepti huic tamê tali domino quicquid iusserit pareris, atq; esuriēte animo huic vni non tantum necessaria sed superuacua vndiq; ac nocitura cōuehitis, neq; ea solû, quæ ad victum pertinet ac vestitû, de quibus suo egimus loco, sed quæ ad ludos etiã variamq; libidinē, non

non videntes quàm vestris aduersa consiliis ipsa sit veritas, quæ disertissimo Ciceronis ore loquitur, vnde appareat quòd qui corpus negligit, nō se ille, sed fragile caducumque domicilium: at qui animum, ille sese verè negligit. Neque enim ait, tu is es quem forma ista declarat, sed mens cuiusque is est quisque, nō ea figura quæ digito demonstrari potest. G A V. Palæstræ delector exercitio. R A. Quadrigarum feruor, & equorum strepitus, & ardentes rotæ per angustias inoffensæ, & luctantium plausus, atque collisio, oleū, sudor, puluis mirabilis, seu illa quidem oculorum, seu aurium, seu narium voluptas, hebetatūque sensus, indicium ingens, qui si sanus integrūque esset, non clamorum, atq; tumultuum officinæ quas palæstras vocant, sed obseruario diligens palæstræ huius quam nascentes ingrediuntur, quam viuentes atterunt, vnde digrediuntur obeuntes, atque vtilior quædam, honestiorque suauitas delectaret. G A V. Studio deditus sum palæstrico. R A T. Fuit hæc quidem apud veteres nō vltima gloria, sed tam magna, vt seni illi Rhodio Diagoræ, qui & ipse palæstrita insignis fueras, cum duos vno die filios palæstricis insignitos victoriis conspexisset, quasi nihil clarius iam restaret quo aspirare posset in vita, amicus alter Lacedæmonius senex diceret,

h 3 ceret,

ceret, morere Diagora, non enim in cœlum
 ascensus es. Tam magnum tamque altum
 censebat tres simul vnus familiæ palæstritās
 esse. Leuicula prorsus, & Græcula veræ laudis
 extimatio, sed cōmunis adeò vt magna etiā
 turbaret ingenia. Vnde & Plato tantus phi-
 losophus Olimpionices clārus fuit, inq; hæ
 arte multis notus euentibus, adolescens ta-
 men. Amplitudo quidem, vnde Platonis nō-
 men ortum putant robūrque corporis & æta-
 tis feruor, iuuenilem animum impulerant
 ad experimentum virium vbi cum summis
 quoque par esset, accessu temporis, cognitō
 quid ageret, ad meliora se transulit, Socrati-
 que similis fieri maluit quā Miloni. Et sanè
 multa ætas excusat: Facile teneris annis
 ignoscitur: vanitatis excusatio nulla est viro.
 G A V. Palæstræ studium delectat. A A T. In
 hoc sæpe vilissimus omnium superior fuit,
 & corporea mole animi virtus est oppressa.
 Quem tu mihi ducum vel heroum proferes:
 quem Milo ille non superet, qui ad stadium
 bouem viuum gestans humeris cucurrit, eū-
 dēque nudæ ictu manus occisum vno die
 solus haud grauatus integrum comedit? Mi-
 ra res dictu sed apud historicos vulgata.
 Quis huic igitur in Palæstræ suæ regno par
 occurrerit? Atqui nihil indignius quā ge-
 nerosos spiritus tali beluæ, succumbentes,
 cer

nere, & idcirco nobilibus animis bene sibi
 entibus summo opere prouidendum est, ne
 a sponte descendant vbi ab ignauissimis
 aci queant: quin tu si contentionibus gau-
 eis, id tibi sume certamen, in quo semper
 er superior qui melior, non de corporum
 rius aut omnino de re vlla vbi peior idē
 tepossit & victor. Non de opibus ergo, non
 e dignitate, non de potentia: sed de scientia
 virtute contende: idque eo animo, non vt
 iuquam famæ obstrepas, sed vt alienæ
 udis æmulatio tibi sit calcar ad gloriam:
 illæibi sint penitus partes inuidiæ, sed vir-
 tris. Habes & hîc exemplum Caronis huius
 trimi, de qto Crispus: non diuitiis inquit,
 um diuite: neque factione cum factioso:
 d cum strenuo virtute, cum modesto pu-
 ore, cum innocente abstinentia certabat.
 onestissimum hoc palæstræ genus quo te
 erceas, non tantum Olympiæ, sed vbiq̃ue,
 on minus in thalamo quàm in foro: nec
 inus in ocio quàm in actu, neque cum præ-
 sentibus modò, sed cum absentibus quoque,
 umque ætatum omnium ac terrarum viris
 lustribus. Semper enim memorabile ac
 magnificentum illud Scipionis apud Liuium
 iudicium: maximo inquit, cuique id acci-
 ere animo certum habeo, vt se non cū præ-
 sentibus modo: sed cum omnis æui claris

viris comparet. Tu quoq; vel de grege praesentiū si occurat, quod vix spero: vel ex omni memoria vetustatis quemlibet tibi paren delige: cum quo non vlnis aut castibus: sed ingenio ac virtute luctabere, sine metu periculi: sed immarcescibilis spe coronæ. Hoc de, palæstris consilium, hæc sententia mea est.

De variis spectaculis. Dialogus XXX

G A V.

DElecto variis spectaculis. R A T. Circo forsan, an theatro? quæ duo loca bonis semper aduersa moribus fuisse notissimum, quò quisquis malus ierit, redibit pessimus. Nam bonis iter illud ignotum est, quisi casu aliquo ignari adeant, contagio non carebunt.

G A V. Circo delector atque harena. R A T. Atqui delectationes aliæ vanum seu libidinosum aliquid habuere, hæc vtrunque, superadditamque sceleratam & inhumanitatem habet, bonis animis rem indignam. Neque excusat, quòd his ipsis Romani olim, flos hominum, delectati sunt, recto namque iudicio vrbs illa alioqui abundatissima bonorū omnium, atque illustrium exemplorum, nihil omnino reprehensibilius habuit reliquisque deformius sibi que inuicem, quàm hinc discordiarum civilium, hinc ludorum studium

im

modicum, quasi non sufficeret bellorum
 furor domi militiarq; , nisi cruenta pax esset,
 uentiarq; etiam voluptates, nisi idcirco for-
 tassis honestius quis theatrum dixerit, cui pa-
 ter inhiantes videas non modò populum,
 sed senatum atque ipsos mudi dominos Im-
 peratores Romanorum. Sic spectaculis ca-
 tiebantur illi etiam qui humano generi spe-
 ctaculum facti erant, rem mirabilem dicam,
 sed cognitam, vulgatamque. Sic cunctorum
 furiosos theatralis furor ille peruaserat, ut
 non modò coniuges Cæsarum aut filias, sed
 uirgines quoque Vestales in publicum atque
 in turbas educeret, quarum pudicitia nihil
 exactius, nihil fama tenerius, nihil conserua-
 tione secretius, usque adeo ut in eis omnis
 motus, omnis cultus, omnis sermo lasciuior
 turba dignus, ac supplicio haberetur, & tamen
 his ipsis in theatro locum assignasse legitur,
 non quicunque, sed summus atque optimus
 principum Augustus Cæsar. Neque minor
 est ideo error is quo magni errant, sed maior
 notius atque conspectior. G A V. Libenter
 scenicos ludos specto. R A T. Rem quæ nec
 honestè geritur, nec honestè cernitur, nec fa-
 cile dictu est an lusor infamior, an spectator,
 an scena sit turpior, an orchestra, nisi quòd
 in illam sæpe quidem paupertas, in hanc ve-
 rò semper vanitas trahit. In omni sanè deli-
 h s cto

Et plurimum interest, utrum inopia, an libidine, seu superbia quis delinquat. **E A V D.**
 Amphitheatris spectaculis oblector. **R A T.**
 Damnosa undique & publicæ priuatimque nocens delectatio, quod facile colliges, si in animum redeat ex historiis rei huius initiū, progressusque quanto publici census impendio, quantaque insanix proxima ductum Europa, quanto demum populi studio ac labore constitit. Equidem & tot vana dinumerare difficile est, & tam vulgata superfluum, mille simul gladiatorum paria non ludo tantum satis multa, sed prælio elephantorū, tigrī. dūmque, & leonū ac pardorum greges, onagrorū quoque equorūque ferociū atque animalium diuersissimi generis è toto orbe transmissos, omnium terrarū syluis omniumque gentium venatibus Romano famulantibus theatro. Adde illam ædificandi luxuriem exemplo carentem, non imitatione carituram, conuectas terra pelagique marmoreas columnas in ludorū vsum, & artificū summis ingeniis expolitas & verticibus superbas, auro rutilante frondentibus: cuius princeps insanix nominādus est Scaurus, is qui ædilis in theatri scenam opus dierum paucorum, & quod paucis lignis ac funibus attolli poterat, suffecturum oculis populi talibus gaudentis trecentarum sexagin

ginta talium columnarum monstra intus-
fecitque opus, vt scriptum tenes, maximū
mnium quæ vnquam fuere humana manu
ctā, non temporanea mora verumetiā æter-
itatis destinatione, quo promeruit vt veris-
mè diceretur, proscriptione primum graui-
ues idem post ædilitate leuissima mores
onos in exilium pepulisse, vt qui multi per-
iti temporis inani plebeculæ multarūque
utilium impensarum Reipub. auctor &
emplum fuit. Sed ô mirum dictu, mox fu-
orem hunc vicere sequentium furores, qui-
us effectum est, vt miraculo operum ac nu-
mero fateri oporteat, præter Romam nihil
mirādum fuisse in toto orbe terrarum. Nam
hoc itidem scriptum vides, penetrata ter-
re intima, perfossæ silices, egestæ rupes ab-
itæ, auersi amnes & in fistulas coacti, inclu-
um aut exclusum molibus iratum æquor,
spensa iuga montium, tentatīque marium
cessus, denique stratum latè signatūque
epotibus iter insaniendi: & impleta in vo-
is spes auorum, nunquam scilicet defu-
uram esse luxuriam. Ex vt cumulatius ma-
am sit, publicis dampnis accedit calamitas
riuatorum, qui spectandi cupidine compe-
iti, & quotidiani interim quæstus imme-
iores: neque diem labi sentiunt: neque ar-
atam tergoque instantem respiciūt egesta-
tem:

tem: sic vicissim & priuata in publicam, & publica perniciēs in priuatam vertitur. Neque verò patrimoniorum iactura grauior, quàm morum vbi libido discitur: humanitasque dediscitur. Proinde quid de spectaculis speraretis, iam inde ab exordio primus regum vestrorum Romulus omen fuit, qui in his rigidam tetricamque illam Sabinarum pudicitiam circunuenit. Et si vtrunque matrimonij honor texit iniuriam, at quàm multis hoc postmodum non ad coniugium, sed ad stuprum vagamque licentiam fuit via? Ad summam enim hoc teneas velim, pudicitiam spectaculis sæpe stratam, semper impulsam vidimus. Et vt fileam viros quibus is scelerum furor est, vt penè iam adulterio gloriètur: multarum ibi fama periit, pudorque, multæ inde domum impudicæ, plures ambiguae redire, castior autem nulla. Iam verò quæ corporum clades, ne quid prorsus desit infortunij, quæue non singulorum modò, sed populorum strages, indicio sunt & risus subito versus in gemitum, elatæque funera theatris, & plaudentium choris mixtæ lugentium, cohortes. Audisti vt Curio is, qui cīuili bello pro Cæsaris partibus in Africa occubuit, vt Scaurum quem opibus æquare non poterat, ingenio superaret, non marmoreum (vt ille) sed ligneum theatrum duplex tamen, & pen-

file

le meditatus, populum victorem, gentium
 udis victum & periculis plaudētem suis mi-
 ra arte suspendit, ut ridentes interius stupen-
 tesque ipsi exterius, spectatoribus risu fierēt
 et stupori. Et miramur imperij spe obiecta
 minus licet magni exulis animum flectere
 potuisse, qui oculorum leui breuique volu-
 tate proposita, tot milia ciuium volubili
 spectaculo circumuoluit. At nemo ibi periit,
 licet aliquis, sed perire potuere, & periere a-
 bi innumeri. Neue attingam nouas simul
 et veteres ruinas, quibus sæpe multi mortem
 simul ac tumulū inuenere, sub Tyberio prin-
 cipe celebri spectaculo apud Fidenam urbē,
 amphitheatri lapsu oppressa viginti hominū
 milia meministi. Hic spectaculorū fructus,
 hi sunt exitus. G A V D. Spectaculis cum vo-
 luptate detineor. R A T. Aut fictis amoribus,
 aut veris odiis. Primum equidem nō est viri,
 secundum verò nec hominis spectare. Quis
 errū iugulo lætus exceperit? Quis feruido
 vulnere plus cruoris effuderit? Quis minus
 conspecta morte palluerit? Quid crudelitatis
 ad scholam ire iuuat? Non egetis præcepto-
 ribus, nimis dociles malorum estis. Piura per
 vos domi discitis, quàm necesse est. Quid si
 iam promptis ingeniis artifices scelerum, ac
 magistra errorum plebs accesserint? Multos
 vos mites natura fecerat, sauitiam specta-
 cula

cula docuere. Mens hominis in vitium pro-
na non vrgēda vtiq̃ue, sed frænanda est, si sibi
linquitur ægrè stabit, si impellitur, præcep-
suet. Multū mali auribus inuehitur, sed mul-
tò plus oculis, illis quasi fenestris bipatenti-
bus in animam mors irrumpit, nil potentius
in memoriam descendit quam quod visu su-
bit, facile audita præteruolant, cōspectarum
imagines rerum hærent etiam inuitis, nec se
tamen nisi volentibus ingerunt, nisi petrarō
atque ocius abiturę. Quo pergis igitus? Quis
te rapit impetus? vt ad horām gaudēas, vnde
semper doleas, vt videas semel quod vidisse
millies pœniteat? Iugulari ferro hominem,
aut ferarum dentibus vnguibusque discerpi,
aut tale aliquid quod & vigilē turbet & so-
pitum terreat, nescio quid hīc dulce, seu quid
non potius amarum, aut triste sentitis: nec
vllum in vobis maius iufaniæ argumentum
video, quàm quod quotidie & vos ad mor-
tem miseris delinimentis illectos, velut Sty-
gio sopore dimerfos, dulcedo amara, & dele-
ctatio inamœna præcipitat. Vna est enim vo-
bis lex rerum ferme omnium: quicquid cu-
pitis, quicquid molimini, quicquid agitis,
contra vos est.

De equis. Dialog. XXXI.
GAV.

Equo

Quo agili delector. RAT. Ferocissimo & inquietissimo animante insomnisque & expleta voragine. G A V. Equo libens circumuector. RAT. Non multo est peius maritimo quàm frementi equo rapi. Nullum animal insolentius domino suo est: nec incedit iam equorum domitoribus in prouerbiū venit: bis equum malè facere, quauis hinc simile, hinc superbum sit, qui illis viribus quo pernecitate, pro vili cibo fieri alterius, marique, duris stringi fasciis, nodosoque ne vinciri, fræno frænari, ferro calciari, pertusa clauis ungula ferro vrgeri, ferratum ire vectorem, turpem carcerem ac graue iurium pati possit? Inde autem quasi indocuitus, non tantum pro libero sese gerat, sed domini sui hostis agit omnia: si currendum est stimulos non audit, si subsistendum æna mordicus rapit, si fremendum torpet, latendum fremit: obsequiosum illud ut exhibent fidumque animal de quo tam alta iactentur fabulæ, animal nobile, reuerentum, optabile, colendumque, dignum quod normi precio comparetur, anxia nutriatur cura: immo verò animal, quod si conferantur cum obsequiis tædia, nemo sapiens emat, nemo diligens pascit, animal & oculi impatiens laboris: illo tumidum, hoc deiectum nunc impetuosum animal, nunc ignaum, nunc audax,

audax, nunc trepidum, nunc volatile, nunc
caducum, hinc culicum meruens atque um-
brarum, hinc dominum suum spernens, di-
uersisq; illum viis in discrimen trahēs. Quis
contumaciam, quis morsus aut calces expli-
cet? Quis hinnitus & ascensoris impatientiā
ac sessoris? Equidem quot equorum mores,
totidem equitum constat esse pericula. GAV.
Equorum studio detineor. RAT. Mirarer ni-
si ingentes viros vsque ad ludibrium captos
hoc studio meminissem. Quis Alexandrum
Macedonem non audiuit, amato equo tu-
mulum erexisse, urbemque de equi nomine
appellatam? Sed nihil in illo mirabile viuen-
te impetus & animi feruor fecit: miribilior
in Augusto quamuis minor ineptia: neque
enim urbem equo ille suo instituit, sed sepul-
chrum, idq; ipsum ille gravitati atque inge-
nio impar fuit. Nam diui Iulij monstrosus
sonipes, an ab ipso, an ab alio ante ædem Ve-
neris marmorea sit consecratus effigie dubi-
tari potest. Minor multo vel ætate vel gloria,
verum opib⁹ ac Cæsareo nomine penè æqua-
lis Antonius verus, ut fileam quem victum,
quem ve amictum equo, quem immodicē
amabat exhibuit, certē & viuenti simulachrū
aureum fieri fecit, & mortuo sepulturam
(quo grauius stomachemur) in Vaticano
extrui, tot inter sacra ossa ibi condita, & con-
denda

nda. Vix credibilia loquimur, vera tamen.
 rum similiūque conscius vates, horum
 mas apud inferos quoque equorum stu-
 o deditas facit. Nec minor ideo, sed maior
 vanitas, quæ tam magnos ad se animos
 here potens est. Néve quis priscam tan-
 m non modernam amentiam suspicetur,
 deat ad memoriam, nec longè seu loco, seu
 mpore requirendus, adhuc enim viuit, nec
 m senuit, & in terra Italica vobiscum de-
 is quem nominare non est necesse, fortu-
 vtrique vir ingētis, nec parui ingenij con-
 que, vir alioqui magni animi nec insulsi
 i quid serio agendum incidit, qui tamen
 rotanti equo quem amabat, aureum pul-
 nar ac sericum cubile substrauit. Cūque
 e interim podagra vinctus, atque immo-
 is medicorum legibus regeretur, nihilo-
 nus tamē aut seruorum vectus manibus,
 e equo altero vix iniectus, & suos medicos
 um ducens, equum ægrum suum bis, tér-
 e quotidie visitabat, illi suspirans atque
 xius assidebat, illū leniter manu tractans,
 ando murmure solabatur. Quid multa?
 allum medicinæ genus intētarum, nil lan-
 enti amico debitum prætermissum fuit.
 bulam fortasse posteritas vocet, vera res &
 agno in populo nota est. Sic vir fortis cu-
 m equi gessit vt propriā, sic extinctū luxit
 i vi si

vt filium. **o a v.** Delectat equitare. **R A.** Est id
 quidem vtile interdum & celeritati admini-
 culum & fatigationi remedium & nobilita-
 tis insigne, nec inficior gloriosum vulgo ex-
 tantem, insigni equo vehi & cunctis excelle-
 re, nec vertice solo, sed humeris & toto penè
 corpore suprà esse. Contrà verò laboriosissi-
 mus, & sæpe domino suo pestifer immitis e-
 quus. Opres iter pedibus agere, tam nulla est
 respirandi vel minimū facultas, equestre pe-
 riculum pedestri luto, seu puluere permuta-
 tum velis. Proinde multos media de morte
 rapuerunt equi, multos in mortē impulerūt,
 aut alliserunt, aut corporibus oppresserunt.
 Quid? quod nō vltimū belli semē equi sunt?
 Tolle equos, peregrinos terris incurfus par-
 temq; maximam bellicæ cladis abstuleris: vt
 quod de vêtis in natura, quodq; de Iulio Cæ-
 sare in historia est quæsitū, expediensne fue-
 rit aut flare ventos, aut Cæsarem nasci? & de
 equis similiter quæri possit: tam multa sunt
 vtrinque cōtraria. Nec immerito Thessalia,
 quæ prima equos reperit domuitque, prima
 aureum argenteumq; nummū cudit, prima
 pelagus rate tentauit, Martis seminariū visa
 est, quod non semel tot post sæculis multo
 claroq; sanguine patuit. **G A V.** Quàm me pu-
 tas iuuet poëta noster vbi nobilis equi spiri-
 tum morēsque descripsit? **R A T.** Nec te terret
 Hebræ

VTRIUSQ. PORT. LIB. I. 131
preorum vates vbi ait, ab increpatione
Deus Iacob dormitauerunt qui ascen-
unt equos. Excute singula, non tam illud
e quàm hoc asperum.

venato & aucupio. Dialogus XXXII.
G A V.

T canibus gaudeo. R A T. Nunc intelli-
go adolescentis imberbis gaudium, de
Flaccus: gaudet equis, canibus & aprici
nine campi. Vide autem ne & quod se-
rur sis: cæceus in vitium flecti, monitori-
asper. Vtilium tardus prouisor, prodigus
s. Sublimis, cupidus, & amata relinquere
nix. Hunc te enim esse metuo, qui gau-
m tuum in fugacissimis rebus loces. G A.
nibus ac volucribus delector. R A T. Hoc
niæ deerat, non satis est currere ac vaga-
olare etiam instituis? G A V. Rides me,
volabo equidem, sed volantibus dele-
r. R A T. At illæ delectationem tuam de-
ient abeuntes, nec te noscent, & ingrata
ocanti surdas exhibebunt, quid implu-
facies, alata voluptas tua est? Finge, re-
nt, damnosa redit occupatio, iterum cla-
ois & oblitus melioris negotij diem per-
sterû retro accliuus & oculos fixus in nu-
post atriulam tuam, flebis, quasi nil ne-
arij operis vita ferat, ex commodo ociosi

i 2

& len

& lenti, vos volucrū seruos esse gloriāmini.
 Natura vobis duas manus fecerat, vos hanc
 fræno curuis, hanc vnguibus occupatis. Sic
 inutiles vndique & volandi studio manci
 effecti, ne nihil agere videamini, multo cum
 strepitu ante diem surgitis, & quasi sint ho-
 stes in limine præcipitanter erumpitis, tota
 de hinc luce iactamini stagnis, syluis ac ve-
 pribus, implētes cuncta clamoribus dissonis
 & incondito vluatu: inq; hoc spiritum nulli
 maiori rei habilem effundētes spiritum, quo
 maiores vestri bello torrebāt hostes, pace iu-
 stitiam defendebāt. Serò autē re veluti bene-
 gesta, domi sedetis altercantes quā bene-
 vel aus hæc volauerit vel illa digesserit, quot
 sint caudæ, quot alarum plumæ superstites,
 quot emissæ. Nōne hæc omnis scientia ve-
 stra est, hic amor, hæc fœlicitas, & hoc totum
 quod creatori Deo, quod altrici patriæ, quod
 parentibus, quod amicis redditis, accipitres,
 aut erodios vestros sonantes in nubibus, &
 laniatæ prædæ paululum, & sudorem, & pul-
 uorem, & nocturnam perditæ lucis historiam?
 In hac enim indefessi semper & validi, deli-
 cari autem & imbecilles ad seria, Liuij histo-
 rias, & Ciceronis orationes, sacræque nec
 pudet literas, prolixitatis arguitis. Quis hæc
 inoffensis auribus audiat? Quis vos ferat ad
 aliud natos in his viuere, si modò viuitis hæc
 agen

agentes? G A. Canibus atq; auibus delector.
 R A. Atqui ducum, & illustrium multos equis,
 quosdam canibus delectari solitos audiui-
 mus, eousq; vt Adrianus imperator nō equis
 solūm sicut hī quos supra memorauī, sed ca-
 nibus quoque busta cōstruxerit, oppidumq;
 insuper eo loci vbi vrsam prospera venatione
 peremerat manu sua, sēpe & mactare solitus
 leonem, auibus nullum ferē, vnde & irrisum
 ferunt à Virgilio Marcellum Augusti nepo-
 tem, quòd dare his operam adolescentulus
 videretur. G A. Venatū libenter exerceor. R A.
 Fuit hæc quondam Latinorum, nunc Gallo-
 rum ars propria est, quod & res probat, & illo-
 rum scriptores aliqui gloriātur. Itaque vt si-
 leam reges quorū tota vita venatio est, sum-
 mus apud illos regū quantum ab armis ocīj
 fuit, venatū (vt vides) assiduo semper exerci-
 tus, ad extremum mortī proximus venatū
 etiam lassitudinem senectutis, atque incom-
 moda refouet. Mirū dictū, in rege præsertim
 literato, nec à studiis melioribus abhorre-
 re, sed gentilitium hoc illi erat (vt perhibēt) sit-
 que gentilitium, finite, neque hanc gloriā
 Gallis Itali eripiant, neque velint de vanitate
 contendere. Nam si errore deposito in rem
 ipsam figis oculos, seminobiliū vltimi ordi-
 nis exercitium hoc videbis, quos à rebus ar-
 duis torpor quidam, & ignauiz comes diffi-

dentia, ab humilibus autem pudor ac superbia dehortantur & retrahunt. Ad honestum igitur nihil idonei. sylvas colunt, non vitam solitariam acturi, cui non minus quam politicae se ineptos sciunt, sed feris ac canibus, & volucris conuicturi, quod non faterent nisi illis similitudine aliqua iuncti essent: qui si ex hoc voluptatem quādam, seu solam temporis fugā quaerunt, utrinque stulti, voti compotes forsitan euaserint. Sin, nescio quam, seu ingenij, seu magnificentiae gloriam aucupantur, errant. Quanam quæso non principibus modo, sed ingenuis est gloria, mechanicis immo & seruilibus delectari artibus, atque negociis? una horum excusatio. Nam qui liberalibus studiis (quæ maiores coluerunt sui) atque omnino literis indixerunt bellū, quōnam potius quā ad hostilia castra trāsfugerent? Sed pudebit forsitan, si ad antiqua respiciant, seq; cum maioribus metiatur ac comparent. Sepe quidem legere potuerūt & Platonem philosophantem, & Homerū poëtam, & Tullium orātem, & Cæsarem triumphantem, venantem puto non legerint.

De numero famulatu. Dialogus XXXIII

GA V.

Magno circunuehor famulatu. R. A. Obsecro dicere voluisti. GA V. Magnu

conſtat ordo famulorum. R. A. Dic, quòd
 et hoſtiſi, à quibus (quo nihil eſt durius) ne-
 ceas cauere, qui latebras domus introſpi-
 ant, prodantque còſilia quæ nouerint vt ef-
 fundant, quique præter furta continua, quod
 ulli vnquam accidit obſeſſo, veſtiendi tibi
 terim paſcendiq; ſint, inque iſtis penetra-
 bus habèdi: durum ac dubium belli genus,
 ce carès & induciis, vbi ſub tuis ſignis ho-
 lis muros habet exercitus. G. A. V. Serui mihi
 multi ſunt. R. A. Multi ſerui, multæ lites, mul-
 tæq; diſcordiæ, multa denique bella dome-
 ſtica, quorum vel ſpectator fœdus vel labo-
 ſus compoſitor ſis oportet, intèrque reos &
 cuſatores medius ſeruiſ tuis ſeruias, iudex
 etus ex domino. G. A. Multos ſeruos habeo.
 A. Curioſiſſimum animal ſeruus ad inqui-
 ndum, negligètiffimum ad obſequendum.
 uid agas & quid cogites noſſe vult, quid
 beas, ignorare. G. A. V. Seruos multos habeo.
 A. Melius pauci ſeruiunt quàm multi, ſiue
 eo quòd gratum obſeqñium turbam vitat,
 ue quòd vbi multi ſunt, alter alterius aſpi-
 ens manus quieſcit. Laborem fugere vt in-
 ſtriis pudor, ſic inertibus gloria eſt, quòd
 a eſſe norunt omnes: nullus conſultat, nemo
 et qui non multitudine delectetur. G. A. V.
 ubi multi ſerui domi ſunt. R. A. T. Vbi ſerui
 multi, multus ſtrepitus, pauca ſeruitia, &
 ſecre

secretum nullum. Quot seruorum linguæ,
 tot præconum tubæ: Quot seruorum aures
 atque oculi, tot domorū rimulæ, quibus illa
 etiam quæ in fundo sunt, facile dilabantur.
 Pertusum vas ac futile, seruilis animus, nihil
 continet, quicquid infuderis mox effluet. G A.
 Multos seruos domi habeo. R A. Multos sibi-
 los, linguas vipereas domesticæq; pacis vir-
 tus abditum, multos quoque profundos &
 capaces vêtres ac lubrica guttura, procellam
 aulæ, thalamo dedecus, pestem penu, voragi-
 nêmq; perpetuam. Paucos seruos bene re-
 gere difficile est, multos impossibile. G A V.
 Multi mihi serui domi sunt. R A. Melius soli-
 tudo tibi esset: Nihil est peius quàm dum ma-
 larum qualitatem rerum quantitas adiuuat
 aut numerus: pauci serui mali, multi autem
 pessimi. G A V. Multi mihi seruiunt. R A. Rectè
 quidem si promissio & res ipsa quæ promit-
 titur vnum essent. Nunc inter vtrunque quid
 intersit, sentiunt experti. Promittunt, fateor,
 promissiq; deos testes vocant, ne soli scili-
 cet solos fallât. Exige autem promissi fidem,
 nulla erit. Multum esset & abundè fidei satis
 factum, modò ne violarêtur, nève afficeren-
 tur iniuriis, quibus est obsequium promis-
 sum: nunc promississe sat est. Quid quod præ-
 ter seruiendi votum, omnium quoque noti-
 ciam profitentur? vbi ad experientiam ven-
 tum

tum est norunt paucissima, volunt nihil nisi quod venter soporque suaserit ac libido. Nil humiliter nŕque abiectius horum ingressu nil insolentius, nŕque infidius progressu: nil inimicitius demum, nil odiosius eorũ egres-
su. Durum est cogitare ne dicam pati, vt per dominorum domos inflati elatĩque ambu-
lant, seruitiũque polliciti dominium vsur-
pant, exercendĩque tyrannidem, & quasi ad vastandum conducti non tantum deuorant vniuersa, sed spargunt, gulamque largitioni-
bus adiuuant, de alieno prodigi, auarissimi ad rapinam. Quos si quando ad se pudor aut necessitas reflectit, vt se seruos esse memine-
rint, quàm superbè, quàm querulè, quantoq; cum murmure seruiant, quis ignorat? vt me-
rito possit non precio emptũ modo, sed gra-
tuitum quoque seruitium huiusmodi fasti-
diri. ad extremum qui clandestinas domi a-
gebant, vbi limen excesserint cum inuisis dominis apertas inimicitias linguis agunt,
armis, si liceat, acturi. Et si quis horum for-
tasse conuiciis abstinet, non id prioris amor domini sed sequẽtis timor efficit: cui ob hoc vilis suspectusque fieri metuit de se similia coniectanti. Quibus ex rebus, nisi oculos ti-
mor obstrueret, sole clarius cerneretur quan-
to sit satius omni tali seruitio caruisse. ¶ A V.
Vtrunque mihi latus serui ambiunt. ¶ A T.

Serui nomine, re (vt dixi) hostes acerrimi atque impij, & absque his viuere superbia vestra non potest. Inq; hoc (vt in multis) malo vestro miseri gaudetis. In hoc maximè diuitias optatis, in hoc terras & maria pererratis. In hoc aurum & cumulat is & spargitis, vt acies hostium vestròrũ densior sit indies atque municior. An fortasse nō ita est? an aliud concors diuitũ habet opinio? Nulla ferè alia re mediocris fortunæ bene institutã domum opulentissimè Persarum aut Lydorum regiæ cedere, cùm in multis excedat quàm quod illa plures pascit & lautius. G A V. Seruorum me circumfusa tegit cohors. R A. Immo soli obtentu seruitij viget & comprimit sonorifæque compedibus vinctum trahit, vt & tibi iure optimo dici possit: quid fecisti miser, vt tot custodibus indigeres? G A V. Serui me vndique circumuallant. R A T. Nulla fugæ, nulla spes igitur est salutis. Malo quidem suo pertinaciter delectari, desperatæ dementiæ est. Atqui ob hoc vnum & optanda paupertas & amanda erat, vt cùm certis opum malis nobis, tum vel maximè te seruorum dolis ac fastidio liberaret.

De magnificentiã adium. Dialog. XXXIII.

G A V.

Magnificentissimæ mihi sunt ædes. R A. Quid hic dicam nisi Tullianum illud: Omap

Ornanda est dignitas domo, nō ex domo tota querenda: nec domo dominus, sed domino domus honestanda. G A V. Ornatissimæ sedes sunt. R A. Quid hinc tumes? Architecti laus est non tua. G A V. Ædibus amplissimis habito. R A. Vbi fures latitent, tu vageris, serui luxuriētur, vulgus hæreat, liguriant parafiti, multiplicis tædij capax locus. G A V. Maximis ædibus habito. R A. Vna est urbium & domorum lex, nō statim melius habitat qui latius, neq; enim quàm latè habites, sed quā latè requiritur ad beatam vitam. Sæpe vel in palatiis regum labor dolorq; habitant, vel in tuguriis inopum quies & gaudium; quod si amplitudo domus aut forma præstaret, nobilissima ætium esset architectura. G A V D. Regiis ædibus habito. R A T. Quasi verò curas morbosque locus arceat, siue adprehendenda turrium fastigia mors egeat scalis. Nōne in regia Tullus Hostilius habitabat quando ictus est fulmine? In regia quoque Tarquinius Priscus quādo percussus est ferro? In regia deniq; Superbus, quando pulsus est regno? Nullus locus periculis inaccessus, nullum limen morti clausum. G A V D. Habitatio mihi propria atque perpetua est. R A T I O. Immo verò parui temporis incolatus: instat dies commigrandi: ciuem singis, advena es, conductoque habitas: veniet qui te nudum

dum laribus his exturbet. GAV. Clara quidē & angusta domus est. RAT. Hinc digressio fusca erit & angusta, sed & nūc si verē domum tuā respicis, obscura & arcta illa prorsus & caduca est, quæq; indies tantis adminiculis vix sulta subsistat, assiduē fatiscēs casusque sui nuncia, & quæ certē nec à ruina vltima longē sit, nec interim generosum incolam delectet vt domus, sed angat vt carcer, vbi moras oderit, vnde optet absolui. I nunc ergo vel alienis ædibus, vel tuō carcere gloriare.

De arcibus validis & munitis. Dialog. x x x v.

GAV.

MUnitissimis arcibus habito. RA. In ædibus aliquid boni est: in arcibus malum multum. Illæ protegunt ab æstibus, à ventis, ab imbris, hæ animum possidenti solitudinum procellis obiciunt & securitati politicæ curas afferūt & pauores. GAV. Arx mihi prævalidis mœnibus cincta est. RAT. An excidit illud Spartani dictum, qui amico patriæ muros ostendenti: si hos inquit, foeminis extruxistis, rectē quidem: at si viris, turpiter. GAV. Arcem habeo fortissimam. RA. Quid nisi impatiētia & superbia & avaritia vestra fecit vt arcibus opus esset? Quanto esset honestius æquo iure cum hominibus vivere, & in

in plano cultisq; in agellis habitare quies-
 carpentem somnos, quam te rupibus hi-
 ridis inclusisse, nocturnis excubiis vlulan-
 tem, teque tua miseria suspectum & inuidio-
 um omnibus reddidisse? An & Publicolæ fa-
 tum excidit, qui quanuis inter primos vr-
 tem Romam seruitio regio liberasset, sen-
 tens tamen se situ ædium suspectum ple-
 i, vt seipsum licet indigna suspitione libe-
 ret, domum suā de monte deposuit? G A V.
 Arx inexpugnabilis est mihi. A T. An illud
 etus prouerbum non audisti Nullum inex-
 pugnabilem lozum esse, in quē asellus onu-
 tus auro possit ascendere? Trahit oppugna-
 tionem arx munita non impedit. Restitit ali-
 quātulum Senonum insulibus arx Tarpeia,
 tenorum Tarentina, donec vtriq; opportu-
 no remedio succursus est. Illi Camillus af-
 fuit, huic Fabius. Sed an gemina arx Locre-
 s ab ipso defendi quivit Hannibale? Profe-
 to nec Ilion ipsum, nec Byrsa defendi po-
 nit, nec Corinthus, quæ vna peruerustam in-
 expugnabilis famam habuerat, sed hanc sibi
 Mumius victor eripuit. Nōne ante hos, se-
 tuaginta annos Prænestina arx: qua nescio,
 an vlla vsquam fortior esset atq; munitior,
 ab illo magna hoste, quia armis non pote-
 rat, blanditiis ac promissis fallacibus capta
 fuit ac diruta, & vix tandem velut è longæ-
 ua fe

ua febre fragilior resurrexit. Ad summā nīl
 inexpugnabile, tutū nihil ab humanis frau-
 dibus est. GAV. Arce subnixus munitissima
 nil timeo. R A T. Arces pestiferā multis con-
 fidentiam præbuere. Multi qui tuti sine arci-
 bus in pace vixissent, arcium fiducia ausi
 sunt, vnde ipsis in arcibus periere, vt illic po-
 tissimum audacia domaretur vnde orta erat.
 Non sunt ad audendum irritandi animi sed
 frenandi. Omnis magna securitas, nisi quæ
 de Deo oritur, stulta est GAV. Habito in arce
 munitissima. R A. Vt sit aliquid arx hæc tua,
 quid est aliud quæso quā refugium quod-
 dam, & degeneres latebræ ad perferendam
 obsidionem, quod vt ait Liuius, miserrimum
 est in bello. Quando vnquam audiuisti, vbi
 vnquam legisti Iulium Cæsarem, vtrunque
 Africanum, magnum Pompeium, Marium,
 Alexandrum, Pyrrhum, Hannibalem aliosq;
 viros magni nominis sese arcibus continen-
 tes, & non potius arcibus insultantes? Arces
 scito non receptacula fortium sed inertium
 esse latibula. Certè hac ætate Stephanus Co-
 lumnensis æui omnis illustribus viris par-
 cū in eius auxilium ad famam sui nomi-
 nis venisset nobilis quidam vir externus &
 incognitus, essentq; die quadam graui & an-
 cipiti prælio & ingēti turba hostium circun-
 uenti: Ille periculum videns accessit propius,
 & vbi

& vbi inquit, ô Stephane arx tua est? Ille superbricens, vt qui nec domum propriam quidem Romæ haberet, manu ad pectus apposita: hæc quidem inquit, arx mea est. vocem suo auctore dignissimam. Sic est autem: sancti & deuoti viri omnem spem in Deo habent: iusti ac politici in virtute: fortes & bellicosi in armis: timidi & ignaui in muris atq; arcibus.

De supellectili preciosa. Dialog. XXXVI.

G A V.

IN ampla domo supellex eximia est. R A. Superuacuo in spacio pondus inutile. Illa furibus latebras dabit, hæc prædam: vtraque periculum tibi, alimentum incendio atq; liuori. G A V. In domo speciosa, supellex copiosa est. R A. Illa cum te loco moueris deferenda est, hæc si vti volueris sæpissimè transferenda est: & plus difficultatis allatura quam voluptatis, & plus oneris quam honoris. G. Multa mihi varij generis supellex domi est. R. Iuge bellum, non cum furibus modò, sed cum muribus tineisq; & aranæ, & rubigo fumusque & puluis & imber in vos dimicant: ô diuites delicati quibus armis hos hostes arcebitis? G A V. Preciosissima est supellex. R A. Non rei precium sed cõtempus diuitem facit: alioquin & querendo cupiditas crescit, & pau

& paupertas cupiendo : ita sit vt nihil magis inopem faciat quàm auari opes, quarum fræstimatio exacta versq; iudicij sequax contemptus accesserit, ea demum veris diuitiis vera est via. Ego te diuitem dum vana miraberis, non putabo, quanuis aurea stellantique gemmis ardētibus tectum omne supellectili opertum refertumq; tibi videā. G A V. Inuidiosa supellex & præfulgidā est. R A T. Pro capto oculorum seu forsitā animorum: verè autem onerosa rerum colluuiēs ac turbida, sed auaricia nihil vsquam ieiunius, nihilque miserius cuius famem & quærenda excitant, & quæ sita non sapiunt, dū quæ sperata fulgebant, possessa sordescunt: itaq; sæpe diuitias dum quæsisse putaueris sollicitudinem & nausēā quæsiuisti. Hæ nunc tibi charæ sarcinæ, si vel chariores aliæ se ostenderint, vel stuporem assiduitas dempserit, viles erunt. Esto autem charæ sint & maneat stupor, nōne etiam error manet, isq; difficilis atq; perpetuus? Siquidem quærendi studium vnum fuit, seruandi labor est multiplex: nunquam deerit quod reuisas, quod numeres, quod cōplices, quod excutias, quod abstergas, quod oculos simul & mulceat & offendant. G A V. Supellex immensa est. R A T. O hominem qui impedimentorum suorum magnitudine delectatur.

De

Emmarum fulgor & species delectant.
 R. A. Rerum fateor terrestrium & mor-
 lium vanitatis pars non vltima, exiguo in
 pillo patrimonia magna claudendum, ci-
 is precium instabile & incertū quotidiēq;
 rium, quod & sola mercantium fama &
 uitum infanorum credulitate dependeat,
 de diu sprete inopinis precii attolluntur,
 gemmarum famosissimæ subita premun-
 r infamia, nescio quibus notis erumpenti-
 us, non tam ipsis de quibus agitur in rebus,
 nam in opinione hominū ista callentium.
 re clara quidem illa prudentia, quæ negle-
 o cultu Dei atq; animi, & utriusq; noticia,
 ternoscendis lapidum venis inuigilat. Sed
 est mos. Neq; nūc primum in precio sunt
 hiis precia vastre flagunt: vera enim pre-
 a vel nulla sunt penitus vel ignota. Quam
 erò periculosa vanitas, quam tremulum,
 namq; anceps iudiciū, ipsos inter artifices
 cile est iudicium, memoria repetentis id
 quod nuper accidit, ut perbreue gemmam,
 arbunculus is erat, decem milibus aureo-
 m ille vir fortunæ maioris quàm ingenij,
 emisset, diu se cunctatū fuisse iactabat
 od naturalē & communem modū fulgor
 ccedēs suspicionē faceret eius artificij peri-
 k tissimo

tissimo cuidam, cuius consilio utebatur, non
 veram gemmam esse, sed vitrū aliquod se
 quidvis aliud in eam speciem, non natura ge-
 nitum, sed nescio qua supernaturali & mihi
 quadam arte confictum. Quæ quidem hæc
 ratio, quid nisi confessio quædam erat vitru-
 tale visui pulchrius esse quam gemmā, quan-
 vis forsan illa solidior sit? De hoc tamen ip-
 si iudicent, qui vel in hoc questu pecunias alie-
 vertendas honestius, vel in hoc cognitu me-
 lioribus debitum tempus perdunt. Quod
 dicta cunctatio iusta fuerit, quid hinc sequi-
 tur, quis, quis non vider, quænam scilicet am-
 bitio & quanta sit cæcitas non rei formam ac
 substantiā, sed nudum nomen tanta mercede
 captantiū? G. Nil mihi gemis est charius. R. A
 Credo Hercle, non virtus, non fama, non pa-
 tria, non vita ipsa: utq; illa duo sileā quibus vo-
 bis nihil est vilius: duo hæc vltima, cumq; his
 diuitias ingēres & quicquid preciosissimum
 iudicatis, vnius gemæ precio atq; amoris suc-
 cubuisse monstrabo & exilio illā & inopia, &
 si ita res tulisset, morte seruatam. Qui enim
 quæso non est notū Nonij consilium? Roma-
 nus hic senator fuit, vir locupletissimus ge-
 māmque habuit viginti milibus æstimatam
 gemmæ nomen Opalus. Mittit hunc India
 colorum penē omnium varietate præfulgi-
 dum. Huius fama excitatus accensusque ex-
 pidine

idine Antonius triumvir, homo omnium
 superbiſſimus atq; avariſſimus, & cui quic-
 quid natura libitum, fortuna licitum feciſſet
 um iniuſto gemmæ deſiderio, vt ſit, crudele
 poſſeſſoris odium concepit, hinc in illo pu-
 blico proſcriptionis incendio, quo tot patriæ
 umina periere, Nonij nomen arſurum cum
 reliquis, ob hoc vnum crimen, quòd formo-
 re tyrānoq; placitæ dominus rei eſſet, incer-
 tum eſt. Ille autem cui ponticus ſaltem ſiber
 xēplo eſſet, vt pernicioſæ iactura ſarcinulæ
 bertatem redimeret, ac ſalutē illā ipſam ſibi
 t auguror præſenti diſcrimine chariorē ſic
 mplexus auſugit, vt ea ſalua, nulla ſibi vel
 patrimonij vel patriæ cura eſſet, cū illa para-
 us exulare & medicare & ad extremū mo-
 i. Quis nō magni æſtimet ad quā vir ſenato-
 ius ſic affectus ſit? Et proſectō fatendū alte-
 ſū, aut magni precij eā fuiſſe, aut parui animi
 poſſeſſorē. Sed quid horū verius, vt diſſiniam
 ō expectas. Et ſi autē huius ac reliquorū ſi-
 nile iudiciū ſeu contagium animorum latē
 erpens vulgi mores infecerit, magna tamē
 ngenia nec nūmis delectari, nec omnino
 lia, quā virtutis pulchritudine tāgi decet,
 iſi vt per hæc breuia quæ delectant oculos,
 xperrecta mens in amorem ac deſiderium
 eterne pulchritudinis rapiatur, quo de ſorte
 quicquid eſt pulchrū prodit. G A V. Excellen-
 k 2 tibus.

tibus gēmis allicior. R. A. Hanc excellentiam non natura fecit, sed opinio, quæ apud quosdam Carbunculo palmam dedit, apud alios Adamanti. Illa vulgo ac plerisq; gemmariis æui huius æstimatio: ista veteribus quibusdam rerum scriptoribus probatur, secundum quos non modo gemmarum, sed rerum omnium terrenarū preciosissimus Adamas, regum olim atque non omnium sed præcellentium gemma fuit, hodie quia nullus rei tantum & tam velox quàm luxuriæ ac superbiz incrementum est, multorum nō regum etiam esse cœpit, & iam plebis in digitos sessum venit. Huic proximam Indicā, atq; Arabicam Margaritam locant, & huic itidem Smaragdum, nescio quidem qua ordinis iniuria. Nam si illorum rubor pallorq; gratus est, cur non æquè horum candor virorque oculis blandiatur, iustiorq; nunc etiam Sapphyri querela, quo vix aliud terra parit cœlo similius sereno? Verum, ut dixit, furor hic hominum nō natura nobilitat, diuitū nugæ inanes, atq; ociosorum fabulæ, qui facile ista contēnerent, si quo vnquā honestiore pacis aut belli negotio tenerentur. G. Fulgidæ animum mouent gēmx & suauiter candidæ margaritæ. R. Mouēt ais, immo sternunt, calcant, molliunt, & enervant. Qua de re si pergam virorum ac mulierū exempla cōgerere,

NON

on te doceam sed obtrūdā. Vnum ex omnibus & id maximum attingam, vt intelligas uā periculosus iste furor sit infirmioris animis, qui eminentissimos fortissimōsue peruaferit. Magnus Pompeius cōtinēssimus Romanorum ducum (horum dico optissimorum qui quantū magnitudine gentium rerum ceteris antecellunt, tantū modestia virorum vitæq; frugalitate maioribus cedunt suis) victor ab Hispania pacato reuertens Occidente, compressisq; prædonibus in vnum coactis locum, cui conuenarum nomen ob hoc inditum in sæculum id durat. Illic Pyreneis in montibus locorum forsā speritate modestia adiuuante, atq; ætatis victoriæq; superbiam compescēte, masculum opus puramq; & rigidam sui oris imaginem erexit, vere tunc magnus atq; magnificus, quamuis adolescens annis, moribus sex maturusq; animi. Idem postea captis piratis, & Oriente perdomito, quasi cum loca mutatus ac tēpore æque alia parte orbis ipse reuersus, nō humilitatē sed fœmineum seu diuinū potius in morem vultus suos iam viriles ac solito molliores, nō ære fictos aut marmore, sed insuetis atque exquisitissimis margaritis in triumpho tulit. Exprobratio non leuis, Eoi fastus vnum in caput expōiti, non sine insultatione quadam victoris

k ; omnia

omnium populi atque excusatione principum sequentium. Quid non enim à tyrannorum Roma iam serua pateretur, quæ libera ciuium amantissimi talem hanc insolentiam aspexisset? Neque reliqua triumphi illius humilia magis aut sobria, non arma & equi domitarum gentium, vt mos erat, non captiui immorantur, aut currus aut phaleræ: quod viliissimum in eo legitimus, aurum fuit, gemma omnia & margaritæ. Inter multa alueus ingens ibi, & ingentium thesaurorum ordo decor, ita vt singulæ è singulis constarent, & vasa aurea & vestes & statuæ, quin & lunæ quædam solido ex auro immensi ponderis lectique aurei & coronæ plurimæ magnis candidis margaritis intextæ. Denique mons aureus illic fuit, formæ illæ mirabiles in quibus drum ductæ, ceruis ac leonibus & figuris variis animantium frequens, necnon arboribus atque omni pomorum genere constitutis ramos aureos tegentibus margaritis montis in vertice, hisdem ex rebus horologium artificio vbique vincente materiam voluebat, mirabile prorsus ostentum his qui mirabilia didicerunt. GAU. At his rebus maxime delector. RAT. Credo id quidem teque hunc triumphum & cupide spectaturum reor & cupidius ducturum, & cupidissime possesurum, id tibi passionati status animi suadet. Credo

Crede autem & tu mihi, hæc quæ visum vsq;
 adeo delectat semper animæ & sæpe corpori
 nocuerunt. Illius certe quem loquimur triu-
 phantis gloriæ nil vnquam magis obfuit, nõ
 Theſſalicus dies, nõ Aegyptia calamitas. Ibi
 enim fortunæ succubuit non totus, hîc vitio
 totus. Ibi aliena vis, aliena perfidia : hîc ſua
 fragilitas, ſua fuit ambitio. Illic ergo potētia
 & vitæ, hîc animi popularis modēſtiæq; in-
 ſignis famam magniſque laboribus partum
 magni nomen immiſit. Mirum dictu, tãto
 victorioſior contra Hiſpanos bellicoſam gē-
 tem, quàm contra imbelles & inermes Aſia-
 ritos apparuit, eòq; mirabilius quod id ipſa
 quoque Aſia aliquandiu integer atque inui-
 ctus, cùm ſe in templo Hieroſolymæ omni
 opulentiffimo verè erectum atque abſtinen-
 tiſſimum præbuiffet: ad vltimum vrgenti vi-
 tio non reſtitit, neque iam amplius vir ſingu-
 latis atque vnicus, vt ſemper fuerat, ſed quā-
 ſi vnus ex multis captus deſectusque eſt. Is
 gemmarum fulgor, ea vis margaritarum,
 idque auri pondus fuit. Vicerat iam ante
 pari prælio Alexandrum Aſia, ſed parum
 eſt vitis victum ſuis vincere, illud magnum
 viciſſe victorem ſui. Poſt quem nullus ferme
 ductum ſterit inter Aſie delicias, quæ in or-
 bem Latium tranſuectæ, veſtra vos in pa-
 tria vicerunt. Nempe ſi fateri verum vultis
 k 4 vbiq;

vbique gentium victores, Asiatica victoria
 victi estis. I nunc, & amicas oculorum, ani-
 morum hostes & victorices virorum fortium
 gemmas cole. 6 A V. Gemmis delector ar-
 dentibus. R A T. At hic variis, illè pallenti-
 bus, multiplex appetitus, vna vanitas. Audi-
 sti vt Pyrrho illi qui cum Romanis bellum
 gessit. Achates fuit lapis olim preciosissimus
 hominum iudicio, nunc eodem quo precia
 rebus sunt variate vilissimus, in quo quidem
 species rerum diuersarum representari so-
 lere oculis fama est hominum, inmentorum,
 fluminum, nemorum, volucrum, ferarumq;
 nulla penitus manu artificis, sed nature. In
 illo sanè regio, vt Solini verbo vtar non im-
 pressis, sed ingenitis figuris Musæ nouem, &
 Apollo erat choreæ nobilis citharista, sparsis
 ita nexisque inuicem gemmæ notis, vt tot
 imaginum in tam paruo spacio vnaquæque
 suis discernetur insignibus prædatis vt
 res erant annulus, addiditque gratiæ regis
 nomen: pluris enim sunt res illustrium. Sed
 quid oro illi contulit Achates suus, an bello
 iniectum, an non dicam morti, non hostili
 gaudio sed saxo quod feminea etiam torfit
 manus, exemptum fecit? Quid inquam vel
 hūc Pyrrho profuit habuisse, vel hoc nocuit
 caruisse Fabritio Curioque, quib⁹ ille victus
 atque Italia pulsus est ducibus? Affirmare
 ausim

fim neutri horum vnquam fessurum ani-
 o fuisse, vt horrentem galeam rigidum-
 te, nec auro nec gemmis insignem gladiū
 inulo regio permutaret, sic mollia quæque
 aspiciunt viri sortes. Quomodo verò an-
 ulum regis ambirent, qui sola virtutis fidu-
 a regem ipsum, & regias opes regnūque
 contempserāt? Contra autem vos animorum
 confidentia cuncta miramini, & quasi beatos
 ætura concupiscitis, virtus sola contemni-
 r. Est & gemmæ alterius fama vetustior
 nam Samiorum tyrannus Polycrates ha-
 uit, ferunt fuisse Sardonicem. Is lapillus in-
 er multa preciosa ditissimi hominis precio-
 ssimus habitus: quamobrem qui nihil vn-
 quam sensisset aduersi, palam obsequentis &
 lanculum insidiantis fortunæ inuidiam pla-
 aturus, nauigio in altum prodiit, annulū-
 ue ipsum in quo gemma erat, manu pro-
 ria demersit, vel sic saltem semel doliturus
 a vita, visus sibi callidè transegisse cum for-
 una, si tot lætis hoc vnum triste pensaret. Illa
 erò nec falli facilis, nec mulceri, mala bo-
 nis æqua lance componens, pluseulum exi-
 gebat, pro diuturno favore breue quidem
 sed prædurum, vt qui per omnem vitam foe-
 licissimus sibi atque aliis visus esset, in mor-
 te miserimus videretur, essetque misერი-
 mus, hinc vitiiis, hinc suppliciis omnibus

vnum caput vrgentibus. Itaque velut obla-
 tum respuens, o fortunę ludos, pisce quodam
 internuncio qui tunc ore annulum excipiens
 captusque illico mensęque eius appositus
 fuerat, annulum illi suum, non sine quodam
 spectantium stupore restituit. Eam gemmam
 multis post sæculis Augustus Cęsar & precie
 tactus & miraculo, insertam aureę corona
 ad ædem Concordiæ dedicasse fertur. Hic
 rursus interrogo, quid hoc vel tyranno pro-
 fuit habuisse patriam affligenti, vel Pythago-
 ræ obfuit caruisse communem sibi cum illo
 patriam & domum propriam, & amicos mo-
 rum eius odio relinquenti? Nempe tyrannus
 ille patibulo affixus omnium iudicio, cum
 summum supplicium pateretur, maiore etiā
 dignus erat. Ille philosophus in pace obiens
 pro Deo cultus, domus eius pro templo ha-
 bita est. Tantum inter illius gemmam atque
 huius pallium interfuit. Neque verò seu Po-
 lycrati tunc Sardonis ille ne morsu volucrę
 semes in cruce marcesceret, seu modę
 Ioanni Galliarum regi, ne acie victus in ma-
 nus hostium pervenerit, suus valuit prestare
 carbunculus, quem die illa in digito eius in-
 ventum ereptumque sibi, & post annos ab
 amico quodam orbe alio redemptum remis-
 sumque cernere fuit ac rangere rem precipi-
 infiniti. Sed nullius efficaciz nulliusque
 operę,

V T R I V S Q. P O R T. L I B. I. 154
 peræ, nisi cuius & reliquæ id genus. Gem-
 mas enim lucidas non nego ne sensui con-
 tradicam. Nego vtilis, nego vllam vim ha-
 bere, nisi illam quæ vulgo etiam fertur, pos-
 sint seras avarorum quoque diuitum con-
 tingere atque arculas exhaurire. G A V D.
 Cumque in precio sunt gemmæ, hæquæ
 nimium delectant. R A T. Atqui dementiæ
 inimicæ est multam curam rebus impendere
 quæ & si aliquid videantur, in se nihil sunt.
 Hoc est enim errore oculorum ac præstigio
 delectari. Quid in his laboras, quæ non dico
 utilitati non conferunt, sed nec miseriæ
 extrahunt præsentis neque contrario abetun-
 tis. Et si multa equidem hic à multis & mi-
 rabilia scripta sint, non veritati rerum neque
 utilitati legentium, sed stupori operam dan-
 bus, præcipuèque à Magis qui his nugis
 viros integros implere, tantum erat ocij,
 otuerunt. Mihi tamen hac in parte cum
 Plinio secundo planè convenit & scripsisse
 eos, ego quoque non sine contemptu & risu
 generis humani, arbitror, vt & stultam cre-
 dulitatem vanis opinionibus implicarent, &
 ipsos nostris ineptius oblectarent. G A V D.
 Delector gemmis quibus credibile est ali-
 quam vim inesse. R A T I O. Quanam illa
 t audisti, vt si alia, quantula tamen illa,
 est mercatorum ac scriptorū collata menda-
 ciis

156 F. PETRARC. DE REMED.
ciis, non gratia tantum arte confectis, sed v
stra etiam assensione auctis atque firmat
quæ multo est satius vel prudenter arguer
vel magnificè cōtemnere, quàm callere or
nia gemmarum precia virtutésque & vit
Hic enim à Plinio, cuius multa placent, va
de dissentio, Ille quidem falsas deprehe
dendi artes seu notitiam quãdam pollicetur
quando inquit, etiam luxuriam aduersus
fraudem muniri decet, mea verò sententia
non munienda neque armada luxuria est, se
inermis & sola circulatorum inter armata
acies deferenda, vt circumuenta sæpius & i
lusa, quando aliter non potest, saltem dam
nis & fraudibus castigetur.

De gemmarum poculis. Dialogus XXXVII
G A V.

IVuat gemmis bibere. R A T. Cauari gem
mas ad pocula, luxuria vetus est, non vi
trum modò rem fragilem ac profectò pul
cherrimam mundissimamque despiciēs, sed
argentum ipsūque aurum humanæ olim
cupiditatis vltimam metam. Inuentumque
aliquid quo avaritiam luxus excederet, non
sat digna magni mali causa. Vidit hoc Poëta
dum diceret: Hic petit excidiis urbem mise
rosque penates. Malum ingens nec iustitia
tantum, sed humanitati obuium. Et vt scires
vnde

de ortum, addidit, Vt gemma bibat. En ci-
 lium par furorum causa, vt cum calix ar-
 enteus diuino cultui satis esset, aureus hu-
 mano visui parum sit, nisi precium faciente
 ericulo, gemmæ etiam peregrino artificio
 cauentur, quibus bibat infelix homin-
 io, & polluta mendaciis atque spurcitiis la-
 ta iucundius applicet, res & potui incom-
 moda voluptate interpellante metu & appa-
 tui operosa, & custodiæ difficilis & saluti
 neceps & venenis aptissima. Verum nanque
 illud alterius poetæ, nulla aconita bibun-
 tur fictilibus. Tunc illa time cum pocula su-
 nes gemmata. G A V. Gemma bibere glorio-
 ram reor. R A T I O. Superbia dum se attol-
 at, nec descensum cogitat nec ruinam. Cha-
 è libentius bibitis quam securè, ambitiosè
 quam sapidè. Sic vitia vitiis vincuntur, & agu-
 am parcus aliquanto sollicitat vini sapor,
 quam insolentiam cyphi color. Obstupesci-
 s ad gemmarum radios, hunc stuporè nullo
 on precio æstimandum arbitramini, non
 antum pecuniæ, sed virtutis. Nónne enim
 de Virgilianus euerfor patriæ, hoc ipso, de
 uo loquor, precio gemmam quærit, iustitia
 cilicet & pietate properans, his amissis illam
 dipisci, & vt gemma bibat ciuem atque ho-
 minem obliuisci? G A V. Libenter gemmaris
 tor poculis. R A T. Est fortasse alia desiderij
 tam

tam intensi radix, neque solis fulgor allia
 sed aliqua latens virtus. Nam quis omni
 gemmarum vires atque virtutes explic
 Ita dico, si omnium quæ de his dicuntur
 scribuntur, pars septima vera esset, sed nec
 ptuagesima vera est, neque profectò cente
 ma. Quod si vt Plin. ait, nulla fraus viræ
 crosior, quis miretur si & nulla numerosio
 Non quod gemmarum quàm cæterarum
 rum crebrior sit contractus, quippe quas
 ritas preciosas facit, sed quod nusquam
 rior est veritas, neque enim alicubi, vel e
 periendi minor copia, vel maior licentia m
 tiendi, vel mendacij fructus vberior, vel in
 pudentia liberior, vel consuetudo freque
 tior. Quod si quid prorsus ex omnibus v
 rum est, an illud forsitan verum erit, quod
 Magorum auctoritas, & super illam fund
 ta vulgi habet opinio, ebrietati resistere. A
 methistos? Parumne igitur causæ sit, cu
 ebriosorum poculis hæc gemma deferuiat
 Ludo tecum. Sæpe ira iocos parit, nempe
 vt hoc vni tribuant, quid aliæ meruere, ni
 quod voluptatis ingenium fuit, vt cum g
 stu bibentis delectetur visus, atque hinc i
 linc sensibus delinitis ambitiosior lætiórqu
 fit ebrietas. Hæc ni fallor & verior rei huius
 & certior causa est, cum in reliquis, tum i
 hac ipsa quæ aduersus ebrietatem quasi bel
 du

dux eligitur, de qua triumphare sobrietas
 sola potest, uti vino modico, iuxta illius
 consulatoris optimi sententiam, eoque ipsa
 non ad voluptatem, sed ad utilitatem & sto-
 machi agritudines depellendas, vino inquam
 exiguo & fragili lymphisque perdomito,
 meri autem potentis incendium atque im-
 petum seu fuga euadere, seu aquarum dilu-
 uio extinguere ac frænare, scire & meminisse
 in vino magno ac feruido potuque crebro
 & nimio, multam pudoris ac doloris poeni-
 tentiaque materiam inesse, eam quocunque
 te verteris oculis ingeri, neq; à quoquam sa-
 næ mentis posse dissimulari. Hæc sunt arma
 contra monstrum illud utilia. Quis hinc Ame-
 thisto seu gemmis omnino ullus est locus?
 Mentiti sunt id Magi, fueruntque qui cre-
 derent, ut hoc sponsore sobrietatis intrepidi
 biberent. Perfide quidem Magi atque im-
 pudenter ut plurima, stultè credulum vulgus
 ut omnia. Summa igitur rerum est, nihil
 aliud vobis hanc reliquasque conciliat,
 quam voluptas difficultatibus excita & in-
 censa, sed multo maxime superbia & condi-
 tionis obliuio, timorque animi letifer, quo
 cum nil peius sit hominum vitæ, miror
 quid ita nil gratius, non dico virtus bo-
 num ingens vestro vili iudicio, sed nec vita
 ipsa nec salus, non securitas, non opes, nō de-
 nique

nique voluptates, iisdem vobis extimab
 bus summum bonum. Cuncta hæc vni
 fere superbix, hæc præter cætera vos ge
 marum cupidus fecit, quæ semper inuti
 sæpe damnosæ sunt, necessariæ verò nunc
 Hac hortante igitur effectum est, ut occu
 ti semper ac trepidi, sed exultanti domo
 mensas templorum instar altarium habere
 aureas atque gemmatas, hostiæ ipsæ pur
 reæ ac vittatæ, auariciæ, luxuriæque am
 tionis atque superbix cultus expositæ, c
 in vos omnes ac singulæ sæiunt, primas si
 partes, ut est dictum, vendicante superbi
 Auaricia quippe quod nomen sonat, vici
 que fortassis auro contenta quiesceret, lux
 ria epulis & voluptatibus suis, sola super
 non quiescit quandiu aliquid supra se vid
 ut quæ ab initio rerum Deo par esse ten
 uit, hæc eadem vos cogit laboriosè gemm
 quærere studioseque, vel necere, vel cau
 ut prodeuntes sedentisque in foro inque
 uiuio radiantes ac stellati, cœlo semper in
 diam faciatis. Hac duce igitur, ut ad rem
 deam, in habitaculo & in veste ciboque
 potu, & rebus omnibus quæ humanæ nec
 sitati seu iucunditati inuentæ erant, speci
 sum aliquod fulgidumque periculum m
 cuistis, eoque crescendo malum prodiit,
 ex gemmis, non modò iam pocula, sed pe
 u

s ac lebetes & mortaria & athena conspi-
 amus. Victrix plaude superbia, gemmea
 cula requirebas, omne tibi ex eadem ma-
 ria vasorū genus tui offerunt ministri. Ne-
 e iam minus est commune, gemmam hos
 vsus quā in vsum frugum terram fode-
 sic consuetudo facta est vobis, quæ luxu-
 maioribus vestris fuit. G. A. V. Crystallinis
 culis libens utor. R. A. Parco iam gemmis,
 necreta illas glacies excusat, nescio quid
 us vitro habens, æquē enim frāgitur & sar-
 i nequit, nisi quod quæsitū difficilior, &
 de longinquo veniēs, vel quæ propinqua
 inter alpiū scopulos, rupesque innias &
 gentes tenui fune pendencibus eruendæ,
 eamq; rem charior vestrasque cupidita-
 irritare potentior. Itaque Neronem legis
 celi percitum rumore, seu damnis ex o-
 nibus crystallinos duos calices fortē elisos
 uissimē doluisse, seu quod alter puto ve-
 r historię sensus habet, ira feruidum præ-
 piti, & ætati suæ infensum & posteris inui-
 ptentem, ne quis vnquam ex his biberet, ma-
 ius propria collisissē. En fortunæ durioris ex-
 atio, nil inuentū in quo grauius sæuitiæ ma-
 ster iracundiam exerceret, in crystallum
 ruit, qua nullæ tunc sibi delitiæ chariores.
 excusatio minorū, dicat aliquis: imitari prin-
 pem, sed Neronē sequi nemo bonus opta-
 uerit.

uerit. GA. Crystallinis gaudeo. RA. Nec
 dis quam caduca, quā fragilis delectat
 sit: sed hic mos est vester, naturæ prop
 milia exoptatis cūm & imbecillitas ves
 mum aliquid cui hæreret & vestri m
 pars cœlestis altū aliquid quod specta
 optare & quærere debuisset, ytrique de
 atque ima quæritis. Bene autem habet
 murina hodie lauticiis excessere. Veter
 ror incredibilis, eadē illa victoria quæ
 grina multa vobis intulit: ipso de quo
 mus, triumphāte Pompeio in Italia, inq
 bēn Romā transuectus, ex Asia semen in
 le, sed terræ creditū præfertili colonisq;
 pigris. Itaque in breui auctum vsque ad
 murini vnus preciū septuaginta videat
 lenta, calicisq; illius ab amante quodā
 pidē conuulsum dētibus labrū, & miri an
 ris mirabiliorem exitum, vt cicatrix illa
 bilitās vasculum, & famæ eius, & precij e
 augmentū. Non igitur hac in parte luxu
 qua nulli ceditis ætati, neq; superbia mi
 est vestra quā maiorum: sed vtriusque si
 ducta materia est, murinis, non solum v
 vestro deficientibus, sed ignotis pro quib
 noua luxuriæ species inuasit. Auellanae ra
 ad pocula generosum lignum, ipsum quoc
 cicatricibus honestandum, furor nunc p
 cipuus Galliarum. venerūt hos in vsus nup
 arbor

boreſ; aliæ peregriniſ nominibus adueniſ;
 notis, aliis atque aliis, ſed eadem vanitate:
 nientq; , nec ullus erit nouitatum modus,
 nec veſtris poculis murinorum iactantia.
 Et ſit. In vno planè fateor auorum ceſſiſtis
 ſaniæ, quòd illi ſuccinos nullo uſu, ſola ſed
 abendi libidine mirabàtur, interq; , delicias
 numerabant. Vnde & Nero ipſe non princi-
 um modò, ſed hominum ſæuiſſimus malè
 lectæ & peius occiſæ cõiugis, ſtauos crines
 oc ſub nomine ceu titulum meditatũ exi-
 um adoptaſſe legitur carmine edito. Fuit
 anque (quod ſtupeas) trux illud ingenium
 nicum muſis, in quo illos, quòd aurei vide-
 entur, ſuccinos ſuos dixit. O feroces atque
 fauſtæ blanditię decorũque & laudatum
 put calce impia ad inferos detrudendum.
 t vos ſuccinos & habetis & ſpernitis, aut
 erè modèſtius colitis & parcius æſtimatis.

De gemmarum ſignis. Dialogus. x x i x.

G A V.

Ignis gemma expreſſis mulceor. R A T. Ac-
 ceſſit, non inficior ad naturæ decus qui-
 am artis ornatus & minutos in vultus in-
 ue ſignorum uſum gemmas ſculpi, ſubti-
 ora quidem inter ingenij opera numera-
 um, vbi & Amethiſtus inter lapides vel
 1 2 impres

164 F. RETRARC. DE REMED.
impressioni facilis vel successu prosper
perhibent, & inter artifices primum sibi P
goteles sumpsit nomen, eò quòd vnus è c
ctis sui generis idoneus Alexandro visus
sculpendæ sui oris imagini, qua postmod
diuus Augustus vsus est, cum gēma illa e
erat vti solitus, in iocos hominum abiisse
Sphinx ænigmatica diceretur, ita vt præ
exactionum difficultates, ipsa quoque su
perplexitas verecundissimo principi par
videretur inuidiā. Huic proximus vel in
nio vel ætate Apollonides fuit & Eroni
Post hos magni nominis in hac arte Dis
res fuit, cuius cū opus exprimeret nomen
luisse Pliniū miror. Hic est enim qui ip
diui Augusti sculpsit effigiem, qua ad ext
mum & ipse dum vixit & post eum m
principum vsi sunt, ea vel Cæsarei oris ve
ratio vel admiratio fuit artificis. Et nunc
tanto de gemmis habito sermone, quas
natura integras solidasque voluptatibus
stis exhibet, seu ars causas, quæ ex te, q
to amplius delectare animum deberet
precio aut labore parabilis splendor æt
reus: immo ne is equidem, sed qui huius
illius fons ac principis lucis est? Rutili C
bunculi, virides Smaragdi, sereni Sapph
candidæ Margaritæ sic alliciūt, nec solis
gor aut siderū, nec terræ virorū aut arborū

nec serenitas aëris, nec cādor nitidus tangit
 Auroræ? Stupetis facies manu hominū gem-
 mis insculptas, nec artificis stupetis ingeniū,
 immo verō neque illum veneramini, tōtque
 tam claris ad verum viis agnoscitis, qui gem-
 mas ipsas, quique ingenium, qui manus, qui-
 que oculos fecit quibus hæc cernerentur at-
 que intelligerentur & fierent. O semper vi-
 lium imitatores rerum, semperque nobilium
 contemptores.

De Tabulis Pictis. Dialogus XL.

G A V.

Pictis tabulis delector. R A T. Inanis de-
 ctatio, nec minor vanitas quam magno-
 rum hominum sæpe fuit, nec tolerabilior
 quam antiqua. Siquidem omne malū exem-
 plum tunc fit pessimum, quando illi vel au-
 ctorum pondus adiungitur vel annorum: ut
 decunque ortæ consuetudinis robur ingens
 consenuerit, & ut bona in melius, sic mala in
 peius ætas prouehit. Sed ô vinam qui maio-
 res vestros vanis in rebus facile vincitis, eod-
 em in seriis æquaretis, virtutēq; cum illis
 & gloriam miraremini cū quibus pictas ta-
 bulas sine fine miramini. G A V. Valde vtrique
 pictas tabulas miror. R A T. O mirus humani
 furor animi omnia mirantis nisi se, quo inter
 cuncta non solum artis, sed natura operæ
 nullum

nullum mirabilius. G. A. Pictæ delectat
 læ. R. A. Quid de hoc sentiā ex iam dict
 telligere potuisti. Omnis quidē terrena
 ctatio, si cōsilio regeretur, ad amorē cor
 erigeret, & originis admoneret. Nā qui
 quam quæso rui appetens fontē odit? A
 graues humi, acclives, affixiq; cœlum s
 cere non audetis, & obliti opificē illum,
 ac lunæ tanta cum voluptate tenuissima
 cturas aspicitis, atque vnde transitus ex
 alta disponitis, illic metā figitis intellec
 G. A. Pictis tabulis delector vnice. R. A. I
 cello & coloribus delectaris, in quibus &
 eium & ars placet, ac varietas & curiosi
 sperfio: sic exanguinum vini gestus atque
 mobilium motus imaginū, & postibus ex
 pentes effigies, ac vultuum spirantium li
 menta suspendunt, vt hinc erupturas pau
 minus præstoleris voces, & est hac in re
 riculum, quod his magna maximè capiū
 ingenia. Itaque vbi agrestis læto & breui t
 pore prætereat, illic ingeniosus suspirans
 venerabundus inhæreat. Operosum sanè
 que tamē huius est operis ab initio artis c
 ginem atq; incrementa retexere, & mirac
 operum & artificū industrias, & principū
 sanias, & enormia precia, quibus hæc tra
 maria mercati: Romæ in templis decorū, a
 Cæsarū in thalamis, inque publicis plateis

po.

porticibus consecrarunt. Neque id satis nisi ipsi huic arti dextras atque animos maiori exercitio debitos applicarent, quod iam antè nobilissimi philosophorum Græciæ fecerant: vnde effectum ut pictura diu quidem apud vos ut naturæ coniunctior, ante omnes mechanicas in precio esset: apud Graios verò, si quid Plinio creditis, in primo gradu liberalium haberetur. Mitto hæc, quoniam & intentæ breuitati & præsentī proposito quodammodo sunt aduersa: videri enim possunt morbum ipsum cuius remedium pollicebar alere, & rerum claritas stupentis amentiam excusare. Sed iam dixi, nihil errori detrahit errantium magnitudo: immo hæc quidem ideo attigerim, ut liqueret mali huius quanta vis esset, ad quam tot tantisque sit ingeniis cōspiratum, cui & vulgus errorum princeps & consuetudinum genitrix longa dies cumulūque ingens omnium malorum semper auctoritas accesserint, ut voluptas stuporque animos ab altiore furtim contemplatione dimoueat, distrahātque. Tu autem si hæc ficta & adumbrata fucis inanibus vsque adeo delectant, attole oculos ad illum qui os humanum sensibus, animam intellectu, cœlum astris, floribus terram pinxit, spernes quos mirabaris artifices.

AT delector statuis. **R**A. Artes variorum idem, ipsarumque fons vnus artium vnus finis, diuersa materia. **G**A V. Delector statuarum. **R**A T. Accedunt hæc quidem ad naturam propius quam picturæ. Illæ enim dentur tantum, hæc autem & tanguntur in grumque ac solidum, eoque perennius usus habent. Quam ob causam picturæ vtrum nullæ usquam, cum adhuc innumerales supersint statuæ. Vnde hæc ætas ut in multis erronea picturæ inuentrix vult videri, quod inuentioni proximum elegantissimæ consummatrix limatrixque, cum in generis quolibet sculpturæ, cumque in omnibus generis ac statuis longè imparem se negare meraria quanuis impudensque non audeat, cum præterea pene ars vna vel si plures, vnde ut diximus fons artium, Graphidem dico, que ipsæ proculdubio sint coarctæ pariterque floruerint: si quidem vna ætas & Apellem, Pyrgotelem, & Lysippum habuit, quod hi patet, quia hos simul ex omnibus Alexander magni tumor maximus delegit, quorum primus cum pingeret, secundus sculperet, tertius fingeret atque in statuam excuderet, edicto vetitis vniuersis qualibet ingenij ac tisque fiducia faciem regis attingere: non
min

minor hic ideo furor quàm reliqui: immo
 erò omnis morbus eo funestior, quo stabi-
 ore materia subnixus. G A V. At me statuz
 electant. R A. Non te solùm aut plebeis co-
 nitibus errantem putes, quanta olim digni-
 as statuarum, quátumve apud antiquos cla-
 ssimósq; hominum studium desideriumq;
 ei huius fuerit, & Augusti & Vespasiani, ac
 reliquorum, de quibus dicere nunc longum
 esset & impetinus, Cæsarum ac regum vi-
 rorumque secundi ordinis illustrium solers
 inquisitio, & repertarum cultus & custodia
 & cōsecratio indicio sunt. Accedit artificum
 amā ingens, non vulgo aut mutis dumtaxat
 operibus, sed latè sonantibus scriptorum li-
 teris celebrata, quæ tam magna utique parva
 e radice nasci posse non videtur. Non sit de
 nihilo magnum nomen, magnum esse vel vi-
 deri oportet de quo serio magni tractant.
 Sed his omnibus suprà responsum est: eo au-
 tem spectant ut intelligas quanto nisu ob-
 standum tam vetusto & tam valido sit errori.
 G A V. Variis delector statuis. R A T. Harum
 quippe artium manu naturam imitantium
 na est quam plasticen dixere: hæc gypso &
 æris operatur ac tenaci argilla, quæ cogna-
 tis licet artibus cunctis amicitior sit virtuti,
 ut certè minus inimica modestiæ imprimis
 & frugalitati, quæ magis fictiles quàm au-
 reas

reas deorum atque hominum formas præ-
 bant. Quid hic tamen delectabile, quid quæ-
 rere aut terreos vultus ames, non intelli-
 go. G A V. Nobilibus statuis delector. R A
 Avaritiæ consilium agnosco, precium ut au-
 guror, non ars placet. Vnam tu auream a-
 rtificij mediocris multis æneis atque ma-
 moreis multoque maximè plasticis præfe-
 rendam duxeris, haud insulsè quidem ut
 habet existimatio rerum præsens, hoc est au-
 tem aurum amare non statuam, quæ ut e-
 vili materia nobilis, sic puro rudis ex auro
 fieri potest. Quanti verè tu statuam exten-
 siores, siue illam regis Assyrij ex auro sexa-
 ginta cubitorum, quam non adorasse capita-
 tale fuit, quàmque hodie multi ultro suam
 ut facerent adorarent, siue illam cubitorum
 quatuor quam ex ingenti topacio, mirum
 dictu, reginæ Aegyptiæ factam legis, puta-
 non anxie quæreres cuius esset artificis, con-
 tentus de materia quæsiuisse. G A V. Artifi-
 ciosæ oculos delectant statuae. R A T. Fuerunt
 aliquando statuae insignia virtutum, nunc
 sunt illecebræ oculorum. Ponebantur hi
 qui magna gessissent, aut mortem pro re-
 publica obissent: quales decretæ sunt le-
 gatis à rege Vehientium interfectis: quales
 liberatori Italiæ Africano, quas illius ma-
 gnitudo animi ac spectata modestia non re-
 cepi-

cepit, quasque post obitum recusare non po-
 tuit. Ponebantur ingeniosis ac doctis viris,
 qualem positam legimus Victorino: nunc po-
 nuntur diuitibus magno precio marmora
 peregrina mercantibus. G A V. Artificiose
 placent statuae. R A T. Artificium ferè omnis
 recipit materia: sentio autem vt tua hæc de-
 lectatio plena sit ingenij materięque nobili-
 tas iuncta perficiet. Neque hinc tamen aurum
 quauis Phidiāsque conuenerit, delectatio
 vlla est aut vera nobilitas, fax terræ, licet ru-
 tula, incus, mallei, forcipes, carbonēs, inge-
 nium, laborque mechanici, quid hinc viro
 optabile vereq; magnificū fieri possit cogita.
 G A V. Non delectari statuis non possum. R A.
 Delectari hominū ingeniis si modeste fiat,
 tolerabile, his præsertim qui ingenio excel-
 lunt: nisi enim obstat liuor, facile quisque
 quod in se amat in alio veneratur. Delectari
 quoque sacris imaginibus, quæ spectantes
 beneficij cœlestis admoneant, piū sæpe exci-
 tandisque animis vtile. Prophanę autem & si
 interdum moueant atq; erigāt ad virtutem,
 dum repētes animi rerum nobiliū memoria
 recalescūt, amandę tamen aut colēdę æquo
 amplius non sunt, ne aut stultitię testes, aut
 auaricię ministrę, aut fidei sint rebelles, ac
 religioni verę & præcepto illi famosissimo:
 custodite vos à simulachris. Profecto autem
 si hic

si hic quoq; illum aspicias qui solidā terram,
fretum mobile, volubile cœlum fecit, quiq;
nō fictos, sed veros viuósq; homines & qua-
drupedes terræ, pisces mari, cœlo volucres
dedit, puto vt Protogenem atq; Apellem, sic
etiam Polycletum spernes & Phidiam.

De vasis Corinthiis. Dialog. XLII.

G A V.

Q Vem non moueant vasa Corinthia? R A.
Assuetum cœlestibus, terrena non qua-
tiunt, sic collata illis modicum, sic nihil, sic
denique tædium atq; fastidium graue sunt.
Quomodo autem animus memor originis,
cauernis terrestribus inhiet, aut magnificat
quod ex illis effoditur, dum cœlum solemq;
ac stellas & seipsum videt, supremumq; ho-
rum omnium artificem contemplatur? G A V.
Corinthiis delector. R A T. Nescis te non ge-
lido tantum & exanimi terræ partu, sed offi-
cinæ nigrantis ac squalentis fabri opere, ad
postremum Romanæ prædæ reliquiis dele-
ctari? Ad historias redi: Mummius, dum Co-
rinthum armis captam direptamque flammis
absumeret, aureis simulque argenteis
atque æneis quæcunque victorum fortè ma-
nus euaserant statuis, quarum abundantissi-
ma olim illa vrbs fuit, pari incēdio liquefa-
ctis, omnium metallorum venæ vno ibi tor-
rente

rente fluxerunt, vnoq; ex omnibus iam nobiliore metallo & preciosioribus vasis exordium, & à clade vrbis nomen luxuriæ partum fuit, non quòd is furor in ea vrbe consurgeret quæ ruebat, sed venturo furori materia parabatur. Ad hunc modum tunc Corinthus huius fons fuit infaniz, nunc Damascus: inde hodie vasa mittitur vestros captura oculos animosq;. G A V. Vasis Corinthiis delector. R A T. Mirarer magis, nisi Augustum modestissimum licet atq; grauissimum principem, lectum esset apud ægregios scriptores, delectatione hac vsque adeò correptum præcipitemque actum, vt proscriptione Triumvirali condemnasse aliquos, nullam aliam ob causam nisi huiusmodi vasorum desiderio putaretur, atque eius ad stertiam famoso epigramate appposito ad æternam laudati ducis infamiam Corinthiarius diceretur. Quod si credimus, inter hunc optimum pessimumque omnium Antonium hac in parte quid intersit, nisi quòd hunc ad iniuriam causa mouit humilior: & est omne peccatum eo maius quo & maior qui peccat, & minor causa peccandi: nec peccantis magnitudo atque imperium linguæ vel calami vulnus euadunt, iudiciisque hominum eximuntur, illos magis in se acuunt atque irritant. Non parcat regum maculis vulgus loquax,

loquax, & si palàm metuit, clam libertate, vti-
 tur, in cavernis sibilat, gannit in tenebris du-
 bias voces in nubibus, acres versus in triuiis
 ferit, subscribit statuis, nutu loquitur, silen-
 tio exclamat, minaturque oculis, lingua fe-
 rit. Sic sæpe leuibus ex causis graues contra-
 huntur infamiae, & claris quoque nomini-
 bus obscura cognomina. Idque si principum
 maximo euenire potuit, quid priuati spe-
 rent, quibus esse debeat amica mediocritas,
 inimica luxuria? G A V D. Corinthiis dele-
 ctor. R A T. At si pectus erroribus oculique
 fulgoribus clauderentur, liquidò appareret,
 quantū fictilia præferenda Corinthiis, quan-
 tum vel paratu facilia, vel iucundiora usu,
 vel securiora seruatu, vel diuinis humanis-
 que cultibus aptiora. Certè quod ad securi-
 tatem attinet, si vera hæc Cæsaris nota est,
 proscripti illi securius vixissent, si Corinthiis
 caruissent. At quod ad diuinum cultum, tum
 propitiam magis hominibus fuisse diuinita-
 tem, dum fictilibus coleretur, nec mihi du-
 bium nec Senecæ. Quod verò ad humanum
 usum fictilia Tiberonis, quanuis vt probrum
 graue apud populum cæcis domino nocuis-
 se suffragiis certum sit, & præturæ repulsam
 peperisse, maximòque Valerio factum po-
 puli populariter excusanti indigna fuisse pu-
 blico munere videantur: ego tamen hic quo-
 que

que cum Seneca sentio apud quem illa multis laudibus efferuntur : sunt enim parsimoniz antiquæ & Romanis apertissimæ moribus, quibus ut modesti patrisfamilias priuata domus, sic bene institutæ urbis honesta respublica regi debet, ut frænato gressu metam teneat eius qui in terris est compositi ac tranquillī status. Itaq; si Helius Tubero fustilibus suis ante cellam Iouis expositis quibus ille frugalitatem atq; sobrietatem, utq; ait Seneca, paupertatem in Capitolio consecrabat, oculos populi iam lasciuiuentis offendit. Non est ciuis egregij culpa sed temporum: iam tunc res ab illa prisca seueritate ad hanc molliciem inclinabat, quæ primùm pateras cyphosq; aureos, gematos, discum argenteum corymbiatum, lancē pampinatam, pateram hederatam mirari cœpit, & reliquæ quæ Galienus imperator Claudio misit imperatori post futuro. Deinde alias atq; alias furorū species quæ magnificentiz tribuntur. Nouissimè autem his diebus nō hederas modò vel pampinos vel corymbos, sed ipsas cum incolis suis syluas omne genus arborū ac ferarum & volucrum & hominum virtus, & quæcunque vel oculus vidit audiuit, que auris, vel mens finxit in auro expressa vel argento longa iam consuetudine non miratur gemmis inhians, de quibus paulo
ante

ante tractauimus. Quid multa? Ipsum iã uilescit aurum crescente superbia. Pridem uero quæ laudas Corinthia uiluerunt, contemtusque de vera rerum uilium extimatione laudabilis futurus, de falsa nobilium admiratione damnabilis factus est. G A V. Ego uero Corinthia nunc etiam miror. R A T. Corinthus uestris uita facibus, suo uos uisit incedio, & murorum excidium suorum in uestros animos uita est. Neque id nouum, sæpe numero uictores bellorum externorum simul externis uitiis uicti estis. Sic uos Scipio Asiaticus & Manilius Volscio Asiæ uictores. Asiaticis delitijs lectisque purpureis atque aureis uestibus exquisitæque suppellectili, quodque uilissimum, epulis cocisque pessundedit: sic Pompeius gemmis ac margaritis, sic uos Mummius tabulis pictis atque Corinthijs subiugauit, ut dum de hostibus duces uestri, & de uobis uestrisque de moribus hostilia triumpharent. G A V. Cupide Corinthijs uasis utor. R A T. Neque uasa Corinthia, neque aurea meliorem cibum faciunt, neque Samia peiorem, neque omnino de qualitate rerum, sed ex morbo animi hæc uestra cupiditas orta est, seu ipsa potius morbus est animi: cui ut consulens conualescas, pro inuulium tot uasorum curis, unam arripe utilem ac salubrem, ut scias ipse tuum uas in sanctificatione

**ficatione & honore, sicut scriptum est, non in
passione desiderij possidere.**

De librorum copia. Dialog. XLIII.

GAV.

Librorum copia magna est. R A T. Opportunè admodum de his sermo oritur. Nam ut quidam disciplinæ, sic alij voluptati & iactantiæ libros quærūt. Sunt qui hac parte supellectilis exornent thalamos, quæ animis exornandis inuenta est, neq; aliter his utatur quàm Corinthiis vasis aut tabulis pictis ac statuis cæterisq; de quibus proximè disputatum est. Sunt qui obtentu librorum avariciæ inserviant, pessimi omnium, non librorum vera precia, sed quasi mercium æstimantes. Pestis mala, sed recens, & quæ nuper diuitem studiis obrepissse videatur, qua vnũ concupiscentiæ instrumentum atq; vna ars accesserit. G A V. Librorum larga copia est. R A. Operosa, sed delectabilis sarcina & animi iucunda distractio. G A V. Ingens est copia librorum. R A. Ingens simul & laboris copia & quietis inopia, huc illuc circumagendum ingenium: his atque illis prægrauanda memoria. Quid vis dicam? Libri quosdam ad scientiam, quosdam ad insaniam deduxere, dũ plus hauriunt quàm digerūt: ut stomachis, sic ingeniis nausea sæpius nocuit quàm

fames: atque ut ciborum, sic librorum usus pro utrisque qualitate limitandus est. In rebus omnibus quod huic parum, illi est nimium. Itaque sapiens non copiam sed sufficientiam rerum vult. Illa enim sæpe pestilens, hæc semper est utilis, & a v. Immensa copia librorum est. RAT. Imensum dicimus quod mensura caret, sine qua humanis quid in rebus rectum sibi que conveniens, tu metire. Est in his etiam quæ optima iudicantur, immensitas atque immoderatio fugienda, semperque præ oculis habendum illud Comicum: ne quid nimis. & a v. Librorum inæstimabilis multitudo est. RAT. Maior ne tibi quam Ptolemæo Philadelpho regi Ægypti, quem Alexandrinæ bibliothecæ quadraginta librorum milia coaceruasse compertum est, qui tamen diuersis ex locis diu magno studio quæsitæ, simul omnes arserunt: quod elegantiarum regum curæque opus egregium fuisse ait Liuius, quem Seneca reprehendit, non id elegantiarum curæque regiarum opus dicens, sed studiosæ luxuriæ, immo ne id quidem, sed seipsam oñquisitis spectaculis inaniter ostentantis. Et Liuij tamen dictum, & Ptolemæi factum, utrumque forsitan regiarum opes excusent, & in longum publicis usibus prospiciens regis intentio, in hoc certe laudabilis, quod sacras literas mundo non viles modò, sed necessarias, summa diligentia

ria atq; impensa per electos ad tantum opus viros in Græcam linguam ex Hebraico fonte transfudit. At quid facias priuatis non æquantibus, sed superantibus apparatus regios? Sereno equidem Sammonico, doctrinæ viro ingentis, sed maioris curæ plurimarum literarum, sed plurium voluminum, duo & sexaginta milia librorū fuisse legimus, quos omnes Gordiano iuniori cuius patri fuisset amicissimus ille moriens reliquit. Magna prorsus hereditas & multis suffectura ingeniiis, vnū verò quis dubitet oppressura? Quid hic autem quæso si nihil aliud egisset in vita, nullum illi vel scribendi studium fuisset, vel quærendi labor, nihil omnium tot voluminibus comprehensorum legere atq; intelligere laborasset? At non satis habuit negocij libros ipsos ac librorum titulos & auctorum nomina & librorum formas numerumq; cognoscere? Pulchra verò ars, quæ de philosopho librarium facit. Crede mihi non est hoc nutrire scriptis, ingenium, sed necare mole rerū atq; obruere, vel fortasse medijs in vndis more Tantaleq; siti animam torquere rebus ætonitam, degustantem nihil, atque omnibus inhiantem. G A V D. Libri innumerabiles sunt mihi. R A T I O. Et errores innumerari, quidam ab impijs, alij ab indoctis editi. Illi quidem religioni ac pietati & diuinis

m 2 literis,

literis, hi naturæ ac iustitiæ moribusq; & liberalibus disciplinis seu historiæ rerumque gestarum fidei, omnes autem verò aduersi, inq; omnibus & præsertim primis vbi maioribus agitur de rebus & vera falsis immixta sunt, perdifficilis ac periculosa discretio est. Vtq; ad plenum auctorum constet integritas, quis scriptorum inscitæ inertiaq; medebitur corrumpēti omnia miscentique? cuius metu multa iā, vt auguror, à magnis operibus clara ingenia reflexerunt, meritóque id patitur ignauissima ætas hæc culinæ sollicita, literarum negligens, & coquos examinans non scriptores. Quisquis itaq; pingere aliquid in membranis manúque calamum versare didicerit, scriptor habebitur, doctrinæ omnis ignarus expers ingenij, artis egēs. Non quæro iam nec queror orthographiam, quæ pridem interiit, qualitercunque vti nam scriberent quod iubetur, appareret scriptoris infantia, rerum substantia non lateret: nunc confusis exemplaribus & exemplis, vnum scribere polliciti, sic aliud scribunt, vt quod ipse dictaueris non agnoscas. An si redeat Cicero aut Liuius multique alij veterum illustrium, ante omnes Plinius Secundus, sua scripta relegentes, intelligent & non passim hæsitantes, nunc aliena credent esse, nunc barbara. Inter humanarū inuentionum

tot

tot ruinas literæ sacræ stant, cum maiore hominum studio, tum vel maximè protegente sua sancta poemata, suas sanctas historias diuinâsq; suas leges, auctore illarû Deo suâque perennitatem suis inuentionibus largiente. Reliquarû nobilissimæ pereunt, & iâ magna ex parte periere: sic ingentis damni nullum est remedium, quia nullus est sensus, neque id nouum hac in re, & virtutum & morum damna ingentia negliguntur. Cum tanto studio minoribus occurratur, literarû iacturam inter minimas numeratis: sunt qui numerent inter lucra. Fuit nuper nō in agris aut syluis, sed in maxima florentissimaq; , & quod stupeas, vrbe Italiæ, neq; is pastor aratorue, sed vir nobilis magnsq; apud suos ciues loci, qui iuraret se magno precio empturum, ne quis vnquam suam patriam literatus incoheret aut intraret: ô vox saxei pectoris. Fertur tale aliquid sensisse Licinius infestus literis, vt scriptum est, quas virus ac pestem publicam nominabat. Sed origo illum rustica forsan excuset: & si enim vsque ad Cæsareum nomen ascendisset, naturam tamē non exuerat. Verum est enim illud Flacci: fortuna non mutat genus. Sed quid de nobilibus vestris dicam, qui non modò perire literas patiuntur, sed exoptant voris. Equidem hic rei pulcherrimæ contemptus atque odium,

breui vos in profundum ignorantia demer-
 serint, Accedent, ne à proposito deerremus,
 & scriptores nulla frenati lege, nullo proba-
 ti examine, nullo iudicio electi: non fabris,
 non agricolis, non textoribus, non ulli ferè
 artium tanta licentia est, cum sit in aliis leue
 periculum, in hac graue, sine delectu tamen
 ad scribendum ruunt omnes & cuncta va-
 stantibus cetera sunt precia. Nec verò hæc
 scriptorum magis humano more lucra ca-
 ptantium quàm studiosorum publicisque
 rebus præsidentium culpa est, quibus nulla
 vnquam rei huius cura fuit, oblitis quid Eu-
 sebio Palæstinæ Constantinus iniunxerit,
 ut libri scilicet non nisi ab artificibus isque
 antiquariis & perfectè artem scientibus scri-
 berentur. **G A V D I V M.** Librorum bona
 copia est. **R A T I O.** Quid si capax animus
 non est? Meministi Sabinum illum apud
 Senecam, seruatorum suorum scientia glo-
 riantem: quid inter te atque illum interest,
 nisi quòd aliquanto tu stultitior, vterque
 equidem alieno, verum ille seruatorum &
 certè suorum, ac tu librorum nil ad te perti-
 nentium ingenio gloriaris? Sunt qui quic-
 quid in libris scriptum domi habent, nosse si-
 bi videantur: cumque vlla de re mentio in-
 cidit, hic liber inquit, in armario meo est,
 hoc tantum idque sufficere opinantes, quasi
 simul

simul in pectore sit, elato supercilio conticeſcant, ridiculum genus. GAV. Libris affluo. RAT. Quàm mallem ingenio & eloquentia & doctrina, multòque maxime innocentia & virtute. Sed hæc venalia non habentur vt libri, & ſi haberètur, nescio an emptores totidem reperturi, quot libri. Illi enim muros veſtiunt, hæc animos, qui quãdo oculis non videntur, ab hominibus negliguntur. Ac proſectò ſi librorum copia doctos faceret aut bonos, doctiſſimi omniũ atque optimi sæpe eſſe poſſent qui diſtiſſimi, cuius sæpe contrarium videmus. GAV. Adminicula ad diſcendum libros habeo. RAT. Vide autem ne impedimenta ſint potius, vt nonnullis ad vincendum multitudo bellatorum, ſic librorum multitudo multis ad diſcendum nocuit, & ex copia, vt ſit, inopia orta eſt, qui ſi vltro ad ſint, non abiiciendi equidem, ſed ſequeſtrandi erunt, vtendumque melioribus, & cauendum ne qui forſan in tempore profuturi eſſent, intempेſtivi obſint. GAVD. Multi & varij mihi ſunt libri. RATIO. Fallit sæpe viarum multiplicitas viatorem, & qui vno calle certus ibat, hæſit in biuio, multòque maior eſt triuij error aut quadriui: ſic sæpe qui librum vnum efficaciter elegiſſet, inutiliter multos aperuit euoluſtque. Multa ſunt oneroſa diſcentibus, doctis pauca ſuffi-

ciunt, nimia vtrisque sunt importuna, sed fortioribus humeris subuectantur agilius. GAV. Librorum nobilium magnum numerum contraxi. RAT. Librorum numero nemo qui nunc occurrat præter regem illum Aegyptium nobilitatus est, neque id sibi tam numerus dedit quàm famosa translatio. Haud dubiè mirū opus tot ingeniorum, nisi vnius post ingenij miraculū maius esset calle alio niti oportet, vt ex libris gloriam quæras, non habendi sed noscendi, neque bibliothecæ sed memoriæ committendi cerebroque non armario concludendi sunt, alioquin vel librario publico vel armario ipso gloriosior nemo erit. GAV. Egregios multos libros seruo. RAT. Multos in vinculis tenes, qui si forsitan erumperent, & loqui possent, ad iudicium te priuati carceris euocarent: tunc flet taciti, multa quidem nominatim, illud quod persæpe vnus iners affluit auarus, quibus multi egeant studiosi.

De scriptorum fama. Dialog. XLIIII.

GAV.

Quid quòd ipse libros scribo? RAT. Morbus publicus, contagiosus, insanabilis. Omnes sibi vsurpant scribendi officium, quod paucorum est, vnus hoc correptus malo multos inficit. Æmulari enim pro

prorum , imitari arduum : vnde indies crescit ægrotantium numerus simulque vis ægritudinis ingrauescit, quotidie plures, quotidie peius scribunt, quoniam sequi facilius quàm assequi. Scitum reque compertum & cum tēpore clarius est illud sapientis Hebræorum: faciendi plures libros nullus est finis. G A V. Scribo. R A T. Suis vtinam se finibus tenerent homines, rerumque ordo constaret qui mortalium temeritate confunditur : scriberent qui sciunt & qui possunt , alij legerent vel audirent. Ita ac parua enim animi voluptas intelligere est, nisi manus ad calamum præsumptuosa festinet, & quisquis libri particulam intellexit seu intellexisse visus est sibi, illico libros scribere videatur idoneus? Hæreret vtinam memoriæ vnum Ciceronis nostri dictum in Tusculani sui vestibulo , ne quem lateat claro scilicet ac patenti loco positum : fieri enim inquit potest, vt rectè quis sentiat, & id quod sentit eloqui politè non possit. Et sequitur : sed mandare quenquam cogitationes suas literis, qui eas nec disponere nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis & ocio & literis. Sunt quidem Ciceroniana ista verissima, sed ea iam vsque adeo vulgaris abusus est, vt nemo non sibi vni dictum putet, quod illi olim sa-

m 5 cratis

cratissimo exuli, qui non de arescentibus ri-
 nulis, sed de ipso veri fonte potauerat quæ
 scribebat, dictum est & sæpius repetitum,
 scribe. Cui præcepto contemptores præce-
 ptorum omnium omnes obediunt, omnes
 scribunt. quod si in his qui alienos scribunt
 libros magni diximus esse periculi, quanti
 putas in his qui proprios recentésque: quibus
 dubias atque damnatas mundo inuehunt dis-
 ciplinas, seu quod in his malum est leuissi-
 mū, stilo obtundunt incondito & agresti, sic
 ut cui vis desit ingenij, iactura saltem tempo-
 ris laborque aurium tædiūque non deerit?
 Hic vestrarum hodie non alius fructus in-
 uentionum, aut inficere, aut afficere: reficere
 autem, aut nunquam aut perraro. Omnes ta-
 men assiduè libros scribunt, nec vlli ætati tā-
 ta vel scribentium vel differentium copia,
 tanta scientium atque eloquentium fuit ino-
 pia. Horum de libris accidit quod ibidem
 Cicero idem ait: itaque suos libros, inquit,
 ipsi legūt cum suis, nec quisquā attingit præ-
 ter eos, qui eandem scribendi licentiam sibi
 permitti volunt. Quod quidem Ciceronis
 ætate rarum fuit, nunc commune est. Omnes
 igitur attingunt, quia scilicet eandem licen-
 tiam volunt omnes. Sic se mutuo cohortan-
 tur, impelluntque scribentes inania & laudā-
 tes, laudemq; similiū falsis de laudibus au-
 cupan

cupantes. Hinc illa igitur scribentium audacia rerumque confusio, ne tu valde tibi placeas libros scribens. **G A V D.** Scribo libros. **R A T.** Melius fortassis illos legeres, optimè autem in vitæ regulam lecta conuerteres. Tunc enim est utilis notitia literarum dum in actû trāsit, seq; ipsam rebus opprobat non verbis, alioquin verum sæpe deprehenditur quod scriptum est, sciētiā inflare. Clarè velociterq; intelligere, multa simul & grandia, eademq; tenaciter meminisse & ornatè eloqui & artificiosè scribere, & pronūciare suauiter: hæc omnia nisi ad vitā referantur, quid sunt aliud quàm inanis instrumenta iactantiæ, inutilisq; labor ac strepitus. **G A V.** Libros scribo. **R A T.** Fortan vtilius arares campum, gregem pasceres, telam texeres, maria nauigares. Multi quos natura mechanicos fecerat, illa inuita atq; obluētate philosophātur. Contrā, aliquos philosophiæ aptos, natos in aruis, aut pascuis, in scamnis opificū, aut nauarum transtris, fortuna detinuit. Vnde effectum quòd mirentur causarum inscij, si vt in mari medio aut rure, in syluis, inq; officinis acria & erecta reperiantur ingenia, cum in scholis exanguia ac deiecta sint: difficile enim vincitur natura si vincitur. **G A V.** Scribo ardentè. **R A T.** Quanto ardentius olim multi, quorum ardor sic extinctus est, vt scripsisse

pſiſſe illos niſi id alij ſcriberent, neſciretur?
 Nullum opus humanum ſemper durat, &
 mortalis labor nihil efficit immortale. G A V.
 Scribo multa. R A T. Quanto plura alij? Quis
 Ciceronis libros aut Varronis enumeret?
 Quis Titi Liuij, aut Plinij opera metiatur?
 Græcorum vnus, ſex milia librorum edidiſſe
 traditur. O ardentem ſpiritum ſi vera res eſt:
 ô longum ocium ac tranquillum. Certè ſi
 vnum duóſve aut omnino paucos libros be-
 ne ſcribere, multi negotium eſt laboris, tot
 vnum milia ſcripſiſſe non tam facile eſt cre-
 dere quàm mirari. Summi tamen attellan-
 tur auctores, quibus non credere durum ſit,
 quique hunc numerum non auditu ſibi, nec
 viſu ſolo, ſed eorum librorum lectione com-
 pertum dicant, quos ſi vnum omnes legere
 potuiſſe mirabile, quanto mirabilius eſt ſcri-
 pſiſſe? Longum eſt enumerare qui viri apud
 vos, qui verò apud Græcos, & quæ ſcripſe-
 rint, quorum nullus ad plenum ſtudiorum
 fortunatus fuit, ſed horum aliqua, illorum
 aut magna pars, quorundam omnia periere:
 tu de tuis quid præſagias videto. G A V. Scri-
 bo, & ea mihi interim voluptas vnica. R A T.
 Si vt ingenium exerceas ſcribendóque aliis
 te doceas, ſi vt obliuiſcaris temporum præte-
 ritſque memoria præſens tædium effugias,
 excuſo, ſi vt ſcribendi morbo quidem occul-

to & insanabili medeare, misereor. Sūt nanque, si nescis, qui non scribunt nisi quia nequeunt desinere, & velut ex præcipiti decurrentes nolentēsq̃ subsistere, rapiuntur.

G A V. Scribendi impetus ingens est. R A T. Melancholiæ species infinitas ferunt. Alij lapides iactant, alij libros scribunt, huic scribere furoris initium est, huic exitus. G A V D.

Scripsi multa & scribo. R A T. Si posteris profuturus, nihil satius, si tibi nudum nomen quæsiturus, nihil vanius. G A V. Multa scripsi. R A T. O prælaram insaniam, & miramur si membranz solito chariores sint. G A V D.

Scribo & hinc famam spero. R A T. Dixi iam, melius forsitan arares aut foderes messem sperans: humi enim tutius quàm in vento feritur. Atqui famæ studium & pertinax scribendi opera, vt quosdam claros sic innumerabiles stultos atque inopes in senium misit, nudosque & loquaces spectaculum vulgo fecit: Ecce dum scribitis, melioribus curis idoneum tempus elabitur: extra vos rapti sopitisque non aduertitis donec serò vos senectus excitet ac paupertas. G A V D. I V M. Scribo tamen famæ cupidus. R A T I O. Mirum studium de labore ventum, quærere: Certè ego ventos optare nauticum putabam.

De

De Magisterio. Dialogus XLV.

GAV.

AT magisterio insignitus sum. **RATIO.** Mallem fateor disciplina, magisterio enim indisciplinato & rudi nihil est turpius. **GAV.** Magister ex merito factus sum. **RAT.** Ut magister digne sis, non nisi discipulus meruisti, obsequentem atque humilem te docilemque praeberis oportet, alioquin aberrasti in via quae ad magisterium ducebat: & si non ignorem quosdam sine magistro ad scientiae gradum altissimum conscendisse, idque de se ipsis viros magni nominis praedicasse literisque mandasse: sed his labor, & ingenium, & discendi ardor, & intentio, & assiduitas, & perseverantia pro magistro fuit, nec internus in silentio magister defuit. Ac nunc mihi de communibus sermo est. **GAV.** Magister dicor. **RAT.** Multis, ne magistri veri essent, magisteri falsum nomen obstitit, dumque de se plus omnibus quam sibi, dumque quod dicebantur, sed non erant esse crediderunt, quod esse poterant, non fuerunt. **GAV.** Magisterio clarus sum. **RATIO.** Vidisti vini acidi tabernam picturis aut floribus vernis insignem, ubi sitiens viator falli possit. Sed nunquid & caupo suis fallitur artibus? Sunt certe aliqui sic fallaciis assuefacti, ut longo usu fallendi alios, ad extremum

num & se fallere incipiant, quódque diu
suasere aliis, aliquando persuadeant sibi, &
quod falsum sciuerint, verum credant: tu vt
libet magisterio gloriare. Quod si digno ob-
tigit, nihil novi: sin indigno, duo hæc mala
secum attulit, vt & discere pudeat & notior
ignorantia tua sit.

De Variis Titulis Studiorum. Dia-

logus X L V I.

G A V.

Titulis multis ac variis exornor. R A T.
Fecunda frondium est vanitas, sed ina-
nis fructuum. G A V. Titulis multis abundo.
R A T. Si veris, grauis sarcina: sin falsis, & fœ-
da & pudenda. Quid opus est & titulis qui-
bus aut labor insit aut dedecus? Virtus vno
seu potius nullo titulo contenta, ipsa sibi est
titulus. G A V. Theologiæ titulum sum ade-
ptus. R A T. Erant olim huius scientiæ pro-
fessores, hodie, quod indignans dico, fœrum
nomen prophani & loquaces dialectici de-
honestant, quod nisi sic esset, non hæc tanta
non subito pululasset seges inutilium magi-
strorum. G A V. Philosophiæ magisteriū me-
sui. R A T I O. Philosophia non sapientiam,
sed amorem sapientiæ pollicetur. Quisquis
hanc igitur vult, amâdo cōsequitur. Non est
vt quidam putant, operosus aut difficilis hic
titu

titulus, modò verus amor sit, & vera quam
 ames sapientia philosophus verus eris. Ve-
 ram sanè sapientiam non nisi purgatæ piæq;
 animæ vel intelligere possunt vel amare. Ad
 id ergo res redit, quod est scriptum: pietas est
 sapientia. Philosophi autem vestri huius sen-
 tentiæ contemptores aut ignari, vt de theo-
 logis nunc dicebam, ad verbosam nudamq;
 dialecticem sunt redacti. Itaque de Deo illi,
 hi autem de natura temerariè fabulantes. Illi
 impotentissimam maiestatem venrosis so-
 phismatibus circumscribunt, & subsannanti
 ridentique Deo suæ insolentis inscitæ leges
 ponunt: Isti verò de naturæ arcanis ita di-
 sputant, quasi è cœlo veniant consilióque
 Dei omnipotentis interfuerint, oblixi, quod
 scriptum est: sensum domini quis nouit, aut
 quis consiliarius eius fuit? Neque nostrum
 audientes Ambrosium, qui sæpe id multis ac
 validis argumentis, eo autem libro in quo
 fratris obitum luget, præcisè admodum bre-
 uiterque: Philosophi, inquit, de cœlo dispu-
 tantes, quid loquantur ignorant. G A V. Ar-
 tes profiteor multas. R A T. Facillimum id
 quidem, multas nosse difficilius: melior sa-
 nè tutiorque confessio quam professio est.
 Illa enim humilitatis & pœnitentiæ, hæc le-
 uitatis & insolentiæ plena est: multò certè
 facilius indulgentiâ confessi quærunť quàm
 scien

scientiam professi. G A V. Divinæ atque humanæ sapientiæ titulum cōsecutus sum. R A. Sapientia titulis non eget, per seipsam clara est. Quis lucernam quæso vnquā soli ut videretur adhibuit? Multi & cū his titulis obscuri, & absque his clarissimi euasere. Sæpe nullum bonis, clarū malis mercibus signū fuit.

G A V. Quid quod poëtica laurea comam strinxit. R A T. Superior vnus est labor, verum quærere, sed hic duplex, quærere & ornare, atque ad aurium oblectationem fingere magna res est, ardua, difficilis, coque rarissima.

Veri nempe poëtæ utrique operā dant, communes verò primum negligunt cōtenti phaleris. G A V. Raram lauream partum decus. R A.

Quæ situm vnde rempublicam remque familiarem vniposthabeas curæ, quæ sitū iter ad inopiam, ni sedenti vltro prodiga tibi opes conuehat fortuna, quæ sitū vnde aliis amens, aliis insolēs videre.

G A V. Mihi ipse lauream decerpsi. R A. Virentissima arbor si decerpitur, cōfestim nisi ingenio vberis vigilique studio rigetur, aruerit.

G A V. Parta mihi laurea. R A. Partus labor, partus linor, seu illa studiorum seu armorum merces est. Tener ille ramulus animo tuo nihil omnino signum vertici præbuit inane, ostēdensque te multis quos melius latuisses. Quid aliud quàm te moribus obiscit inuidiæ? Pace belloque, multis infi-

n

guia

gnia nocuere. G A V. Artem oratoriam sum professus. R A T. Mirum audio. Ea nempe in desuetudinem abiisse iam pridem visa erat, utque immensis & innumerabilibus rebus constaret, unde sit ut oratores ipsis etiam variis rariores semper fuerint. Proinde fuere qui dicerent: oratoris proprium de omni re copiose ornateque posse dicere. Quamvis ea sententia velut arrogantissima sit reiecta, quantis sane de rebus, & si non de omnibus dicere habeat orator, adhibita in singulis artificiosa & dulci quadam eloquentia, quæ per se ipsam magna res est, æquæ libereque libris, opibusque, utque fortasse professionis temerarie poenitebit, vanaeque, necdum scire, vel infinita vel omnia vis videri, nihil scire videris, & quod sepe accidit super scientiæ professione multiplicis, ignorantia, delitescens necessario in apertum exeat. G A V. Liberalium sum professor artium. R A T. Saepè etiam plus habet ea res audaciæ quàm doctrinæ. Ad unamquamque artium brevis est vita, unus tu sufficis omnibus? Vna ars tui ingenio satis est ut ad summum æstuando & anhelando perveniat: multas degustasse quantum cepti necessitas exposcit, idque ipsum nosse quàm professum esse modestius. Ad id quod doctissimis visum est, unam ipsam omni ex parte cognoscere nulli etiam illustrium contigisse.

rigisse. De sola nempe rhetorica notum illud
 Senecæ: Magna inquit: & varia res est elo-
 quentia, nec adhuc ulli sic indulget ut tota
 contingeret: satis felix est, qui in aliquam eius
 partem receptus est. Id sanè quibus viris &
 quantis testibus verū probet, audisti. Quod
 cum ita sit, quid agant & quid audeant, co-
 gitent agmina professorum pene iam vul-
 gus æquantia tam ruditate quam numero,
 quæ non vna quidem parte, sed nec vna ar-
 te contenta; ex æquo omnes innadunt. O. fi-
 ducia ingens, sed iam publica. G A V D I V M.
 Quid de medicinæ tandem iuriumque pro-
 fessione dictura es? R A T I O. Ad hoc ægri
 tui clientelæque respondeant. Quid illis vn-
 quam, ad salutem corporis, victoriamque
 causarum titulus iste profuerit, tibi ad lu-
 crum forsitan sæpe profuit, in hoc artes si-
 ue artium nomina queritis, & quod scien-
 tiæ defuerit, suppletur titulis atque habitu,
 verumque sit illud Satyrici: purpura vendit
 causidicum, vendunt amethystina. Nec id
 minus, ut redeant veteres, Ciceroni nemo
 ducentos nunc dederit nummos, nisi fulserit
 annulus ingens. Postremo hæc tibi horum
 omnium summa erit, esse quosdā raros quo-
 rum solida & honesta sint studia, horum finis
 est veritas ac virtus. Hæc est rerū noticia mo-
 rumque correctio, & vel vitæ mortalis orna-

mentum, vel æternæ aditus. Reliquorum verò quæ ingens turba est, pars gloriam petit, præmium inane, sed fulgidū, maiori autem parti vnus fulgor pecuniæ finis est, præmium non exiguum modò, sed sordidum & labori impar, nec ingenuo dignū nisi, hisque omnibus titulus & vt dixi habitus nō spernendus quidem: ad id enim quod intendunt valet, nempe omnium penè mortaliū, & præsertim vulgi horū ope egentis animus iudiciūque vmbriis eluditur. Magna pars rerū opinionibus agitur. At virtuti deditos titulis gloriari alienum prorsus atque absonum, immo verò ne possibile quidem reor. G A V. Multa profiteor. R A T. Præstat vnum benefacere quàm multa promittere. Bene irent autem res humanæ, si quod profiteantur homines id essent.

De Titulis Negociorum. Dialog. XLVII.

G A V.

PROCURATOR regis sum. R A. Ergo hostis populi. G A. Procurator fisci sum. R A. Et rei publicæ iniunicus, G A V. Negociorum gestor regius sum. R A. Sua negocia gerere laboriosum est, quid censeas aliena præcipueq; potentium, quibus placuisse perpetua seruitus, displicuisse discrimen, superciliū graue paratumq; pro leui etiam offensione supplicium? G A V. Negocia regis ago. R A. Rationem duro sub

sub iudice redditurus, nisi omnium spoliis
 tuoque odio & crimine vix implendam. G A.
 Regis negocia procuro. R A. Vide ne cū pro-
 curatio ipsa difficilis, tum difficilior sit ratio
 tamque inextricabilis, ut quod de multis vi-
 dimus, patrimonium, famam, tuumq; caput
 implicet. G A v. Regius procurator sum. R A.
 Displicendum multis ad extremū domipo,
 quodque periculosius Deo, proq; leui regis
 emolumento grania regni mala & ingentia
 damna populorū, vel dissimulāda, vel perpe-
 tranda. G A v. Procurator regius factus sum.
 R A. Quo primum die inuisum hoc officium
 domus tuæ limen attingit, tibi vivere desisti,
 libertas inde & quies & iucūditas abiere. Pro
 his seruitus, labor, occupatio, metus, dolor,
 afflictio & mordaces subierūt curæ, iam non
 vivis & si spires: occupatorū enim vita mors
 est, qui cū miserī omnes sint, illi sunt o-
 mnium miserrimi, qui pro aliis maximēque
 pro regibus aut tyrannis seu quibuscunque
 potentibus occupantur. G A v. At sum iudex.
 R A. Sic iudica quasi mox ab alio iudicandus.
 Vnus est omnium iudex, vnū tribunal incor-
 ruptū. Ante illud stabitis mortales, quid falsi
 corio iudicis sellæ iudiciariæ impresso, &
 barbarica admonitione iustitiæ opus est?
 Ea in sella quisquis iudicium sedet, vbi si in-
 iuste iudicabitur, nec pecunia, nec gratia, nec

198 F. PETRARC. DE REMED.
 falsitētes, nec indignæ preces, nec in-
 minæ, nec diserti proderunt patroni. G
 Consul patriæ meæ sum. R A T. Difficilli
 gloria. Rarum est quidē sic consulere ut p
 sis & placeas, ut sit enim in verbo veritas
 consilio fides, in commissio silentium, in c
 tione suauitas, eventum fortuna moderā
 tur, is consilio precium dabit. G A. Præfē
 vrbis sum. R A. Beluam indomitam, utque
 Flaccus, capita multorum tenui frēnas lo
 atque inmensam solus agitatam mag
 fluctibus puppim regis. Parua domus æ
 regitur, magnæ vrbis quā difficulte sit
 gimen videtō: parūne tibi curarum do
 erat, qui publicas adoptasti? Quid quod n
 difficile modō iam officium, sed vile
 præfectum vrbis villicum Satyricus voc
 statum notans temporum illorum, quic
 tunc villicus, quid nisi nunc syluicus seu
 uantus sit? Cœperat ea ætate vilis esse Ron
 iam sylua est. G A V D. Sum præses prou
 ciæ. R A. Honorato exilio damnatus; oēit
 domesticum externa sollicitudine permut
 str, dulce nihil aut tranquillam speres, ama
 & turbida præfidentium fors, festis dieb
 ludisque & conuiuiis arcentur, munerib
 clausum himen & apertum litibus, rectu
 iocis vacuū, plenu querimonis ac iurgi
 Quicquid languidū, quicquid ægrota, qu
 qu

mihi demum vero & acri iudicio rem liberauit, modò militiæ prælium addidisset. GA. Armatur militiæ sum ascriptus. R A T. Quid armaris exterius? Intus in anima bellum est: illam vitia obsident atq; oppugnât. Quis hic ferro locus, nisi illud ad ornatum corporis, non ad animæ tutelam induitur? Sunt enim qui dicant nihil pulchrius viro armato, ego quid pectus & quid caput ferreum pulchrius habeat quàm pacificum & inerme, nō video. Quando autē hæc voluptas tibi est, age, ferro membra constringito, imbrem solēque galea excipiens, ferro indutus, clypeo operire, domi dormiens classico excitabere, adeptus tibi magnum aliquid videbare, sed errabas, anceps & cruentū officiū elegisti. Multæ sunt autē fraudes spei, multæ sunt fateor cætenæ, quæ animos boni illius quod omnia appetunt incōsultè auidos in exitiū trahunt. Neque inficior quosdam militia ad amplissimas opes, siue etiā ad summum imperium peruenisse, crede autem mihi plures ad inopiam, ad carcerem, ad seruitutem, ad violentam subitamque mortē eodem tramite peruenierunt. Tu ex quo militiam profiteri animus fuit, nisi dehonestare artificium tuum vis, semper animam in numerato habeas oportet, semperq; aures tuas Cæsarea vox illa circumtonet: disce ferire, disce mori. Syllaba

vna

una brevis, aut longior tua facta variabit, vel occides, ad vtrumlibet horis locisque omnibus te paratum exhibe. Hæ artes delitiæ tuæ erunt. Sine vero Satyricum loqui, præmia militiæ numerantem: innumerabilia equidem præfatus vix paucissima colligit, in quibus prima & summa licentia est peccandi. Præmium Herele non tam iustis viris optabile quàm armatis legibus, ut aiunt inter arma silentibus. G A V. Militiæ filium ascripsi. R A T. Est id ferme vsitatum, ut militis filius miles sit. Non potest enim nisi quam habet hæreditatem filio pater dare, arcum, scutum, gladium & bellum, & quod ludum conficit auro tincta calcaria. Sed quod patri diximus sibi filius dictum sciat. G A V. Belli dux victoriis clarus sum. R A. Quanto melius pacis dux virtutibus clarus esses. G A V D. Multa bella confeci. R A. Quietem tibi atque aliis abstulisti, clarum opus. G A V. Victoriis ac triumphis notus sum. R A T. Sæpe malum bono notius, & atra tempestas serenitate famosior. Denique parasti busto titulos, vulgo fabulam, tibi nihil.

De amicitijs Regum. Dialogus X L I X.

G A V.

Quæsiui mihi regum amicitias. R A T. Hominum vera amicitia rara est, tu
n s tibi

tibi regum fingis amicitias, quos fortunæ splendor tumorque animi omnium imparium contemptores facit. GAV. Regibus charus sum. R A T. Vilis ergo tibi est anima, virtus, fama, quies, ocium, securitas notus est mos regum, vix diligunt nisi qui his omnibus neglectis & abiectis illorum se stultitiæ ac libidinis & auaritiæ servum fecit. Si ergo charus es regibus, non est quod amplius de te quæram, vilis es tibi. GAV. Ego autem bonitate ac virtute sum charus regibus. R A. Quid respondes Crispo? Nam regibus inquit, boni quam mali suspectiores sunt, semperque his aliena virtus formidolosa est. G A. Regi meo bonis artibus sum charus. R A. Quibus quæso, aucupio an venatu? Horum enim studiosum in præcedenti quodam colloquio te notavi. An vero militia, de qua proximè disputatum est, que nisi largo sanguine magnisque periculis honestetur, non militiæ, sed militaris ignaviæ nomen tenet, non regum modo iudicio, sed vulgi. GAV. Bonis artibus regi charus sum. R A. Vanitate an periculo, an criminibus fortassis, homicidio, veneficio, lenocinio, proditione, blanditiis atque mædaciis, mala peste, sed publica, quâque usus excuset & commendet urbanitas? Hæ sunt quidē artes promerendis regibus aptiores, quibus inimicius nihil est quàm virtus & literæ. In his igitur

tur in illa spes ad amicitias regum, odij potius causa sunt, sic inter sapientiam ac fortunam rata est pax. GAV. Magnus apud regem sum. RA. Maior ne quam apud Alexandrum, Lyfimachus, apud Tiberium Seianus? Vtrinque magnitudinem & ruinam nostri. Et si de primo varient scriptores, linquo alios, longa est historia. GAV. Charus sum regi meo. RA. Melius esses incognitus, melius forsitan odiosus, fugeres enim quod nunc sequeris discrimen. Peior est aubus invitantis aucupis blanda modulatio, quam villici sonitus deterrentis. GAV. Meo sum charus regi. RAT. Sunt quorum dubites periculosior ne sit charitas an odium, sed peiores serpentibus, quibus insunt veneni mixta remedia, his vero nil pestilentis ac nocivum inest, seu oderint seu diligant prope par malum, nisi quod odium fugat, amor detinet. Et ad summam, regum amicitias præter regna ipsa nil usquam inquietius nilque periculosius: & si hoc periculum non ignorem, frustra sæpe multis optatum, sæpe magnis emptum, quaesitumque periculis, sic est usus hominum, sic periculis emittur periculum, multis, vnum, magnis maximum. Mira res, bonum ingentis spernitur gratuitum, magnis malis maius malum quaeritur. GAVDIVM. Spero me regi meo charum. RATIO. Id de quo speras

speras, quale sit cogita, fundamentum
le, tremulum, caducū, crebræ notæq;
inducant ruinæ, vertex nubilosus, sui
inquietus, quod sic esse vita regum
tristis, occupata, difficilis. Vide ergo v
xeris, vt fortuna, sic voluntas regum
inconstans ac semper incerta, quanqu
stantibus illis boni aliquid ista res h
mali multum. G A V D. Amicitiam reg
multis periculis ac sudore promerui.
Heu quanto tutius quantoque facilius
omnium amicitiam meruisses.

De amicorum abundantia. Dialog.

G A V.

A Micitiis abundo. R A T. Mirum ti
rei huius abundantiam esse, cuius
dem cunctis hominibus penuria tanta
ex omnibus seculis vix paucissima mer
tur amicorum paria. G A V. Mihi ami
multæ sunt. R A T. Fucata igitur, veræ
amicitiæ rarum bonū vsq; adeò, vt qui
longa licet in ætate quæserit, negociato
rum talium sat industrius habeatur. G A
Amicitiis fœlix sum. R A T. Hoc scire nō
tes, nisi rebus aliis sis infœlix. Verū enim
illud, fœlix se nescit amari. G A V. Amic
certæ sunt. R A. Ergo & aduersitas certa
Verum est enim illud quoque: amicus

tus in re incerta cernitur. G A V D. Amicitia multæ sunt. R A T. Huius rei iudicium experientia committe, non famæ multa mentiri solita, pauciores erunt fortassis quàm reris.

G A V. Amicitiarum nimis magna copia est.

R A T. Mitte supernacua, in rebus omnibus: qui quod satis est habet, amplius non requirit.

G A V. Amicorum satis magna copia est.

R A T. At id ipsum neque populo Romano tū dum maximè floureret, neque vlli mortalium contigisse apud illustrem legis historicum.

G A V. Amicitia multæ sunt. R A T. Dixi iam, fictæ igitur aut equidem imperfectæ, ut philosophis placet, quoniam fieri potest ut vno tempore cum altero amicorum sit gaudendum stendūmq; cum altero, aut inter illos orto odio, vel hinc fidem, vel illinc, vel utrinque deserere sit necesse.

G A V. Copia est utilium ac delectabilium amicorum. R A T. Sentio ad vulgares amicitias descendis, quæ tamen ipsæ simul plures esse vix possunt, quod multis retribuere familiariterque conuiuere operosissimum sit, animo præsertim in executione cuiuspiam difficilis atque ingenij operis occupato.

G A V. Amicos qui profint & delectent habeo. R A T. Caducæ amicitia,

quarum delectatio, vel utilitas fundamentum est, nam & stantibus illis tremunt, & cedentibus ruunt, id non possibile tantum sed

perfa

perfacile, immo verò prope necessari
quòd hæc plerumque, vel fortunam
quuntur, vel ætatem formæque grat
quibus nihil incertius. At quæ in virtute
dantur immortales sunt, sò quòd vi
ipsa quiddam stabile firmumque sit, &
verbo utar Aristotelis, mansurumque c
niam mori nequit. Ideo quos propter
nestum dileximus, diligimus vel ex
ctos. G A V D I V M. Amicos ni fallor si
habeo. R A T I O. Viderem autem, ne fall
néue experiri cupias. Nam sæpe cuius
fuerat, dulcis opinio, amarum fuit, ex
mentum. G A V D I V M. Amicos puto
nos habeo, R A T I O. Vnde id putes, et
atque etiam examina, atque illud, impr
quantum ipse ames. Sunt enim qui, no
mant & amari putant, quo nihil est, stul
isque communis error est. diuitem: amq
precio emi credunt qui mutuo queritu
more. Generosissima res, est bonus anim
non herbis neq; carminibus magicis me
tur, non auro aut geminis, non ad extren
ferro flectitur, amando vincitur colend
Estq; hæc Ecatonis Græci philosophi, a
torium notissimum, quod Senecæ plac
mihi, si vis amari, ama, quanquã & hoc ip
sæpe frustra est, tam multæ tamque im
scrutabiles ac profundæ sunt pectorun
ue

uernæ, tam venenosi atque inhumani & implacabiles quorūdam animi, vt & culti spernant & amati oderint, nec contenti nullam pio affectui vicem reddere, quod nec beluis quidem nisi atrocissimis accidit: exasperantur obsequio, & si credi potest, amore ad odium irritantur, quod periculosissimum & inter vitæ mala grauissimum humana simplicitas experitur. G. A. V. B. I. N. M. Credo amicos optimos habere. R. A. T. I. O. Est hoc quidem amicitie perpetuum epitheton, quod & si lingua abest, adest intellectui. Idq; breuius loqui potes, dic amicos, vna optimos dixeris. G. A. V. Habere amicos credo. R. A. T. Cautus ne falsum credas, ne quando te aliter credere ipse res cogat. Abyssum animi metiri non est hominis, nunc amicos vobis vina conciliant, lacrimæ autem probant, & quod debuit primū esse, nouissimū est. G. A. V. Amici in hoc statu rerum multi sunt. R. A. T. Rerum credo fortitium. Ita enim ferme accidit vt & si fortuna omnis amicitii s'ageat, illi tamen amicorum copia maior sit, cui rerum cæterarum indigentia minor est, sic inopiam semper inopia, eopiamque comitetur copia. Crescat siue adueniat egestas, decrescet seu abibunt, seu verius detegentur amicitie. Qui amici tui fuerunt, qui fortunæ, illa videbitur abeunte. Te tui sequetur, illā sui. Hæc melior, illa

illa densior caterua. Nec est quod mirari debeas, vase exhausto illos abscedere qui solā vini dulcedinem sequebantur, aduersitas simulatorem abigit, sæpe potorem. GAV. Innumera-
 biles habere videor amicos. RAT. Bene-
 ais, videor. Vnde tibi autem hæc opinio cum
 omnium veræ amicitiaæ raræ sint, innumera-
 biles tuas esse? Persuasum autem debet esse
 imprimis, nisi inter bonos amicitias nō con-
 stare, hinc iam certius æstimabis, quot non
 dicam tibi, sed humano generi amicitiaæ pu-
 ræ sint, cum numerare cœperis, quot sint bo-
 ni? GAV. Amicos habeo cōplures. RA. Notos
 dic, idq; quam veracitèr sis dicturus, in du-
 bio est. Nullū enim animal, nulla merx diffi-
 cilior cognitu quàm homo. GAV. Amici mul-
 ti sunt mihi. RAT. Contubernales forsitan aut
 conuiuæ. Hi enim nisi epulæ defuerint non
 deerunt, amici autē semper pauci, sæpe nul-
 li, sæpe (quod iniquissimum est) amici nomē
 domesticus hostis tenet. & sub velo fictæ be-
 neuolentiæ familiares insidiæ delitescunt.
 GAV. Supra necessitatē sunt amici. RAT. Ap-
 primè necessarius ferè omnibus maximeq;
 potētibus deest semper, qui scilicet inter tot
 assentatorum mēdaciā verum loqui audeat
 & velit, qua in te multis amico vtilior hostis
 fuit. GAV. Multos habeo amicos. RAT. Cre-
 de mihi pluribus indiges, sanctiōrque esset or-
 bi

his terrarum & quietior si tot essent amicitia, quot feruntur. G A V. Amicum habeo. R A. Multum est. Nil amico charius, nil rarius.

De amicis incognitis nisi per famam. Dialog. L I.

G A V.

Fama præsens absentes mihi peperit amicos. R A. Est id quidem aliquando visum, ut non solum incognitos sed hostes quoque fama faciat amicos. Fecit Masinissam Scipioni, ut qui in omni Carthagenensium equitatu prius esse cōsueverat, in omni Romanorum equitatu aduersus Carthaginem primus esset, neque hostes tantum proprios, sed prædones qui publici omnium mortalium hostes sunt. Eidem illi famæ splendor attraxit, qui Lintherni ad eum in exilio habitantē, facto agmine venientes, sic ut primo aspectu terribiles viderentur, ubi se suspectos intellexerunt, positis minis atque armis, & dimissis satellitibus insuetam mansuetudinem induti, soli prædonum principes accesserunt, cumque cœu numen aliquod domumq; eius ut templum deuotissimum venerati, dextera illa victoriosa multis osculis fatigata, affixisque muneribus dom⁹ in limine, qualia deorum aris affigi mos tunc erat, quasi ingenti lucro aucti quod virum illum conspexissent, & tanquam cælesti visione alacres abierunt.

o Hoc

Hoc illi vni contigit, quære alium, vbi eum
 quæso reperies? Vt tamen aliis accīdat, & no-
 minis claritas absentem conciliet amicum,
 multum enim in rebus, non inficior, potest
 fama. Nunquid tamen non verendum erit,
 ne quod ait quidam, Minuit præsentia fa-
 mam? Quàm multi quos absentes stupue-
 rant, coram positos contempserunt? Tene-
 res est iudicium humanum, facile flectitur.
 G A V. Fama mihi amicos trās alpes & trans
 maria quæsiuit. R A T. Vestra ferè omnia fri-
 uola æquè & inania sunt. Nam quis vsus, aut
 quis fructus fuerit illius, à quo nec visus, nec
 videndus, quem ve nec videris nec visurus
 vnquam sis? Vitia vestra præsentēs quoque
 amicitias inutiles faciunt & infidas quanuis
 non sint illæ quidem, sed dicantur amicitia.
 quid nunc igitur de his tuis amicitis speres?
 Vide obsequium amicos parere, ait Comi-
 cus, immo Hercle veri amici vix multis ob-
 sequiis pariuntur, tu credis amicum paucis
 fortè & ne tuis quidem verbis quæsiuisse bo-
 næ spei es. G A V D I V M. Fama ab extreme
 terræ mihi attulit amicum. R A T I O. Fama
 contraria illum tibi auferet, eoque facilius
 quo parentiores malis quàm bonis relatu-
 aures sunt. G A V D I V M. Fama mihi boni
 peperit amicum. R A T. Vnde scis quàm bo-
 nus sit quem nunquam videris, rogo cū il-
 liip!

ipsi quas quotidie vides, atque alloqueris, quales sint tanto in tempore nondum scias? Sæpe vos credulitas vestra circūuenit, libenter creditis quòd optatis. Multum fidei famę tribuitis mendaci. Speras eius animum videre, cuius nūquam frontem videris, cū sint inter notissimos quoq; tot pectorum diuersoria, tot latebræ. Difficile est enim amicū nisi in magna aduersitate cognoscere, opertus est illum nōscere: quā querere. Vna sæpe hora paucis verbis queritur, qui vix multis annis atq; experimentis agnoscat. Voco autem amicū ut vulgus, verus enim non antè queritur quā probetur. Nec amicū probant aliorum verba, certè nec propria, sed experta charitas fidēsque. GAVD. Amicū mihi de longinquo fecit fama R. A. De te aliquid mentiendo quispiam tibi amicū dedit, de te vera loquendo, vel forsitan mentiendo itidem tibi hunc ipsum alter eripiet. Quibus viis fiunt crescuntque omnia, eisdem faciliè resoluuntur. Et natura vult, ut citò aucta citò desinant.

De amico unico & fideli. Dialog. LII.

GAVD.

AMicum unum, fidum & expertum habeo. R. A. T. Sæpe in experiendo vestrum erat acumen, & dum vos ipsos peritissimos

O 2

iudica

iudicatis, in hoc ipso ac perinde cæterarum rerum in æstimatione fallimini. G A V. Scio ego, non æstimo amicum mihi esse fidelissimum. R A T. Et quot putas idem credentes, immo ut sibi videbantur & scientes. cum ad arctissimum ventum esset examen, sese lutos inuenerunt? Vnde verò tot quotidie de amicis prodeunt querelæ, nisi quia quos fidelissimos habebatis inuenistis infidos? Nullius rei tam difficilis quam humani animi cōiectura extimatioque est. G A V. Nihil conicio, nihil extimo ut dixi, sed scio amicū verissimum me habere. R A. Habes rem aut optimā aut pessimam errorem. G A V. Nullum rei huius errorem habeo, sed amicum multis ac magnis expertum casibus. R A T. Habes ergo rē dulcissimam sanctissimāque, qua vna post virtutem solam nihil homini melius in hac vita, seu natura, seu casus aliquis, seu labor ac studium dedit. Dulces fateor parentes, dulces filij, dulces fratres, possunt tamen amare scere, nec parentes ideo, nec fratres quidem desierunt esse, nec filij cum dulces esse desierint, at amicus solus dum sit verus, dulcis & charus esse non desinit. Chari inquam sum parentes. Nōne autem Iuppiter Saturnum regno patrem expulit? Nicomedes Prusias Bithyniæ regem, suum patrem consilia licet necandi filij agitantem vita priuavit? Et Poclemau

lemæus hinc Philopater dictus, patre ac matre insuper & fratre occisis, ad vltimum & vxore Euridice interfecta, regnum Ægypti scortorum sic rexit arbitrio, vt nihil in regno proprium haberet præter nudum & inane regis nomen? Nónne & Orestes Clytemnestram matrem, Agripinam Nero, Antipater Thessalonicem interfecit? Chari filij. Nónne Thesæus Hippolytum castissimum, Philip-pus rex Macedoniæ Demetrium filium adolescentem optimum iussit occidi? Nónne & Ptolemæus alter, aduersum pietati nomen, & ipse quoque fidissimus rex Ægypti duos? Et Herodes rex Iudææ vnum, & Constantinus Romanorum Imperator vnum quoque Crispum filium interemit? Nónne Maleus dux Carthaginensium Carthalonem filium crucifixit? Quin & matres quarum amor hinc intensior, hinc mitior sexus, in filios sæuierunt. Nota omnib⁹ Medæa. Quid Laodiceæ Cap-padociæq; regina, que regnandi cupidine filios quinq; mactauit? Chari inquam parentes, repeto enim, chari filij, chari fratres. At vt vno exēplo omnis claudatur impietas, Phra-tes rex Parthorum omnium regum scelestis-simus, omniumque mortalium regnādi non cupiditate sed rabie furissque actus, Orodem senem & afflictum patrem, ad hæc & triginta fratres suos dicti regis filios suum-

que

que insuper filium occidit, ne quis superesset
 in Parthia qui regnaret. Sed vetusta hæc nū-
 quid nō & recentiore memoria inter patrem
 & filium de regno in Britannia certatum au-
 diuimus, & nudiustertius inter fratres in Hi-
 spania decertari vidimus? Quāquam talium
 odiorum & maximè fraternorū crebra adeo
 & noua & vetera sint exempla, vt penè labo-
 riosius sit exquirere qui amici fratres fue-
 rint, quàm qui hostes. Vtrunque postponi-
 mus, remedia enim nunc non exempla colli-
 gimus. Quid præterea, an non chari cōiuges,
 charæ vxores? Sed interrogabis Agamem-
 nonem ac Deiphobum & de vestris Claudiū
 Cæsarem ac minorem percunctaberis Afri-
 canum. Hi tibi quàm chari fuerint vxoribus
 suis dicent. Contrà verò Octauiam sciscitare
 & Arsinoen, quid illa de Nerone suo, hæc
 de suo sentiat Ptolomæo. Illa de adoptiuo,
 hæc de naturali fratre, vtræque de marito.
 Illa quidem in se ipsa, hæc in filiis experta
 testabitur. Eminentia vt vides & clara de-
 cerpimus, vulgus & vrbes & communem vi-
 tam hominum his plenam querimoniis præ-
 terimus. Quibus ita se habentibus, cum in
 omni genere illorum qui charissimi videan-
 tur, odiis sæpe latentibus, sæpe etiam manife-
 stis multa insit amaritudo, sola amicitia oditis
 vacat, nemo vnquā non dicā occidit aut per-
 didit

didit amicū sed ne læsit quidē volens. Quā-
obrem si amicū verū qualem prædicas inue-
nisti, magnas te diuitias inuenisse credito, il-
lud vide, ne vt magna pars hominū rebus de-
dita vilibus nobiliūq; contēptrix & agris aut
mercibus quā amicitiiis ac virtutibus colē-
dis intentior, quod optimum nactus es negli-
gas. Si tantā curā impenditis custodiæ auri &
argēti atq; orientaliū lapillorū, quæ sunt ter-
ræ fæces & pelagi purgamenta, quanta dili-
gētia amici cultui impēdenda est rei precio-
sissimæ ac diuinæ? Ne qua vnquā re offensus,
ne quo vnquā verbo alienat' effugiat, serūq;
audias illud Ecclesiasticum, sicut qui dimittit
aue de manu sua, sic reliquisti proximū tuum
& non eum capies, nō illū sequeris, quoniam
lōgè abest. Effugit enim sicut caprea de la-
queo, quoniā vulnerata est anima eius, vtrā
eum non poteris colligare. Proinde ingēs bo-
nū habes ac suaue, operosum tamen ac diffi-
cile, quæsitū inquam operosum & custodia.
Magnus thesaurus est amicus: sed magna
seruandus cura, magno si pereat lugendus
fletu.

De diuiciarum copia. Dialog. L I I I.

G A V.

Sed abundo opibus, A. T. Iam non miros
si & amicitiiis abundare visus eras. Non.
est

est nouum neque insolitum locupletum li-
 mina vulgaribus amicitiiis & simulatis obse-
 quiiis frequentari. GAVD. Opum magna vis
 est mihi. RATIO. Anceps & onerosa fœli-
 citas, & quæ plus inuidiæ sit habitura quàm
 gaudij. GAVD. Diuitiæ exundantes sunt.
 RAT. Non statim ideo exundans quies exū-
 dānsque iucūditas. vix diuitem inuenias qui
 non sibi melius fuisse in mediocritate, vel
 honesta etiam paupertate fateatur. GAVD.
 Multæ mihi accreuerè diuitiæ. RAT. Secu-
 ritas, gaudium, tranquillitas decreuere, quæ
 si cum illis crescerent, non amari tantum di-
 uitias paterer, sed hortarer. GAV. Opes mul-
 tas habeo. RAT. Habes rem quæritu diffici-
 lem, custoditu anxiam, amissu flebilem. GAV.
 Magnæ mihi diuitiæ sunt. RAT. Sparsæ si
 fuerint decreſcent, seruatz non te diuitem,
 sed occupatum, non dominum facient, sed
 custodem. GAV. Diuitias habeo ingentes.
 RAT. Vide ne potius habere, hoc est ne non
 diuitiæ tuæ sint, sed tu illarū, neque illæ tibi
 seruiant, sed tu ipsis. Nam si nescis, plures
 multi sunt qui habentur quàm qui habent,
 multoque crebriores, quos propheticus ser-
 mo notat, viri diuitiarum quàm diuitiæ vi-
 gorum, sic vos vestra cupiditas vilitasq; ani-
 mi de dominis seruos facit. Vſus quidem pe-
 cuniæ notus est, vt naturæ necessaria compa-
 ren

rentur, pauca simul & exigua longeq; facilia, quicquid excesserit grane est, nec iam diuitiar, sed vincula, sed compedes, nec iam corporis ornamenta, sed impedimenta animi & sollicitudinum atque formidinum acerui. GAV. Diuitiis plenus sum. RAT. Caue ne te rumpant: omnis enim plenitudo quærit exitum. Multis mortem attulere diuitiar, requiẽ ferẽ omnibus abstulere. GAV. Opes habeo immensas. RAT. Bonis moribus rem aduersam. Nimiẽ opes nõ modo singulorum hominum, sed populi Romani corruerunt mores, miramque illam & eximiam fregere virtutem, qui tamdiu clarus & tamdiu iustus atque integer, quandiu pauper fuit. In egestate victor gentium, & quod est gloriosius, victor sui domitorque vitiorum à diuitiis victus est atque pessundatus. nota loquor, quid nunc tibi de diuitiis sit sperandum vides. GAVD. Diuitiis affluo. RAT. Quantum malle virtutibus abundares. GAV. In diuitiis requiesco. RAT. Consopiti estis in vepribus miseri. Grauis sopor qui non sentit aculeos. Venit ecce quæ vos excitet, & exponat luce clarius id quod scriptum est, Dormierunt somnum suum & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

o s

De

G A V.

Aurifodinam inueni. R A T. Hæc spes op
 multis inopiæ, nōnullis exitij causa fu
 dum neglectis omnibus aliis curis huic v
 deditis & laboris plurimum & lucri modic
 res habuit, dum ad hanc auri cupidinē, cælo
 sole derelicto in tenebris æuū agere didi
 cerunt, cæco & noxio ante tēpus vapore ce
 sumpti. G A V D. Aurifodinam casus obruli
 R A T. Vt auersus à contemplatione cælesti
 terrestribus inhies, neque tātūmodo hun
 accliuus, sed sub terra inersus infœlici⁹ viua
 & breuius. G A V D. Aurifodinam ingredior
 R A T. Nero Cæsar suprema illa sua nocte ter
 ribili & misera, sed sibi debita, vt quoddā sp
 cus ingrediens ignominiosam mortem & l
 dibria populi persequentis auaderet, à sui
 admonitus negauit viuum sub terram se itu
 rum: tu nullo metu impellente, sed auarici
 rapiēte viuus is sub terram, neque ex hinc ab
 mum cæli lumen retinet, illuxē atræ telluri
 horror excludit. Quid mirum si per omne
 terras quæredæ diuitiæ homines fatigantur
 quando & sub terra quæsitæ & effosæ rarta
 reos exagitant manes? Vtque ait Naso: itum
 est in viscera terræ: Quasque recondiderat
 Stygiisque admoüerat vmbriis: Effodiuntur
 opes irritamenta malorum. G A V. Aurifo
 dinam

dinam inueni. R A T. Vetus est verbum: sæpe vnus leporem mouet, alter capit. Inuenisti prædam quam plurimi concupiscant; vnus rapiat, & tu ille forsitan vnus non sis. Circum optabilia fit concursus, & periculum est inuenisse vnum, quod cupiant multi, nullus parti-ri velit. Hæc est causa cur cùm Italia, vt ait Plinius, metallorū omnium fertilitate nullis cedat terris, interdictum id vetere consulto patrum atque occultatum est vt Italiæ parceretur. G A V. Aurifodinem terram fodio. R A T. Labor certus, euentus ambiguus. Quid si multum fodias, nihil inuenias? Quid si multum inuenias, sed non tibi? Quid si tibi inuenisse peius sit, & nihil inuenisse erat melius? Humano sæpe gaudio mœror est proximus. G A V D I V M. In aurifodinam descendi. R A T I O. Inter homines quæri solet quod inuentum mergat in tartara: tu apud tartarum quæris quod te tollat ad superos? G A V. Aurifodinam reperi. R A T. Pronum iter ad inferos inuenisti.

De inuentione thesauri. Dialogus LV.

G A V.

Thesaurum reperi. R A T I O. Caue dolos & insidias fortunæ. Hamis esca præ-tenditur, viscus & laquei blandum ali-quid

quid præ se ferunt. GAV. Thesaurum inveni.
 RAT. Multis thesaurus mors fuit : ut nullum
 corpori periculum sit , discrimen est ingens
 animæ. Non fariant opes desiderium , immo
 nec mitigant , sed accendunt , humana cupidi-
 tas successibus inardescit , & crescente auro
 crescit auri sitis & quærendi studium , minui-
 tûrque virtus quæ vna mors animæ est. GAV.
 Thesaurum mihi fors obtulit. RAT. Ponderus
 infestum contrariûmque modestiæ. Nil sibi
 non arrogat quem repeas fortuna beauerit.
 GAV. Inscius in thesaurum incidi. RAT. Tu-
 tius forsan in colubrû incidisses. Cùm enim
 diuitiæ , auri & argenti virtutum inopiam af-
 ferre soleât , idq; sit omnibus proprium , tum
 præcipuè repentinis , quòd aliæ si sensim no-
 cent , dum & verò aliquid detrahunt indies ,
 & opinionibus falsis robur adiiciunt , hæ su-
 bitum pariunt stuporem , improvísoque im-
 petu mentem turbant. GAV. Thesaurum in-
 ventum domi abdidi. RAT. Quod in hac tua
 læticia summum est , invenisti gravem & inu-
 tilem terræ fæcem , pudeat cœlestis naturæ
 animum his attolli. GAVDIVM. Thesau-
 rus insperatus obtigit repente. RATIO. Hunc
 mansurum credis & repente desinet : quæ-
 cunque ferè citò crescunt citò occidunt. Su-
 bitæ opes quasi fœlicitas somniantis.

De

G A V.

Pecuniam in tuto fœnore posui. R A T. Est & qui bene inuentis malè vitur, & qui malè inuentis peius & pessimè: tu pecuniam inuenisti non ut dives fieres, sed ut malus, non tam malus, ut auguror, futurus, ni pecuniam inuenisses. Sunt enim qui successibus nequiores fiunt, non Dei munus agnoscen-tes, neque illi saltem similes, de quo scriptū est: confitebitur tibi cum benefeceris ei, sed apertam sibi coelitus nequitiz semitam exti-mantes. Inuenisti ergo pecuniam qua dede-cus mercareris, & exanime metallum animæ tuæ sarcinam faceres infelix. G A V D. Fœnus bene posui. R A T. Malum non bene poni di-xeris sed deponi. Si quidem malum pondus excusseris bene erit, alioquin ubicunque po-sueris, dum ad te pertineat, malum esse non desinet. G A V. Fœnus optimum bene collo-caui. R A T. Quomodo bene collecetur ma-lum, videris. Sanè quanto opimius malum, tanto & peius. Notum illud Davidicū: Pro-diit quasi ex adipe iniquitas eorum. Quanto ergo ditior fœnerator, tanto & nequior, tan-to maior avaritia, maior impietas. G A V D. Fœnori studeo. R A. An nulla artium erat cui melius studeres? An erant multæ, sed huic apti⁹ erat ingeniū? An quid rei est ut huic vni
ex mul

studio animum applicares, quo nescio an aliud vsquam foedius inuenire potueris aut vilius, aut tam miseri prorsus & deiecti animi tamque inertis indicium? Tot vndique patent artes, tot viuendi viae, pessimam omnium elegisti, quod quietior visa est, sedere scilicet & numerare dies ac velocissimi finem mensis expectare, non intelligens tibi quoque horas diosque & menses & annos currere, & vt nensis tuis, sic & tibi terminum instare, sicut inquam illis vt tibi, sic tibi vt naturæ debitum soluas turpiter parua deficiens & incertus. Extorques ergo à pauperibus quo ignotos diues, & futuri semper metuens iudicii, & obscœnæ interim non dominus sed custos pauidus rapinæ, fame pressus & infamia. Mirarer in urbibus politis huic flagitio locum esse, nisi efferret reliquis. Itaque cum paulò ante hoc tempus foeneratores vt leprosi à consortio hominum segregati agerent, nec tantum ad eos nullus accederet nisi egenus, sed etiam vt malè olentes atque contagiosi ab obuiis vitarentur, nunc iam non modò cum populo, sed cum principibus conuersantur & matrimonia contrahunt & dignitates adipiscuntur. Tanta est vis auri, immo quidem quod pro monstro audias, ipsi, quos Deus omnipotens malè perdat, principes foenerantur, tam leuis anuntæ famæque iactura,

tam

tam suavis vadeunque quæsitæ pecuniæ odor est. GAVD. Fœnerari iuvat. RATIO. Turpis delectatio & misera. GAVD. Fœnerari solitus sum. RAT. Si Catoni credamus, hominem occidisti. GAV. Fœnerator sum, artificium aliud non didici. RAT. Hic auariciæ clypeus, hæc causa prætextitur, quod si discere volenti quoque difficile est, quid discat inuitus? GAVDIVM. Semper fœnerabor. RATIO. Semper igitur miser eris, semper cupidus, semper inops.

De agrofertili & excolto. Dial. LVII.

GAV.

Fertilis ager est mihi. RAT. Vim foreundatoris intellige, donisque caelestibus sic vtere ne displiceas largienti, quod ita demum ritè facies, si & sobrietatem & modestiâ fertilitas non excludet, & vbertas, in partem egeni veniet atque amici: nil soli dulce, nil sapidum. GAV. Agrum fertilem exquisitissimè colo. RAT. Non homo terræ, sed terra homini servire debuerat, hominum culpis effectum est, ne terra possessori suo sine labore respondeat: inculta messom horridam, lappas & tribulos paritura: hanc ferro sollicitare mirisque blanditis mollire, mortalis cogit indigétia. Hinc agriculturæ fluxit initiû sanctissimæ & innocentissimæ quondam vitæ, nunc

ex

ex multis & prisco labori & nouis vitiis obnoxia, postquā nihil inuidiæ atque auariciæ inaccessum, rusticas etiam casas urbana piacula peruasere. Certè vltimos hominum rusticos malos fuisse conuenit: vnde illud poëticum: extrema per illos iusticia excedēs terris vestigia fecit. Sed verendum ne qui mali fuerant nouissimi, primi sint, vt si vnquā fortè esset ad virtutem reditus & ad priscos mores, in hoc quoque sint vltimi. Nūc ad ipsam agriculturæ artem redeo, quæ magnis olim tractata viris atque ingeniis in precio fuit: in qua vt multis in rebus altum locū Cato Censorius tenet, de quo cū verissimè scriptum sit: optimus Senator, optimus Orator, optimus Imperator, tandem laudis ad cumulum illud est additum, sine æmulo, siue sine exemplo sui tēporis agricola. Quem puderet igitur cum Catone terram colere? Quis omnino sibi turpe aliquid duceret, quod pulchrum ille sibi duxisset, qui præter corporis atque animi virtutes, rerumque gestarum gloriam etiam de Hispania triumphasset? Quis sollicitare atque hortari boues erubesceret, quos in sulcum vrgeret illa vox, quæ tot magnos exercitus in prælium accendisset, tot ancipites causas disertissimè perorasset? Quis rastrum atque aratrum fastidiret, quod illa triumphalis ac philosophica manus attingeret

ret, quæ insignes de tot hostibus victorias peperisset, tot de rebus optimis præclaros libros scripsisset, siue ad philosophiam, siue ad historiã, siue ad vsum vitæ spectantibus, quales sunt quos de hoc ipso quod nunc loquimur scripsit. Primus equidem apud vos colendi arui præcepta collegit in formam artis, ac redegit in literas; secutusque illum multi alij, quorum quidam humile illud ac depressum artificium nobilissimis atque altissimis versibus extulerunt, quos nunc memorans nec humanæ immemor necessitatis agriculturam certè non improbo. Nunquam tamen aut scriptorum claritas, aut inopiæ metus coget, vt liberalibus & honestis artibus præferendam censeam nec æquandam quidem, quanuis enim eosdem duces simul illustres & agricolas primū illud imperij tempus habuerit, mutata iam spacio res est. Neque vt fragilior nūc natura est, ad res tam varias ingenia vestra sufficiunt. Hac ætate igitur excellentibus viris agriculturæ operam dare, non pro arte vel negocio, sed pro ocio & curarū alternatione permiserim, vtq; interdum teneros ramos pubescētibus gemmis inferre, luxuriantia folia curua falce compescere, lasciuos palmites prolis in spem scrobibus cauis infodere, sitientibus pratis querulos riuos prono calle diuertere; illos sinam sic

P

fode

fodere pertinaciter atque arare, totóque :
 mo incumbere terris nisi necessitas cogit
 indecorum atque indecens docto fortis
 viro arbitror, cui nobilioris exercitij de
 materia vix possit. Natura parés optima, d
 multas mortalibus artes daret, ipsa etiam
 stinxit ingenia, vt cui quisque erit apt
 mus, illi insístat. Videbis aliquem qui mec
 cri ingenio tam solerter aut arua sulcet
 maria, vt hac in re cuiusuis acumen philo
 phi nulla sibi conferri possit industria: f
 tum & inglorium fuerit cum alio, nō in
 sed illius arte cōtendere, vbi toto maior v
 tice minor appareas, & victor in maxim
 multis ac paruis in rebus facílè vinci que
 G A V. Ager hac mihi æstare præfertilis f
 R A T. Proximam operire, præsens sæpe i
 tilitas venturæ sterilitatis arra est. Rara e
 dem sine intermissione prosperitas. G A. D
 genter agrū colui. R. Bene, si nil melius qu
 faceres fuit. G A V. Colui vineam exquis
 R A T. Lætam cum illa fortè vindemiam
 Etus, an & cum pruina aut etiam cum gr
 dine pepigisti? G A V. Solito largius aru
 seui. R A T. Plures pasces grues rure, plu
 domi mures, volucrum hospes ac vermiu
 lolij excussor, areæ compactor, horrei arc
 tectus, metentium seruus ac terentium. G.
 Seui agrum largiter. R A T I O. Esto in
 bo

bona, metes quod sevisisti triticum atque sollicitudinem, nisi illud est verius quod triticum plurimorum, sed anxietas tua est, & vt propriè dixerim, ager ipse est animus, cultus intentio, semen cura, messis labor hanc vberimam percipies. G A V. Rus optimè colui. R A T. Dicam quod mireris. Illi ipsi antiqui agricolæ, viri fortes, quibus gloriæ fuit agricultura, colendum bene censuerunt, sed non optimè: incredibile primo forsan auditu, at experientia comprobatione verissimum, vix enim fertilitas sumptum æquat, estque apud ipsos veteres, hominis atque agri comparatio non inepta: vt vterque si sumptuosus fuerit, quamvis & quæstuosus, reliqui nihil aut modicum sit, neutrum magni igitur existimandum. G A V. Summo studio terram colo. R A. Tete mallem coleres, sed terrestre animal terram amas, nec multum cum tu illam quam nunc percolis, impinguabis. Cole agrorum atque arborum quatum vis, neque multos terræ pedes ad vltimum occupabis, neque vt ait Flaccus: harum quas colis arborum te præter inuisas cupressos vlla breuem dominum sequetur.

De viridarijs. Dialogus LVIII.

G A V.

A Mœna mihi sunt viridaria. R A T I O. Habent hæc interdum fateor honestæ

P 2

ali

aliquid voluptatis : nonnūquam etiam inhoneſta. Equè igitur ſtudioſos ac voluptuoſos videas vmbroſis ſeceſſibus delectari: nam & ingenium locus excitat & ad poenitentiam quosdam, alios ad incōtinentiā & laſciuiam exhortatur; Nec de nihilo eſt quòd ſummuſ orator dum in feſto reo adulteriū obiiiceret amœna in quibus id commiſſum eſſet loci: deſcripſit: quaſi ad flagitium ſtimulos: non locis ergo ſed animo gaudendum eſt, ſi tali obſtigit qui bene locis omnibus vti norit. GA Secretis viretis affluo, RA. Secretum Tiberi viretum, & ſeceſſum Capræ quīs ignorat Pudet pigetq; exequi quæ itidem omnibus nota ſunt. Ille ſenex hircinus loca ipſa ſepoſita, quibus probriſ infecerit? Quanto autem glorioſius arido in rure exul Scipio Africanus vixerat, quam ſuis in voluptatibus princeps ille Romanus? Repeto igitur, non in locis, neque vllis præter animum in rebus habitat omnis veſtra ſœlicitas. Vnde & qui ſolitariam vitam reſcſſuſque abditos laudarunt ſic intelligi voluerunt, ſi his animus vti ſcire & non aliter. Proinde quem tu de viretis tui fructum colligeſ expectandum erit, at tunc demum quid pronunciem videto: nam ſi locis tantum gloriariſ, quæ tua nudiuſtertium non erant & tua forſitan cras non erunt, ac ſi tunc conſideres, tua etiam nunc non ſunt aliena

alieno proculdubio gloriaris. Quis hic gloriæ tuæ locus? Quid ad te si gelidæ per æstatem alpes, si olympus nubibus altior, si ramosus ac frondifer Apenninus? Quid si lucidus Ticinus, si amœnus Athesis, si sonorus Sorga? Hæ si laudes sunt, certè non sunt hominum, sed locorum, tuum sit, expedit quo lauderis. G A V. Decoris spatior viretis. R A T. Refert quænam curæ interim tuo in pectore spaciètur. nam quid iuvat arcula in eburnea vnguenta olida cōdidisse? Quid pulchris in locis turpem animum? Quot in rupibus horridis sanctissimi floruerunt viri? Quot in pratis virètib; turpes adulteri marcuerunt? Adde quòd non animis solùm, sed corporib; vitæq; hominum interdum loca huiusmodi nocuisse compertum est, non tantùm haustu aëris immodico, sed ferro etiam occultoque impetu. Quis non legit apud Curtium, amœnissimos nemorum recessus & vireta illa Medorum manu confita, regum ac satraparum curam & præcipuam, vt perhibent, voluptatem? Atqui in illis iussu ebrij ac vesani regis adolescentis, interfectus est Parmenio clarus senex, & ni fallor, Macedonum primus ducum. Quis non novit Caietam litoris flexam illum quo nullus sub cœlo pulchrior, nullus amœnior, illic iussu temulentis & crudelis Antonij occisus est Cicero? Et

P 3

poteras

poterat vtcunque tanto viro locus conuenire, vt postquam scilicet Romæ mori fato vetitum erat, florido in rure moreretur florentissimus oratorū virque optimus, sed & modus & auctor mortis prorsus indignus fuit. Spaciabatur illis fortè tunc in locis Cicero urbanas fugiens procellas, & vel ad philosophiam vitæq; cultum suo more noui aliquid cogitabat, vel rempublicam miseratus de statu patriæ cōceptum dolorem animi, oculorum oblectatione leniebat, quando ab illo omnis hoste virtutis immissi carnifices talem virum abstulerunt mundo, qualem, vt auguror, sæcula nulla restituent. Sic est igitur, loca delectabilia sæpe insidiis opportuna sunt, dum licentius ibi laxiùsque degitur, auersisq; magis sensibus à circumspectione periculi. Nam & laqueo densis in syluis feræ, & visco volucres facilius in ramis viridibus capiuntur. G A V. Lætus in viridariis & curarum vacuus dego. R A. Lætitia curarūque vacuitas cantioni semper aduersa est. Dum sua nempe quisque pericula, dum cōmunem humani generis statum omnes acriter cogitant, vix aut lætus valde aut curarum vacuus quisquam viuet, neq; locorum species, neque opum spes obliuionem attulerit impendentium malorum. G A V. Libenter in viridariis meis verfor. R A. Non Hercle libentius quàm apri

apri & vrsi. Non refert autem vbi fis, sed quid ibi agas. Nunquam te locus nobilitauerit, sed tu locum, neque id aliter quàm præclarum ibi & insigne aliquid moliendo.

De gregibus & armentis. Dialog. L I X.

G A V.

GAudeo gregibus & armentis. R A. Brutum gaudium. G A V. Armentis ac gregibus abundo. R A. Beluina prosperitas quam beluz peperere. G A V. Amo greges & armenta. R A. In omni amore amantis & amati similitudo suspecta est. G A V. Armenta gregesque amo. R A T. Amatis omnia, nisi vos inuicem ac virtutem, quæ imprimis erant amanda negligitis, & quæ negligenda diligitis. G A V. Amo armenta gregesque. R A. O miserum vilius amatores, osoreſq; nobilium! amatis quæ nec se amari sentiunt, nec amantibus vicem reddunt. Cùm interea nec vos vicem reddatis amantibus, totumque hoc malum facit auaricia, vt non modò seruum ingenuo, sed pecus homini præferendum existimetis. G A V. Armentorum gregumque ingens copia est. R A T. Si per te ipsum illos parueris, quid nisi occupatissimus pastor eris? Officium vile, laudatum licet à multis, antequam à Cavallo Veronensi. Sin per alios non

tu pastor, sed pastorum seruus, pastorumque
dolus expositus. Nunc vicinus obfuerit, nunc
precipitiū, nunc morbus, nunc abactor, quo-
tidie demum aliquid fingendum, vnde da-
mnum tibi dolorque & illusio: magna verò
pars mali fuerit illusor rudis. GAV. Armentis
ac gregibus diues sum. RAT. Laudatæ diui-
tiæ, sed incertæ & casibus multis obnoxiaæ,
fraudibus, rapinis, pestibus, quæ tam crebræ
tàmque validæ sunt vt sæpe totos greges to-
tâque lacerent armëta: nota pestis, quam Lu-
cretius, quàmque illum sequens Maro de-
scripsit. Et quam multas putas famosas minus
scriptorum penuria, sed damnosas æquæ? GAV.
Diues sum gregibus & armentis. RAT. Vagæ
patentisque diuitiæ, quæ non dicam, arcula
vt aurum, vt gemmæ, sed ne domo licet am-
plissima claudi possent, iam nec à seruis, nec
à furibus, nec à feris atrocioribus tutus es,
omnibus in tuas diuitias datum ius. GAV.
Gregibus & armentis gaudeo. RAT. Gaudes
semel, doliturus milles: nullus dies sine ru-
moribus morstus ibit, nunc irruerint Sabæi
tulerintque omnia, nec non pueros gladio
percusseriat, vt pecoroso illi quondam nun-
ciatum seni est: nunc bos cornu fregerit,
nunc crux equus, nunc vagantem lupus a-
gnum, nunc infectum gregem mors intase-
rit. Non sat miseri vestris malis & mortalita-
te pro

se propria vili estis, nisi mortes quoque brutorum animalium lugeretis.

De elephantibus & camelis, Dialogus LX.

GAV.

SVNT mihi elephantēs. R. A. Cui quæso vsui, pacis ne an belli? His duo illi notissimi hostes Italiæ Pyrrhus & Hannibal quibus Romanas dum turbare acies sperāt, suas turbare, animal graue prorsus & enorme, quodque, vt ex historiis nosti, sæpe suis exitio fuit: aspectu mirum & mole & specie & odore & stridore terribile, effectu autem inutile, procuratione difficile. GAV. Est mihi ingens elephas. R. A. Fuerunt olim in Italia elephantēs, non venatu quæsitī illi quidem, sed ab hostibus capti & in triumpho ducti, quique prima fronte terruerant, equos Italos victores in Capitolium secuti, erepti antè Pyrrho: Carthaginensibus verò non erepti tantum, sed etiam interdicti. Sic enim in conditionibus pacis, quam victi petierant, nominatim cautum, vt & quos haberent domitos traderent & alios non domarent, ita sensim obsoleuit vsus elephantum, nō solum in Italia vbi longè aduenæ vsque aduecti erāt, sed in Africa etiam & Ægypto, quæ illorum sunt viciniore originī. Itaque & in Italia auorum memoria vnicū Frederico Romanorum

P S

prim

principi fuisse, & nunc Ægyptio tyranno non nisi vnicum esse fama est: vtrumque verò ad spectaculum potius quam ad vsum: sic in India atque Æthiopia exterarum tædio gentium liberati, sylvas patrias incolunt elephantes. Tu quis es, qui elephante gloriari videris? Alter ne Hannibal, qui vno vectus elephante vnoque fretus oculo Italiam fatigauit? Ego hanc beluam & si humani æmulam intellectus ab auctoribus proditam & moribus miris insignem habendo tamen inutilem & ineptam, & regie potius luxuriæ quàm priuatæ fortunæ habilem dico, quæ domum impleat, horreum exhauriat. GAV. At camelos habeo. RAT. Vna est penè ratio vtrorumque, nisi quòd elephas turribus, camelus sarcinis ferendis idoneus, còq; vtilior aptiorque, si consilium petis, vtere beluis, quas his vbi vitam agis mundi partibus genuit natura parens prudentissima, quæ & beluas & alia suis quæque climatibus aptiora distribuit. SAV. Camelum habeo. RAT. Tria milia habuit & amisit Iob, & morbi & raptores & infecta pascua & ruinæ & mille casus vestra vndique armenta circumfident: campi & colles & mœnia perduntur assidue, quid his facias quæ non stant? Bona vestra ferè omnia in perpetuo motu sunt, & quam infra virtute animi deberetis famam quæ

quætere, peregrinorum animantium nouitate sectamini.

De simis & ludicris animalibus. Dialog. LXI.

G A V.

Simia delectabilis est mihi. R. Fœdum animal aspectu, triste animal effectu, de quo quid aliud quàm tædium speres? Quicquid domi reperit aut corrumpet aut sparget: si his atque huiusmodi delectaris, vtrique delectabilis simia tua est. Monstruosam beluam vocat Cicero, nec minus aliquid mirum dicit quàm vnam sororium euertisse, idque pro ostento Græcorum in historiis scriptum esse iure optimo doctissimus vir irridet, cum verè mirum potius videri debeat, si non omnia veritat ac dissipet. G A V D. Ludicris animalibus abundo. R. Turpe simul & ludicrum esse aliquid non potest. Quis enim in turpitudine ludus est? Quinimo ab omni quod oculos aurésque & nares & animum afficiat fugiendū est, corrupti gustus est amara diligere. Sed hic vester est mos turpibus delectari, neque verò turpia & inepta tantū animalia, sed quo nihil est fœdus: obscœnos etiam homines linguaque & moribus odiosos in delitiis habetis: & ad summam, quanto quisque deformius, tanto vobis acceptius chariusque, hæc in rebus omnibus vniformis est

236 F. PETRARC. DE REMEDIIS
est regula : hic amor , hæc indoles , hoc
dium , hæc vestri iudicii laus est.

De pavonibus, pullis, gallinis, apibus & colubis
Dialogus. LXII.

G A V.

PAuonibus affluo. R A. Ex illorum ca-
Argi oculos reperisse consilium fu-
ne pedibus noceat notissima regularum
stis. G A V. Pauones multos habeo. R A T
visu pulchram non inficior atque amo-
sed hæc voluptas oculorum multo au-
tædio pensanda est, quibus contra illum
tareæ vocis horrorem vel fugæ vel Vly-
pici auxilio opus sit, vel fideam omni p-
tædio vicinorum odium ac lamenta. Vo-
rò dum imperiosè, & nihil intentatum re-
quenti gulæ parcatis , nec aliena nec ve-
incommoda cogitatis, obliti hanc viris
fortissimis sollicitudinem non fuisse, quæ
intacti pisces & feræ & volucres tutæ er-
& præter pēnas nil in pauone placeat, vt
so ait. Neq; nunc sanè quid in hac aue ta-
pere placeat inuenio præter nobilitatē
nium, quæ non putrescere dicuntur, long-
etiam in tempus si seruentur, quod & tib-
cium experiri, & expertum se asserit Au-
stin. Ita vestram famem nisi adsit ambitio
cibus satiat nec voluptas. Pauonē certè

gr

gratia Romæ primus occidisse fertur Hor-
 tensius orator, vir eloquio clarus, moribus
 delicatus & mollis ut fœmina: sed qui morū
 plurimos, eloquij autem raros habet imita-
 tores. G A V. Pullos nutrio. R A T. Impedimen-
 tum domui, escam vulpibus, aræ suffocato-
 res, quorum ungulis & puluereum solū sem-
 per & nunquam superficies æqua sit. G A V D.
 Gallinarum magnus est numerus. R A T. Ut
 cessent tædia penè par fructus & impensa
 erit, magno precio longisq; clangoribus exi-
 guum ouum constat. G A V. Sed abundo api-
 bus. R A. Non mortalis modò, sed volatilis &
 fugitiua fœlicitas tua est. G A V. Aluearia mul-
 ta sunt mihi, R A T. Non minus in quolibet
 quàm vel in magna vrbe negotij vel in ca-
 stris strepitus est. Nunc examina fugiēt, nunc
 pugnabunt reges, nunc tinnitu aris, nunc ia-
 ctu pulueris res egebit, ut salua sit, Sæpe om-
 nia expertus nil profeceris, qui cū ditior
 esse credideris, nudus sis, proinde si seruandi
 studium cū melle contuleris, mel amarū vo-
 ces. G A V. Sed colūbis affluo. R A. Atqui apum
 in thalamis siletur per noctē, ut Virgilius ait:
 in columbario autem nunquam, vix est ani-
 mal inquietius columbo. G A V. Plena mihi
 sunt columbaria. R A. Sunt qui litigent & qui
 gemant, qui diebus domum fœdēt, noctibus
 somnum frangentem magni gaudij materia.

D.

Piscinas mihi extruxisse gaudeo. **RAT.** Non puto feliciter extruxeris quam Salomon. Cum te ergo conuerteris ad vniuersa opera quæ fecerint manus tuæ & ad labores in quibus frustra sudaueris, videbis in omnibus vanitatem & afflictionem animi, ut vnde gauisus fueris fortasse doleas, iacturam existimans & temporis & impensæ. **GAV.** Feci mihi piscinas. **RAT.** Nō satis est gulæ omnes terras lustrare, aquæ etiam tentantur, & in regno suo piscibus carcer erigitur. **GAV.** Piscinas impleui. **RAT.** Libertatem piscibus abstulisti ac naturæ domū quosq; illa sanos fecerat, ægrotare docuisti. **GAVD.** Coegi aquas in piscinam. **RAT.** Vim aquis intulisse in Iulio Cæsare tanto illo quidē viro notarū & superbiz datū vides: quid in te igitur speres? **GAV.** Pisces in viuario conclusi. **RA.** Penatas volucres vinculis & imperio coercetis, quid mirum si pigris quoq; piscibus imperatis? Omnia prorsus in vestra potestate & vestris subiecta sunt pedibus, laboriosi & cupidi mortales, præter vnum animum quem regere & frenare vel non potestis, vel quod est verius, non curatis. Itaq; vagus & indomitus ille vos agitat, & in omne vanitarum genus ac scelerum impellit, qui si vobis, im-

mo si

mo si rationi subditus atque obediens esset, ad meliorem finem rectiori calle vos duceret, præstarétque vt multa quæ cupitis sperneretis. GAV. Pisces inclusos in piscinis habeo. RAT. Cùm omnia subdita sint vobis, vide quam decorum sit esse vos subditos voluptati, rei omnium vilissimæ, rerum nobilissimos omnium, quæ sub cælo sunt. Sed sic est, omnibus imperare vultis, vt libidini seruiatis. Neq; verò nouus hic error nec plebeius, sed antiquus & illustrium. Piscinas ac viuaria ostrearum primus instituit Sergius Orata Baiano in litore. Sub idem tempus reliquorum pisciũ viuaria incepit Licinius Murena, vterq; cognomen seu illud agnomé à pisce sortitus. En præclaræ agnominum causæ, quòd ille scilicet oratam appetiit, hic murenam. En qui Africani & Macedonici titulos mereantur, & forsitan nō curarum minus hi suis in piscibus capiendis & condiendis inq; suis viuariis extruendis susceperāt, quā Scipio & Paulus in liberanda atq; ornanda patria suisq; victoriis ac triũphis. Ita penitus verum sit, quod quidam dicunt, quātitate curas hominum pene pares, qualitate verò longè impares. Atq; vt mala semper exēpla imitatorum turbis affluunt, secuti sunt Licinium hūc nobiles viri Philippus, Hortensius ac Lucullus vir alioquin memorabilis, qui

viuatio

viuario simplici non contentus illic prope Neapolim montem scindi fecit: non minori sumptu quàm quo sibi villam erexerat, requiẽ captis piscibus meditatus, fluctu æquoreo scissæ rupis claustris, instar tràquilli portus immisso. Quamobrẽ magnus Pompeius, vt qui non viuaria, sed imperia cogitaret, haud illepidè hunc Lucullum Xerxentogarum, hoc est montium effossorem nuncupabat. Quid de aliis? Murænarum viuaria primus fecit Curus quidam, nescio quis: nam cum omnibus murænis suis adhuc malè nescitur, quarum illi copia tanta fuit, vt earum sex millibus triumphalem cœnam Iulij Cæsaris adornaret. Vt hic quoq; suos imitatores habuit, nominatim Hortensium oratorem, de quo supra diximus, virum qui nūquam molli defuit exemplo: ita vestræ literæ sæpe nihil detrahunt insanix; nonnunquam verò, quod mireris, adiiciunt, dum licere sibi omnia existimant qui literas didicerunt, & multa sibi atrogant, quæ sine literis nō auderent. Et hic ergo viuarium habuisse dicitur Baianni tractus in littore, ibique inter cæteros pisces sic murænā vnam dilexisse, vt extinctā luxerit. En amor egregius, en docto grauiq; viro dignus fletus, qui nec sui temporis bella domestica, neq; proscriptiones ac ciuium mortes fleuisse legitur, nec Cānensem,

fi

si suum in tempus incidisset fleturus fuerit ruinam, muræne obitum fleuit? Tanta hæc leuitas facit, vt iuniori venia debeat. Antonie ætas ac sexus excusabiliorem reddit ineptiam, quæ murænam suam, tamen non defunctam genuisse, sed viuentem aureis inauribus coluisse traditur, sic vt Baulos, id erat villæ nomen, ipsis Baianis in sinibus multos spectaculi nouitate contraheret. Fuerunt & viuaria cochlearum, & aliæ piscium vanitates, atque imprimis lupus Tyberius inter duos præcipue pontes captus. Sed satis multa de alienis erroribus: tu quo plures his implicitos vides: eo diligentius caue ne similibus impliceris, neq; tibi nunc vsum piscium, sed nimis magnâ curam rerum ignobilium interdico.

De auariis anibûsque loquacibus & canordi.

Dialogus LXIII.

GAV.

AVes varias in auario conclusi. R. A. Iam piscium minus mirer ergastula, Sunt & volucrû quibus latior ac liberior patria cœlum erat: inuenit gula venationem, inuenit piscationem, inuenit aucupium, nec cepisse satis est, quas liberas natura creauerat, nisi etiam asseruentur. At quanto erat honestius gulam cogere parabilibus atque facilibus

q conten

contentari, & sylvas feris, maria piscibus, aëremque volucris linquere, quam in his tantum studij ponere, quantum si captandis in virtutibus poneretur: illas pridem (nā minime sunt fugaces) optimo studio quasitas intra animi habitū clausissetis, vnde nec effugere possent nec auferri. G A V D. Auibus auarium impleui. R A T. Rem nequaquam necessariam, & quasitu nec minus custodia difficilem, peruetustam tamen, cuius ante mille quadringentos annos Romæ auctor fuit Lelius quidam cognomento Strabo, vir equester, non ille quidem Lelius sapiens habitus, qui si auaria reperisset, nomen sapientiae perdidisset. Quædam sunt inuentu, vt videntur vtilia ac iucunda, quæ tamen ingenia alta dedeçant, qui piscinas, qui auaria inuenerūt, quid aliud quam gulæ studium habuerunt, quod virtutis cultoribus alienum est? G A V. Inclusi pingues turdos & turtures. R A T. Sed non tardos tortores, tot illecebris irritata gula: supplicia exigit stomachi laborantis. An non Satyricum illud audisti? Poena tamē præsens cum tu deponis amictus, Turgidus & cradum pauonem in balnea portas. De pauone loquitur. Formosa etenim & famosa est avis: sed non sola quæ præcipitem gulam plectat. Gulæ quidem oblectatio: gustus brevis: ipse quoq; mox in nauscam versurus:

furus: ni coerceas: Poena autem longa, crudi-
 tas indigestibilis morbi: sæpe etiam & mors.
 I nūc turdis pinguibus ac turturibus gloria-
 re. G A V. Habeo loquaces cornos ac piceas &
 psitacos. R A T. Lætatus his Augustus Cæsar
 eos magnis emit precijs, qui victorem ac
 triumphatorem Cæsarem salutarent. Cūmq;
 subinde alij atq; alij ingererentur: satis se sa-
 lutatorum talium domi habere respōdit, po-
 nēs illi metā vanitati: nisi cornus ipse nouis-
 simus ioco illo mirabili pluris se quā cæte-
 ros rodimi coëgisset. Et hæc quidē in Satur-
 nalibus legūtur. Quid in naturali vicini no-
 stri Veronēsis historia: Cornus ille. tā docilis
 ē sutrina vbi impensē alebatur, in publicum
 euolare solitus, & Tiberium Cæsarem, Dru-
 sūmq; & Germanicum nominatim, totū de-
 niq; Romanum populum salutare, tanta ple-
 bis gratia, tantōq; omniū favore: vt cum cum
 vicinus, vel inuidia vel ira percitus occidif-
 set, ingenti omnium mœrore occisor ipse ex
 ea vicinia pulsus primū, deinde etiā à po-
 pulo interfectus sit. Cornus autem, operosis
 exequijs & solenni funere elatus ac traditus
 sepulture. O ineffabilis populorum semper
 infania: in illa vrbe fletum & sepultum cor-
 num, & eius interfectorem Romanum ci-
 uem morte multatum, in qua nec Africanus
 maior sepulchrū habuit, nec minor vltorem,

q. 2 quia

quia si diis placet coruus hic populum salutabat ut diximus, illi autem non salutabant sed salutem populo gloriâmq; contulerant: adeo gravior vox coruorum quàm virorum virtus illustrium. Neget nunc aliquis tutum sese populi consensisse iudicio: quanquã veris æstimatoribus non sit mirus publicus hic virorum fortium cōtemptus: cū ab his coruorum volucrūque loquaciū miratoribus & diuinæ voces & cœlestia spernantur oracula. GAV. Formosus est mihi psitacus. R A T. Solus nempe omniū torque aureo insignis, nisi Phoenix & ipse etiam avium torquatus, & præterea suæ vnica speciei. Verū psitacus salutator magnus, & præsertim principum, planè quasi adulatorem illum fecerit natura. Vnde Distichon illud innotuit, Psitacus à vobis aliorum nomina discam, Hoc didici per me dicere, Cæsar aue. G. Est mihi pica disertissima. R. Cū perrari sint homines disertī, tibi disertissima pica est? Loquax fateor & salutatrix est sedula. Vnde & illud, Pica loquax certa dominum te voce saluto: Si me non videas esse negabis aue. Certè de huius avis intentione discendiq; studio miram nescio an vera narrantur. Illud imprimis vix credibile, propositum ei verbum si oblita sit, angere illam grauitè & affligi, molestiâque animi tacita meditatione testari, si ipsum ei verbum

verbum ad memo-iam reducatur, miris modis hilarescere. At si prorsus seu verbi difficultate, seu memoriz imbecillitate vincatur, præ dolore etiam interdum mori, ut iam minus mira Homeri mors poetæ sit habenda, si tamen illa etiam vera est. Neq; verò picis omnibus hæc docilitas datur, sed his tantum, & quæ glande cibum noménq; percipiunt, & apud vos vulgò glandariæ vocitantur. Picarum species & forma insignis & ingenio. G A V D. Dulcisonā canorámq; lusciniam nactus sum. R A T. Et hanc quoque & sturnū Græci Latiniq; sermonis dociles inveniri, & turdum insuper sua ætate sermones humanos imitantem Romæ fuisse auctor est Plinius secundus, quod de sturno nuper publice notum fuit, quæ seriatim plurima verba proferentem humanis accentibus, sæpe in ipsius Plinij patria & audire tibi contigit & mirari. Nam de psittaco tam trita res est, ut mirabilis iam esse desierit. Quoties hūc audisti cibos vnum atq; alterum clara voce poscentem? Quoties nutritorem suum proprio nomine vocantem, atq; ut persuaderet multa illi gestuū ac verborū dulcedine blandientem? Quoties sic ridentem, ut astantes in risum cogeret, nec omnino alitis sed veri risus hominis crederetur? Quæ quāvis ita sint, tamē hi omnes, luscinia præsertim multo melius,

lius, mihi credite, suis in ramis canerēt, quā
 vestris in caueis, nisi quia vestra cupiditas ni-
 hil extimat, nisi quod sibi propriū fecit. Cū
 natura fecerit cuncta cōmunia, sic vltra suos
 fines atq; vltra suum nomen tendit avaritia.
 GAV. Aues innumeras congregavi. RAT. Vt
 multas siue vt omnes habeas, phoenix puto
 deerit, siue vnus, siue est nullus, siue illud in
 fidem recepimus, quod quidē tradidere an-
 no vrbis octingentesimo aūc hanc ex Arabia
 in Ægyptū euolasse, captamq; ibi & Romam
 delatā atq; in comitio, spectaculo populi ex-
 positam, supremam tandem vt credibile est
 mortē obiisse, quod vltimum falsum esse non
 dubitant, qui de primis magni dubitant au-
 ctōres. Ita cū omnes aues habueris, mira-
 bilē pulcherrimāque omniū non habebis.
 Dolens & indignās iocor. Vt quid enim sem-
 per pueri inanibus gaudiis exultatis? Vtq; ait
 Salomō, vsq; quo paruuli diligitis infantiam?
 Quin aliquando conuertimini ad correctio-
 nem meam, vt idem ait. Si quidem ipsa eadē
 sunt quæ loquor: finite: ō cæci aues in syluis
 agere, nidificare & pasci & canere & errare,
 vos inertis plumas animi ad cœlum pandite,
 atque humo vos attollite, enitimini non vo-
 lūcres captare, sed volucres fieri. Tūque his
 omissis, de quibus loqui pudet, si quid habes
 quo letari virum deceat profer.

De

G A V.

VXorem duxi nobilem. R A T. Malle tibi non tantū picas ac psitacos, sed bubones strigēsque domi esse. Illi canerēt, ista iurgabitur. Illi aliquid nunciarent, hæc peraget. Illos excludere liceret, hanc non licet. G A V. Claro coniugio ornatus sum. R A T. Speciosa vinctus es catena, vnde te sola mors liberet. G A V. Claro coniugio fœlix sum. R A T. Casto fœlicior, fœlicissim⁹ cœlibatu. G A V. Pulchro coniugio illustratus sum. R A T. Anceps vxoris electio, deformis facilè fastiditur, formosa difficilè custoditur, ea lege qua inter formam corporis atq; animi castitatem his propè perpetua est. Sed vt quod rarissimum est contingat & formæ pudicitia iuncta sit, vberius tecum agam. Accedant & fœmineæ doctes aliæ, nobilitas, sensus, opulentia, fœcunditas atque facundia, famæ integritas, morum candor, scito tuum limen his immixtam subintrasse superbiã, vt iure Satyricus videatur malle Venusinam quàm Corneliam Gracchorum matrem Africani filiam paternis triumphis ac gloria insolentem. G A V. Nobile coniugium & honestum obrigit. R A T I O. Quid de fastu fastidióque ais? Parumne fœminei mores noti? Disce seruire, disce pati, disce charos perdere, vni coniugio

q 4

vacan

vacandum est amicitiarum scopulus vxor
 imperiosa & viri affectuū moderatrix. GAR.
 Generosa mihi vxor obuenit. RAT. Grauis
 sarcina, duræ compedes liberos humeros æ-
 que olim liberos pedes prement. Durum di-
 ctu, durius cogitatu, durissimūque perpes-
 su, non vnius lucis, sed totius vitæ hospes, for-
 sitanque hostis vacuum præfidiis innasit do-
 mum. Vnde illam, vt dixi, veteris repudij spe
 sublata, sola scilicet mors excludat. GAVD.
 Coniugem gratam duxi. RAT. Erras, illa te
 duxit, diu nimium fueras tuus, accessit spon-
 sa domina, carnifex priuignis, æmula socri,
 familiæ iugū, coquinę labor, onus penui, sum-
 ptus arculæ, ornamentum aulæ, diurnum spe-
 ctaculum fenestræ, lis nocturna cubiculo.
 GAV. Vxor mihi venit amantissima. RAT.
 Cū amores nescis, zelus & suspiciones &
 querelæ subeunt, immortale duellum domi
 habes, ipsis ex voluptatibus & iocis inimici-
 tiæ erumpent, nec ad mensam, nec in thala-
 mo tutus eris, nullum tempus litigio vaca-
 bit, media nocte pugnabitur. GAV. Exopta-
 tas nuptias, contraxi. RAT. Cum coniuge
 nuptias, cum pace diuortium. GAVD. Vxor
 contigit cui vnicè placeo. RAT. Melius for-
 sitan displiceres, non te amando premeret
 atque attereret, & cogitare & res tuas agere
 & somnum carpere sineret, nunc vxori pla-
 cens,

cens, nil quod tibi placeat præter illam spes-
res, totum sibi te vendicat, nec sufficies totus.
Si quò fortè ire velis, fugere te fugæq; cau-
sas fingere, si quid agas oblitum sui, si quid
cogites iratum sibi, si cibo abstineas sordere
res suas tibi, si somno cesseris externa te Ve-
nere fessum dicet. Deniq; vt vxorì placidus,
tibi atque aliis inutilis sis oportet. **GAU.** Vxo-
rem habeo quæ me ardentè amat. **RAT.**
Melius amares castè, piè & sobriè ac verècū-
dè, ardens enim amor quid nisi incendium
est animæ, qua ardente quisnam ibi mode-
stix, quis reuerentiæ coniugali, quis tràquil-
litati locus aut quieti? Ardèter te amat vxor,
nisi vicissim se amari senserit, repestet, amo-
rémque odio mutabit: sin æquandus tibi est
amor, & tu ardeas necesse est, vniq; deditus
sis amanti zelotypæ coniugis vir insomnis,
nunc blanditiis, nunc querelis fictisq; cri-
minibus excitandus exercendusq; per no-
ctem, seu licentius oculum deflexeris, seu ri-
denti lentius arriseris, seu vicinam salutaue-
ris, seu formam alterius laudaueris, seu do-
mum serius redieris, postremò aliquid fece-
ris aut dixeris quo suspectus læsiq; reus sis
amoris, quæ si vita dici debet, quænam mora
dicenda sit nescio. Et hæc quidem de ardèti
tuo amore sententia nostra est. **GAUD.** Est
mihi perpetua tibi confor. **RAT.** Et somni

q s perpe

perpetuum exilium. Maritalis lecti rarus ac tenuis sopor est, hinc voluptas, hinc iurgia, quies nusquam. GAV. Habeo vxorem fidelissimam. RAT. Fuisse fideles aliquas non nego vsque etiam ad mortem. Et profectò homini qui hoc vitæ genus elegerit, magnæ diuitiæ coniunx bona & fidelis, maior tamè est acies aduersa, nempe etiam illustrium multi dolo coniugū periere. Sileo Danaï truces & cruentas nuptias, & infamen noctem miseramque tot simul iuuenum stragem. Non hoc illi quorum supra meminimus grauis Agamemnon, non Parix Deiphobus neger, non ex vestris Africanus minor, non postremò recentior Alboinus rex, cuius ab impudica & sæua fusus coniuge nitidi Athesis ripam sanguis infecit. GAV. Vxorem nobilem, castam, mansuetam, humilem & obsequiosam, piā, fidam reperi. RAT. Mirus auceps cornicem candidam inuenisti. Vix est tamen qui inuenisse se fuscā putat.

De vxore formosa. Dial. LXVI.

GAV.

Formosa mihi vxor obuenit. RAT. Difficilem prouinciam nactus es, vigila. dixi iam durum custodire quod à multis appetitur. GAV. Forma est vxoris excellens. RAT. Solet forma corporis vt multa alia paritate
ga

gaudere, imparitatem ac dissimilitudinem aspernari. Si par igitur tibi forma est exerceberis, alioquin contemneris, vtrunque laboriosum. **G A V D.** Forma coniugis magna est. **R A T.** Et magna superbia, vix est aliquid quod æquè animum tumefaciat & extollat. **G A V.** Forma vxoris est maxima. **R A T.** Vide ne castitas parua sit. Scitum est illud Saryricū, Rara adeo est concordia formæ atque pudicitia. vt hæc constet, morum insolentiam quis ferat & quotidiana fastidia? **G A V.** Formosissima est vxor. **R A T.** Habes domi idolum sumptuosum, operosum, videbis indices peregrinos nouosque habitus, luda hinc corporis habitudinem quam omnia deceant, hinc ingenium inuentricis ad cuncta versatile, tum iacturam patrimonij, lucrum voca. **G A V D.** Habeo vxorem formosissimam. **R A T.** Habes idolum litigiosum, insolens, quod affusus colas, quod extra te raptus stuppeas, quod adores, vnde totus pendeas. Submitte collum iugo & contentus forma coniugis, curasq; alias & propriam libertatē procul abiice. Dicebam modò, caue ne quando aliam præter illam laudes, ne quando oculos ab illius fronte diuerteris, ne solito parcius blandiaris, solito minus insanias, quicquid respueris capitale erit, omnis sanitas defectio. Viue deniq; ad vxoris edictū, & nutum dominæ

dominæ suspensus observa mancipium non
 maritus: hæc facito, si tanti existimas aliquā-
 diu formosam thori sociam amplecti, leniq;
 ad tempus cute gaudere, & candido natos ex
 vtero tanquam poma nobiliora pulchro de
 vase suscipere. GAV. Vxorem habeo formo-
 sam. RAT. Venenum dulce, compedes au-
 reas, splendidam servitutem. GAVD. Forma
 delector vxoris. RAT. Vana brevisque de-
 lectatio. Nil forma fugacius & præsertim
 fœminea: qui vxorem propter formam dili-
 git, citò illam oderit.

De vxore fœcunda & facunda. Dial. LXXII.

GAV.

Fœcunda mihi vxor est. RAT. Multas
 tibi curas, multos pariet labores: vxor
 sterilis vnica tantum, at fœcunda quidem sar-
 cina domus est multiplex. Notum est illud
 Comicum: vxorem duxi, quam non ibi mise-
 riam vidi: nati filij, alia cura. GAV. Non fœ-
 cunda tantum vxor, sed facunda est. RATIO.
 Hinc filij & nutrices aderunt, hinc sales &
 verba non deerunt. Habes cum qua dispu-
 tes ac declames. & Saryricum non audisti ubi
 ait: Non habeat matrona tibi quæ iuncta re-
 eumbit Dicendi genus, nec curtum sermone
 rotato Torqueat enthymema, nec historias
 sciat omnes. Coniugem quærebas, magistrâ
 inue

inuenisti, iamque aliquid impolitum, commune aliquid loqui sine coniugis censura & irrisione non poteris, frustra que eiusdem Satyricum illud optaberis: solocismum liceat fecisse marito. Inter mundi tædia, nullū importunius procaci fœmina & tacere nescia.

De optima dote. Dialogus LXVIII.

GAV.

DOte auctus sum opima. **RATIO.** Ex opima tyrannide malum malo additū. Superbiæ conjugalis duo stimuli: dos & forma. **GAVD.** Multum dotata vxor est mihi. **RATIO.** Multū dotata vxore nihil est importunius, nihil intractabilius, nil sibi non licitum arbitratur, quæ suas opes mariti comparat egestati, quæ virum pascit, dominam se putat esse non sociam. **GAVD.** Magna dos meum subiit limen. **RATIO.** Vnde dos ingreditur, inde libertas egreditur: quod bene prouiderat Lycurgus, cui⁹ lege cautum fuit, vt indotatz nuberent: & adiecta ratio vt vxores eligeretur, non pecuniæ, seueriūsque matrimonia sua viri coërcerent, cum nullis frænis dotis tenerentur. Vtrūque sapienter: nam & verè multis in domibus non viro vxor, sed pecunia nubit avariciæ, & est utique magna dos licentia coniugis frænum viri. **GAVD.** Ingens cum vxore dos obuenit. **RAT.** Muta
ordi

ordinem, immo enim cum ingenti dote vxor subiit, quam libentius exclusisses si sola posset excludi. Planè coniugium obscurnū, vbi non spe prolis ad cubiculum viri virgo, sed ad arculam auariciæ impulsu dos concupita deducitur. G A V D. Magnam mihi dotem vxor attulit. R A T. Dic verius, magnum precium libertatis tuæ, quæ si tibi chara esset, vt decuit, nullo eam precio vendidisses. G A V. Ditissima mihi vxor obligit. R A T. De moribus nihil narras : nempe nihil vt reor de moribus cogitasti, deque optimis feminæ dotibus fide verecundia, castitate, modestia. Sunt vobis ista contemptui, & solum in nuptiis vestris attenditur dos & forma, hæc est auaritia & libido, pronubæ matrimoniis his condignæ. G A V D. Pecuniosissima est coniunx. R A T. Vide an non Themistocleum illud consilium quo diffinit, Malle se virum pecunia, quàm pecuniam viro indigentem : rectè etiam ad feminas trahi possit. G A V D. Vxor mihi prædiues est. R A T I O. Quanto melius erat cum inopi requiescere, quàm laborare cum superba, melius esurire cum paupercula humili, quàm cum insolenti diuite litigare. G A V D I V M. Coniugis dos immensa est R A T. Consequens est vt elatio animi sit immensa, timor autem viri nullus. Non audebis vitia reprehendere dum respicias.

cies dotem, non præsumes humiliare illam per quam te memineras superbire, nec fastidia duntaxat ac tædia, sed probra etiam & iniurias tolerabis. An fortè non Aurelij Antonij principis meministi illius qui philosophi cognomen ob imperium non omisit, qui cum vxoris nosceret adulteria, & amici vxorem vel occideret vel saltem dimitteret hortarentur, respondebat: si vxorem dimittimus reddamus & dotem, dos autem erat imperium. Vides ut ingentis viri animum dos frænabat, tuum forsitan non frænabit? G. Dos permaxima, infinita, inestimabilis est. R. A. T. Dos matrimonij oneribus supportandis, non avariciæ æstibus irritandis inuenta est. Itaque quo magis illam exaggeras, magis infamas, ut quæ utrinque mole sua noceat, & hinc dantis impudentiam, hinc concupiscentiam accipientis auctura sit. G. Est mihi maxima dos vxoris. R. Non quanta sit dos, sed qualis sit vxor refert, & in dote ipsa non quantitas certè, sed qualitas existimanda est, unde scilicet profecta, quibus parta modis, multæ magnæ dotes malis artibus sunt quæsitæ. Heliopolitanum & Punicum morem nosti, quorum nuptis non pietate patria, sed stupris ac dedecore dos constabat.

De

G A V.

GRatis fruor amoribus. R. Gratis insidiis
 opprimendus. G A. Gratis vrer amoribus. R. Bene ais vrer. Est enim amor latens ignis gratum vulnus, sapidum venenum, dulcis amaritudo, delectabilis morbus, iucundum supplicium, blanda mors. G A. Amo & vicissim amor. R. Primum nosse potes secundum in ambiguo est, nisi fortè nocturnū mulierculæ tuæ murmur in testimonium trahis. G. Amor haud dubiè. R. Persuasit vt video, nec magnum persuadere volentibus. omnis amans cæcus & credulus. Quod si fidem iuramento amatorio vis inesse, scriptum ab amante chirographum tenera in glacie testibus austris in medium profer. Sed ò insane nihil vnquam impudicæ præsertim credas foeminæ: sexus, ardor, leuitas, consuetudo mentiendi fallendi studium fructusque fallaciæ, hæc singula multoque maximè hæc omnia, quicquid illius ore prodierit, suspectum faciunt. G. Amo quod iure animum delectet & dulciter ardeo. R. Credis ex me audire quod ille magister amorum ait, vt foeliciter ardens gaudeas & vento tuo nauiges voluptatis: id quidē non cōsiliū est: ego verò, quo suauius arseris, eo cautius ex incendio fugiendum consulo. Tunc sunt mala periculossimi

lofiffima cum delectant: fæpe fuauitatem
 hanc duriffimus finis exasperat. G A V. Amo
 amorque. R A. Vt fit ita, quid nifi duplex no-
 dus, nexu arctior, graue difcrimen? melius
 de fe fperarem, fi amaret tantum, non etiam
 amareris: & fi enim facilitatē amoris atque
 difficultatem æque nociuā quidam dicant,
 quod facilitate animus capiatur cū difficul-
 tate contendat: ego tamen ita fentio, nihil ad
 amandum efficacius quam amari, contrāque
 nihil eſſe quod magis ab amando deterreat
 quam ſcire ſe non amari, nec amari iri cre-
 dere, quanuis id nō facile creditura fit cæca
 & cupida mens amantis, qui vnus eſt ex illo
 grege de quo ſcribitur, quod qui amant, ipſi
 ſibi ſomnia fingunt. G A V. Amo ego cū gau-
 dia. R A. Qui quā male ſibi eſt non ſentit,
 obtruncat: qui malo ſuo gaudet, inſanit. G A V.
 Apud me fætor, delectabile eſt amare. R A T.
 Odioſum malle ac moleſtum, quod & fuga
 mali promptior foret & propinquior ſpes ſa-
 lutis, nunc delectatio morbu alit, ſanus enim
 ſeruiſpuit quem delectat ægrotare. G A V.
 Vt libet apud me quidem ingeniu eſt amare,
 R A T. Vt quiſque ſapit & loquitur, apud me
 xerō ſeruile, proſus & languidum, & quod
 fortiffimos etiā viros emolliat, enervetque:
 dicam quod nemo eſt qui neſciat, nemo erit
 qui audiens non mireretur, ſic magnarū rerum

recordatio, vel scientibus admittenda est. Ne-
 ve omnia sequar, quod nec necessarium puto
 nec possibile; quatuor toto orbe. Africam, Indiarum
 gentium duos longe praestantissimos duces ad
 memoriam revoca. Iulius Cæsar victor in Gal-
 liis, Germania, in Britannia, in Hispania, in
 Italia, in Thessalia, in Aegypto videlicet; mox
 in Armenia, in Ponto, in Africa, & rursus in
 Hispania supremo Marte victurus. in medio
 tantarum victoriarum ab amore regio, inte-
 rim apud Alexandriam victus est. Hannibal
 apud Ticinū, apud Trebiam, apud Trasime-
 num, apud Cannas victor; ac demū in patria
 vincendus sua, prius apud Salapiam Apuliæ
 oppidum, quo inexcusabilior sit, meretricio
 amore subactus est. Quanta tibi videtur mali
 vis quæ tam duros animos, tam frigida pectora
 leui frangat incurſu, tam rapidos pedes, tam for-
 tia brachia fragilibus vinculis liget. Linquo
 fabulosa & vetera nimis. in Beluas transfor-
 matum Iovem, ridiculis Martē vinculis im-
 plicitum, duris nentem pensa digitis Hecuba-
 lem, ad hæc & Leandrum fluctibus, Bibulae la-
 chrymis, Prochrynetelis viri, propria cuspide
 Pyramum, Hyphin laqueo percutientem, quod-
 que est certius atque sonantius, & Græcorum
 duces de amore certantes, & notis Troiam
 flammis ardentem, absque his omnibus &
 mille similibus, satis duo illi quos præmis-
 ſus

mus ad probandum de quo agitur, vel magnitudine, nominum, vel historiae fide, suffi-
ciunt: G A V. Amo, quid de odio dices, si amo-
rem, dannas? R A T. Vt tu accipis, vtrumque
damnabo, neque ideo bonū aliquid dicam,
quod aduersum malo sit. Duo enim extre-
ma sibi inuicem aduersa pariterque a me-
dio, hoc est a virtute distantia, pariter mala
sunt. G A V D. Ergo malum est amare. R A T I O.
Hoc ego fateor. G A V D I V M. Malo hoc ni-
hil melius inuenio. R A T. Credo. Hecle, ut
est animus, sed tua opinionem mutat. G A V.
Oderint, quos, delectat ego amabo. R A T I O.
Odium, atque amorem indifferentia dixe-
rim: nam ut odisse vitium, & amare virtutem
æque laudabile est, sic seu virtutis odium seu
vitiij amor æque damnabile. Et ad summam,
vix inuenies quod per seipsum sic laude vel
infamia dignum sit, quin paucis additis, laus
ac vituperatio altera locum sumat alterius:
tu quid ames, videris. G A V D I V M. Quid
amem nisi quod cæteri? R A T I O. Non o-
mnes idem amant. Fuerunt qui amarent
Deum tam enixè, ut pro amore hoc omnia
quidem & seipsum vitamque suam prolecisse,
lucrum ducerent. Fuerunt qui, non alius
aspirantes pro nuda virtute aut pro patria
idem facerent. Numerarem, nisi innume-
rabiles essent. G A V D. Ego, nec in celo fui

vñquam nec virtutē vidi, amo quę cerni possunt. R. A. Si nihil amas nisi quod cerni potest, nihil igitur magnum amas, quid, quod directē obuias pręcepto illi vulgarissimo? nolite amare quę vidētur, sed quę non vidētur, quę enim videntur tēporalia sunt, quę autē non videntur, æterna. Vos autē tārī animo deditis, oculis, æternū nihil non dicā amare, sed nec intelligere nec cogitare quidem idonei, vobiscū peritura sectamini, & pudēdos affectus honesto regētes vclō libidinē dicitis amorem; illū colitis, illū sancti licentia Deum facitis, vī probra vestra, quę vix cœlū tegit, extulset. Quid enim Deo auctore sit perpetuum? Itē iam, erigite Deo vestro aras ac thura porrigite, ille vos ad cœlum eueherit, immo vērō cœli Deus illum, & vos trudet in tartarum. & A. V. Iuueniles ludos in calumniam trahis, amo, da veniam. R. A. Si ab offēso poscenda est venia, ipse tibi ignosce; neq; enim alium quā te lædis, & ah miser, quos inter te optulos fragilen cymbam agis. & A. V. Iuvat ita viuere, nec intelligo quidnam veret. R. A. Miserum est peccare, miserius delectari, miserissimum extēlulare atque amare peccatum, & tūc demum cōsummata materia est, cum ad studiū voluptatis opinio quādam honestatis accesserit. & A. V. P. Amo, nec possum aliter nec volo. R. A. P. Posses nempe si velles & for

& forſan adhuc voluentibus animis voles. Siquidem cum in multis, tunc præcipue in hoc morbo cœnit, ut ſæpe virtuti tentatum fruſtra remedium vltro dies longior efferat.

G A V. Nulla me dies non amentem viderit.

R A. Age igitur, lude, inſani ſomno latrare, expectectus flebis, G A V. Ego verò non flebo ſed canam, meque ipſum more amantium carminibus conſolabor. R A T. Eſt hoc quidem de quo multa dici poſſunt, & quando huc me trahis inſiſtam. Inter multas fateor mira hæc amantium amentia, non ſolum apud vulgus ubi cõſuetudine in naturã verſa, furor omnis excuſabilis, ſed apud vtriuſque linguæ doctiſſimos; nam & poëtas Græcorum & veſtros quædam de alieniis, multa de ſuis amoribus plauſibiliter conſcripſiſſe compertũ eſt, atque vnde morum infamiam merebãtur, eloquẽtiæ gloriã cõſecutos. Tolerabilior apud illos Sappho ætas, ſexus, animi leuitas puellam excuſant. Sed quid Anacreonti facias, quid Alcæo, quorũ utrũque non poëta modò inſignis, ſed vir fortis & rebus geſtis in ſua republica clarus fuit: ſeu quid ex veſtris Ouidio, Catullo, Propertio, Tibullo, quorum nullum ferme niſi amatorium eſt pœna: quanquam quid poëtas, quibus neſcio, vnde maior licentia data eſt, & non potius vitæ duces arguam philoſophos: ubi hercle

paucis, grāuitatis multo plus vestris fuisse
quā in Græcis: vix enim occurrer horum ali-
quis tam perditus, qui nō dicam, tale aliquid
fecerit: sed non liberè, totū hoc vanitatis
genus irriserit atque dampnauerit: apud illos
tamen non communes quosque, sed seueris-
simos philosophorū Stoicos, ipsūque, quod
miraberis, Platonem, in hoc errore versatos
scimus. Amatutū quidem sapientem voluit
Stoici, & sanè si de amore continer, nō fal-
luntur. Amabit enim Deum sapiens, vt dixi,
amabit & proximum, amabit virtutē, sapien-
tiam, patriā, parētes, filios, fratres & amicos,
& si verus sapiens fuerit, etiā inimicos ama-
bit, non propter illos, fateor, sed propter eum
qui hoc lubet. In his omnibus, oro te, quis lo-
cus est pulchritudini? Sic enim Ciceronis
Tusculana diffinitum legimus, amorē ipsū
conarum esse amicitiae faciendae ex pulchri-
tudinis specie. Quis tam cæcus, vt nō videat,
quid sibi velit hæc pulchritudo? Rectè ergo
querit illic Cicero: quis est enim inquit, iste
amor amicitiae? Cur non deformem adole-
scentem quisque amat, neque formosam
anum? nimirū ætas & forma, cū delinimen-
tis suis insunt huius amicitiae fundamenta,
quæ honestius sic dicitur, quā libido, quid
sit tamen apertis sanisque oculis facile cer-
natur. Itaque tota res eo redeat, vt si sit amor
quis

quellamque rerum naturam sine felicitudine
turpique desiderio sine suspensio & ardenti cu-
ra, sine hac sine permixtis sapientis vacat enim
omni libidine, in Cicero idem autem, omni que
tumultu, atque iugum animi, quæ maximè
vitanda sunt sapientibus. Ceterum non in-
fandotere facies, veluti si mutari veritas re-
rum potest, sermo autem nobis nunc non nisi de
libidinoso autore, susceptus est, qui his mul-
tisque aliis magnis malis vacare nullo potest
modo, & hæc quidē Stoicis. Ad Platonē ve-
nio, qui philosophorum princeps, immo, ut
aiunt philosophorū Deus, & si in hoc multi
litigant, in omni autem questione non pluriū, sed
maiorum in meliorumque iudicio standum est.
Plato inquam antiquissimus, vir de amoribus
suis etiam turpibus, quæque vere philoso-
pho nullo libido non turpis & intemesta sit,
paco motuque dixerim, multa licentius scri-
psit, quam tribus Platonium nomen scri-
bendum esset, scripsit tamen, & quod nollem,
scripta etiam, æque tam celebris famæ, no-
tam, neque iudicium postea turpis erubuit, cu-
tam hæc atomis, & Platonis, & in eam impe-
re passio, & in eam ipsa regentis styli, dulce-
dine celebratum, et tamen, quæ vel in surgi
podandaque, & in eam illi est, et Epici-
ris magis, quæ Platonis in rebus quasi
solis in luto, Platonis radii, & in eam

& hanc ipsam post Platonum multis video
causam fuisse ut scripta reliqueret, quæ vel
honestius non scripissent, vel consiliis de-
leuissent, multis ut idem faciât futura esse
coniicio, sed famosiore arigi. Proinde quod
ad reprehensionem attinet insania talis &
aliqua diximus, hæc multa & varia dici pos-
sunt, quod ad remedium vero, non parcar
nam ad illam quam dicis consolationem mali
huius, quam tibi de carminibus prouenit
ram fingis, breuissimum Flacci carmen ac
perductio illa pro respõso sit. Hiscinque ver-
siculis speras tibi posse dolores, Atque ætus
curasq; graues e pectore pelli? loquendo ca-
nendoq; amor astitur accenditurque, non ex-
tinguitur nec lenitur, ut quos memoras can-
tus & carmina, teorū non fomenta, sed ir-
ritamenta sint vulnèrum. O A T. Credere iam
tandem admonitus & experius incipio, quam-
obrem si liber omisit aliis, ad remedia str-
lum verte. R A T. Multi olim ista conquirere
nisi sunt, in quibus Nalo miræ medicus mor-
bi amantior quam salutis, cuius quædam te-
tia, quædam foeda vel inefficax, tamen est
aduertere. Scriptum alijs, inter quos Cicero
breuiter potenterque. Ad sanandam plebem hæc
sunt quæ de multis electa probauerim, loci
mutatio, quæ ut corpori, sic animo, negoti-
ti salubris interdum est, ciuitatis omnium
fugâ

fugiaq; diligens quibus amari vultus in me-
 moriam retraheris, occupatio quoque tra-
 ductioq; animi ad alias curas nouasq; solici-
 tudines, quibus morbi veteris vestigia de-
 leantur, cogitatio vt hemēs & assidua, quā
 turpe, quā ariste, quā miserum, postremo
 quā breue, quā labile, quā nihil sit omni-
 no quod difficultatibus tāis appetitur, quā
 facile quātōq; melius, vel impleri aliter aliis
 que viis vel cōtemni penit? possit atq; abici,
 interq; rerū vilissima deputari. Multos prae-
 terea curauit pudor, quod maximē generosis
 animis accidit, dum obuersatur infamia irri-
 fioq; dumq; & digito signari vulgi que fabu-
 lam fieri dolet, dum sub oculos redit rei for-
 ditas, fructus vacua, plena dedecore, plena
 periculis, plena doloribus ac poenitentiae cau-
 sis. Ad extremū proderit excusationibus ac
 falsis opinionibus reiectis, veras inducere, ni-
 hil hic naturā, nihil fatū, nihil stellas agere,
 nihil deniq; nisi solam animi leuitatē atque
 liberum iudiciū. Est enim in aegrotantis arbi-
 trio, vt sanus fiat, mox vt bona fide velle coe-
 perit, & blandae consuetudinis nexus dulcet
 abruperit: laboriosum certe, sed volenti pos-
 sibile. Est quidem vt grauissimē ait Cicero, il-
 lud quod aeternae perturbationis dicitur de-
 monstrandum, nullā esse nisi opinabilem, nisi
 iudicio susceptam, nisi voluntariam: ceterum

fior amita; laboriosissima demum ptoles.
 GAV. Nati filij RA. Dulcedo amarissima & fel
 melle circumlitum. GA. Nata mihi dulcis est
 soboles. RAT. Fontem tibi grauium curarum
 domi natum credito. Nūquam sine metu at-
 que angoribus vitam ages. GA. Filios genuit
 RA. Nec timere, nec sperare, nec vota facere
 noueras: en discēs tuo periculo, discēs & pa-
 rentes orbos miserari, discēs & in breui vita
 longas curas texere, teq; longiora negocia or-
 diri, discēs his qui nihil ad te pertineant tor-
 queri, quē visurus nunquam sis disponere: ad
 postremū discēs amare plus alium quā te,
 discēs ardentissimē diligere, tepidissimē dili-
 gi, duras artes. GAV. Filios habeo. RA. Nunc
 primum intelligere incipis, quid ipse debeas
 parētibz tuis. GA. Filios procreant. RA. Deul-
 si arbore inexhausto percolendā stultitia, quē
 te dū viuas exerceat, cuius nullos forsitan au-
 feros & fortasse post obitū fructus legas. GA.
 Filij mihi sunt. RAT. Si boni ingis timor, sin
 mali sempiternus dolor: interim solamē am-
 biguum, certa cura. GA. V. Habeo filios. RA.
 Habes vnde viuus deleas, mortuus agnosca-
 ris, habes & vnde saepius mori possis. GA. Y-
 D I V M. Pater filiorum sum bonorum. RA.
 Y I O. Quanto meliores filij tāto periculoseior
 conditio tua est. Ne scis quam defendi ma-
 teriam gignendo quaeris, quos lachrymis
 adi

aditus in tuam domum patefeceris, quātum in te ius morti miserizq; præbueris? O matres miseræ, ait Horatius, o patres miseri dico ego. G A V. Optimorum pater filiorū sum. R A T. Optanda mors tibi integro est, ne forte viuis esse desinas quod delectat, & aliquādo cum Nestore à sociis quæras cur tantūdiu vixeris. G A V. Votina felix lætūsq; sum sobole. R A T. Felicitas anxia, sollicitum gaudium, & sæpe moestum gaudium, felicitas misera. Possem multos illustrium proferre, quorū felicitati nihil magis obstitit, quā quod filios habuerunt.

De filio infante festivo. Dialog. LXXI.

G A V.

Infans filius festivus est mihi. R A. Modò ne ista festivitas in dolorē desinat, & quo præsens tibi lætior infans tu' fuerit, eo moestior sit digressus. G A V. Infans est mihi bonæ spei. R A T. Quid si sit nullius rei? Caduca ante alias ætas illa, sæpe in ipso flore præeditur. Utq; nil dulcius, sic ferè nil amari'. G A V. Infans est mihi blandissimus atq; multiloquus. R A T. O ne itæ blandiciæ vertantur in lachrymas. Res est dulcissima fateor, infantilis aspectus & alloquium, utq; est apud Sta. Papinium, sideri vultus & verba ligatis interrupta modis, quæ dū audiuntur mulcent,

cent, dum audiri amplius non possunt cruciant, nec sine sensu doloris ad memoriam reuertuntur: sic humanis in rebus, sed in nulla magis, dulcedini opposita semper amaritudo est. G A V. Delector filio infante iucundissima. R A T. Non prohibea delectari, ne naturæ obstem, sed in omnibus modis quero, sine quo nihil bene agitur. Volo te parcius gaudere, vt si dolendum fuerit: possis & parcius dolere, & moneo cogitare, facile fieri posse, vt arundineo baculo insistas, vel in caducum te parietem inclinaueris, quod sæpe dixisse fertur Hadrianus princeps cum Ælium verum puerum pulchrum, sed fragilem adoptasset, & secum canere possis Maroneum illud: ostendent terris hunc tantum fata, neq; ultra esse sinent. G A V. Gaudeo de infante meo. R A T. Sic gaude vt doliturus, siue ille, vt dixi, æcerba morte defungitur, siue quod est multo grauius; quodque sæpissime accidit, è gratissimo infante sit ingratus & inobediens adolefcens. G A V. Multum gaudeo de infante filio. R A T. Nemo tam stultus agricola est qui de flore multum gaudeat, fructus est expectandus, tunc gaudendum modice. Interim tempestates, grandines & vredines metuenda sunt, frenandumque metu gaudium.

De

De insigni natorum forma. Dialogus LX XII.

GAV.

INsignis est natorum forma. R A T. Si tuam tibi formam contemnendam me docente didicisti, quauri alienam sis facturus intelligis. GAV. Forma filiorum magna est, R A, Magnum maribus discrimen foeminiſq; permaximum. Iamprimum pulchritudo & caſtitas raro cohabitant: nam nec volunt vixq; ſi veſint liceat, cum humana omnia, tum imprimis pudicitia hodie male tuta eſt, præſertim ubi formæ egregiæ iuncta eſt. Sunt quibus invidetur, ſed intra ſuos fines ſeſe tenet invidia, dolet, irascitur, nihil ultra, quidā illæſi inter multorū odia ſenuere, quidā perpetua & ad ultimū incōcuſſa viguere tyrānide. Quot aſſiduè placato mari nautæ, quot per ſylvas ſalvis mercibus prætereunt mercatores, nec pyrata illis, nec his prædo obuius, quā tu mihi formoſam intentatam dabis? Caſta licet, obſidebitur, oppugnabitur. Quis anim? muliebris corruptoribus tot reſiſtet? Admouentur muris ſcalæ blandiciarū, machinæq; munerum & latētes ſub terra fraudum cuniculi: ſi his artibus non proficitur, manu improba viſ aſſertur: ſi fidem quæris famoſiſſimos raptus ad memoriā reſer. Forma multos contauit, ac tentandos præbuit, quosdam ſtrauit, & vel in crimen impulit, vel in mortem. Fuit apud

apud Hebræos exemplum tentationis acer-
 rimæ Joseph, sed discrimen, providentia
 celestis in gloriam vertit. Apud Graecos Hip-
 polytus & Bellerophontes; apud nos Spuri-
 us tentaretur propriis se manibus defor-
 mavit. Non apud primos virgo Thamar,
 non apud secundos Graia Penelope, non
 apud tertios Romana Lucretia tuta fuit, non
 apud omnes plurimæ vel tentatæ passim vel
 oppressæ. Hi sunt formæ labilis & caducæ
 fructus, qui per sæpe non opulentas tantum
 domos, sed ingentes vrbes & magna non-
 nunquam imperia evertunt. Notæ sunt
 historæ. Ecce nisi formosa adeo esset He-
 lena: Troia mansisset incolumis: nisi tam
 formosa Lucretia, Romanum regnum non
 tam velociter corruisset: nisi tam pulchra
 Virginea, nec tam citò decemvirale illud
 imperium defecisset, nec Appius Claudius
 tantis legisset Romanus libidine victus; fa-
 mam in rostris vitam in vinculis misisset. De-
 nique si formosæ minus innumerabiles alię
 fuissent, non tot raptæ aut deceptæ, in tot
 probra tantæque animæ ruinas ex accepu-
 diticiæ cecidissent: quare effectus formæ
 bonos quos invenoris, renuncia, ut cum
 contrariis compensent. O. L. V. D. I. V. M. For-
 mosissimus filius est m. h. a. v. t. o. Forma
 hæc Messalinæ cuiuspiam tam libidine oxi-
 dat,

tarit, elige vtrum vis, aut neget & amaris imperio occumbendum aut annuat, & Claudij gladio percundum erit. Castitate igitur mortem, adulterio autem nihil prater exiguam lęti morulam queherit. & hoc sibi illa inclita & excellens forma contulerit. In hoc ergo ut in reliquis mediocritas bona; si extremorum alterum eligendum esset, forma gravior, sed gibbus est totior. GAV. Est mihi nata pulcherrima. R A T. Circumspice insidias, vim cauto, Iasonem putas aut Thescum aut Paridem vnum esse: nulle sunt. Filiam habere soliciundo est laborq; ; formam adice, metus fit, quem nisi morte aut senectute nō fulgias, nuptis nanq; alterius in domum meam transferes, nō exstingues. G A V. Brachata natorū forma gloriōr & exulto, B I A Y. Gloriarī & letari forma sua iuvenes vanum vique, sed vulgare est; gaudere autem senē forma iuvenum suorum, quā vanitate plenam, ni desipiat, obiectamq; periculis videt, stultū profus & infanz proximum. G A V. Celestis filij forma est. R A T. Legisti totos Iliados; Homerice librum quartum & vigesimum, vbi Priamus de Hectore suo loquens, non, inquit, apparebat viri mortalis filius, sed dei, dixit hoc ille, sed Achilles ei ostendit hominis illum mortalis filium esse, non dei. R A T. nūc filij celestis forma quam meministi, inmento,

mento, eripi foedariq; potest, & dum durat, quanti precij sit extimatio praecepta est. Hos errores tamen & has nugae paternus amor immodicus & recti iudicii hostis parit. G A V. Formosissima mihi filia est. R A T. Vt nil aliud sumptuosissima domus erit.

De filij fortitudine ac magnanimitate.

Dialogus LXXIII.

G A V.

EST mihi filius vir fortis. R A T. Quanto ille est fortior, tanto tu timidior sis oportet. In nullos enim homines plura pericula quam in sui contemptores, hoc est viros fortes congerit fortuna. Nec immerito: ceteri enim sese abducunt, evitantq; impetum, illi se obiciunt fulminanti. Recurre memoria praeteritum tempus: fortissimos fere omnes violenta morte consumptos inuenies. G A V D. Fortitudo filij ingens est. R A T. Fortitudo pulcherrima virtus est, sed comitata casibus variis, paratas lachrymas & instructum fletum habeto. Omnibus mors vicina, viris fortibus contigua est. G A V. Vir fortissimus est filius. R A T. Est qui patriae libertatem, forsitan stragem hostibus, sibi decus, tibi fletum aliquando, metum semper afferat. G A V. Natus mihi fortis ac magnanimus est. R A. At quid aliud interfecto in filio Creon gemit, nisi
8 magna

magnanimum bellicę laudis ardorem? Quid Euander in Pallante suo, nisi nouam gloriam armorum & prædulce decus primi certaminis? Quid aliud Priamus Hectorem patiens monet, nisi ne Achillem solus expectet? Quid ne aliud hunc ipsum mater anxia precatur, nisi vt fugiat bellicosum virum? Quid denique aliud vxor Hectoris post viri mortem fati ignara timere se dicit, nisi probitatem viri miseram & feruorem animi non se in acie continentem bellatorum, sed cæteros præcurrentem? quod ipsum iam antè ab initio formidabat, vbi euntem ad bellum his verbis alloquitur. Dæmonice corrumpet te tua vis, neq; misereris filij pueri & mei miseræ matris quæ citò vidua tui ero? Quid postremò Achillis genitrix pro nato timida dū diceret: Iam pelago terrisque meus quæretur Achilles, & volet ipse sequi, dūmq; illum frustra iam feruentis belli motibus ereptum & imbecillem tranquilli senis in regiam inuectum virgineis larebris occultaret? Omnes hos quidē fletus & hos motus nihil aliud quàm martia vis & virtus animosa pepererat. G. A. V. Valde mihi magnanimus est filius. R. A. T. Magnus animos. sine magna potentia stulticia magna est, Magnanimitas recta hominum est paucorum, quantis & qui potentissimi videntur quàm sint fragiles, multa etiam

etiam præter mortē sed præcipue mors declarat, vt breuiter verūq; dici possit; nihil imbecillius homine nilq; superbius. G A V. Filius est mihi magnanimus, R A T. Gaude ergo, habebis magnorum conatuum plenam domum, ocij vacua & quietis. Et sæpe optabis non tam magnanimum filium habuisse. Ad summā, clara est fortitudo, magnanimitas speciosa, vtraq; vero laboriosa & turbida, tanta modestia & tranquilla.

De filie castitate. Dialog. LXXIII.

G A V.
Casta mihi est filia, R A T. Lucupditas magna sed sollicita. Quanto enim castitas maior, tanto in eam vigilantior libido. Nihil tam ardeat inuaditur quam quod castis excubiis & foemineo pudore vallatum est. Cōcesso, calle corruptor it segnius, & permissa tepentius appetuntur: multum concupitæ rei difficilis solet, sic custodia. G A V. Insignis natæ pudicitia est, R A T. Est vbi res optima reppellimur, materiam præbet. Magna Lucretiæ forma fuit, sed nil æque hac spectata, matronæ nobilis castitas vesanum iuuenē in adulterium violenrum stimulis egit ardentibus: sic bonorum donis aburitur nequitia reproborum. G A V. Castitas filie nota est, R A. Opta vt perpetua sit. Apud poetam legis: varium &

mutabile semper, foemina: quod si Maro non diceret, nunquid minus ideo certum esset? Quot adolescentulas pudicas primum, post lasciuas anus vidimus? & ita praesentibus vitiis cum praeterita castitate certantes; ut pudicè acti quasi perditum temporis poenituisset videretur, quo nullum foedius illo in sexu atque ætate ludibrium. G A V. Castissima mihi est filia. R A. Si seipsam cognouerit sciueritque; cuius est donum castitas, & illi gratias agens ad custodiam boni sui totum animum intenderit, atque in tutum intemerata peruenierit, erit, fateor, unde & secum deo gratias agas & gaudeas, magis quam si illam regis nuptiis illustrasses, & tamen interim, mihi crede, quod timeas. Cum sit enim in omnibus rara constantia, tum in foeminis nulla est.

De optimo genere. Dialogi LXXV.

G A V.

Optimus gener est mihi. R A. Debet is esse vel filio charior, siquidem filium casus affert, generum electio. Acceptum igitur filiae fer quæ nepotum debitor, filium iam nunc dedit. G A V D. Generum optimum fortis tribuit. R A T. Sunt hoc in genere & fides insignis & perfidiae exempla. Raro vel nunquam tam fidelis patri filius fuit, quam Augusto Cæsari Marcus Agrippa, quam Antonio Pio Mar

Marcus Aurelius, erga quem vsq; ad illius
vitæ finem, tribus ac viginti annis ita se ges-
sit, vt non modò amorem eius ac filiam, sed
imperij quoq; successionē vt filius fide per-
petua ac sedulitate meruerit. At non talis er-
ga Claudium fuit Nero, licet is quoq; non
suis meritis, sed matris ingenio principis fi-
liam nactus & imperium. GAV. Vnanimem &
concordem generum inueni. RAT. Vide ne
spes successionis aut honorum competitio,
concordiam hanc infringat. Quid enim non
vivere illum optet, cuius sibi vtilem vitam
videt? Sin autem vita obstare aliquo forsitan
aspiranti aut vtilior mors esse cœperit, seu
videri, mutantur habitus atque affectus ani-
morum, occultumque mox odium erumpit.
Quantæ sanè inter focerum ac generū pos-
sint esse discordiæ, vt fileam antiquam Da-
nai fabellam, & Nummianum Aprimi soceri
sui dolo nefario interemptum, insuper Stili-
conem cupiditate imperij & defuncti soceri
& generi viuens oblitum, abunde Cæsaris
atq; Pompeij notissimum est exemplum.

De secundis nuptiis. Dialogus. LXXVI.

Secundas nuptias celebrando, RAT. Si no-
sces ad liquidum, quid est femina quid ve-

de illa magni scribant viri, nec primas quidem nuptias celebrasses. GAV. Secundas nuptias celebrare est animus. RAT. Si nō te primæ nuptiæ domuerunt, iam secundas celebra, si te nec illæ domuerint, celebrabis & tertias. GAV. Secundis nuptiis intendo. RA. Qui ex primo coniugio prolem habens nouercam superinducit, suis manibus in suam domum mittit incendium. Si iuuenta vrget, aut libidinosa vellicat senectus, quæ nihil est turpius, posset forsan, vt ciuilitè hoc potius quàm honestè dicam, posset inquam fortassis vtilius nisi vel peccati materia, vel diuina lege vetitum esset, concubinali obsequio subueniri, quàm nouercalibus odijs domus tranquillæ turbari, quod Tico ac Domitiano susceptis filiis Vespasianus prudētissimus princeps fecit, & ætatē hac Stephanus Colimænis haud immerito inter principes memorandus. GAV. Ad secundas nuptias intendo. RAT. Potes id quidem secundum leges humanas, diuinis quidem legibus patientibus magis quàm laudantibus: nota omnibus quæ de hac re Paulus tractat Apostol⁹. Certe etiam apud gentes ipsos, quibus laxior taliū libertas, permissam re potius quàm probatā intelligere est. Siquidē multorū matrimoniorum experientia quæ legum tuarū intemperantiæ signum esse veteres maiores
credi

crediderunt, quæ amplexus Hieronymus
quàm multa contra secundas nuptias, quam-
que acriter scribat, non est promissæ breuita-
tis inferere, quæ quanuis in fœminas non in
viros etiam dici omnia videantur, & haud
dubiè, sexus ille maioris sit debitor castita-
tis ac pudoris, plus tamen prudentiæ ac con-
stantiæ debent viri. G A V D. Secundis mihi
nuptiis est opus. R A T I O. Mirarer, nisi mo-
res vestros nouerim, non tantùm superua-
cua, sed damnoſa etiam vobis necessaria ef-
fecistis: tu verò durissimi oris sis, si ad te fre-
nandum vxore opus est altera. G A V. Ad se-
cundas nuptias festino. R A T I O. Age age
dum feruor durat, cum refrixerit dolebis,
non notasti quàm dulcis est sopor in vacuo
cubili. Solum illum fœdum, & miserum
actum cogitas, qui transit & vulnerat.

De natorum coniugia. Dialog. I. XXVII.

G A V.

Natorum nuptiis sobolem propagari.
R A T. Honestior aliquanto hæc qui-
dè cura quàm superior, & tamen sepe vitium
propago quàm sobolis utilior fuit. Illa dulci
mero dolium, hæc amaris curis amicū im-
pleuit. G A V D. Nuptui natam dedi. R A T.
Si proinde si que feliciter & filiam seruasti, &
filium, ut modò dicebā, vel filio melius inue-
nisti.

nisti: si minus & illam perdidisti, & tibi hostem tyrannum filia quaesivisti. G A V D. Viro filiam collocaui. R A T. Si bonam, dulce pignus ac suave tibi creptum alienis laribus muexisti. At si malam gravi fasce quo alium premeres te leuasti. G A V. Filiam viro dedi. R A T. Noli nimium hinc gaudere. Multis anxiae & infelicitis vitae principium fuerunt nuptiae, ut late omnia succedant operosa res est coniunx, in laboriosam coloniam duramque negotium, quam amabas misisti. Nascuntur filij domi, illi suus scaturiet fons curarum. Finge non nasci, & id ipsum miserum molestumque. Sic fecunditas onerosam, sterilitas odiosam faciet, mansisse tecum forsitan operabit, pietatemque tuam hanc oderit. G A V D. Filia virum dedi. R A T. Ociosa finem vitae, principium actuosae, rei sarcinam familiaris grauem, mundi noticiam, experientiam sui ipsius. G A V D I V M. Filia virum habet. R A T. At perdidit libertatem, virginitatem, requiem, non aequa permutatio. G A V. Dedi filio uxorem. R A T I O. Grauior est immissa nurus quam emissae filia, semper intestinum malum periculosius externo est. Patefecisti arcem hosti forsitan aut profecto participiam non solum dominus rerum tuarum, refert quanta intraverit. G A V D. Generosam filio coniugem quaesui & diuitem & formosam. R A T.

Cur

Cur quod sequitur suppressis, & superbam & importunam, & coniugi vitæq; tuæ æmulam? Inter socrum & nurum verus est bellum, nec soceri maior est gratia, sed metus, vna est amborum ratio. Nullum animal tam primi loci appetens quàm femina. Illum sibi saluis vobis interdictum videns, quid nunc animo voluat, & quid oret, haud difficilis coniectura est. G A V D. Vxorẽ filio dedi. R A T I O. Quid scis an immortale illi tædium tibiſque dederis, an vtrique clandestinum fortè discrimen? Multæ viros soceròſque perenni cõfecere fastidio, quædam veneno ferroque aliæ peremere. Quot habebat filios Ægiſth? ſi auram nullam habuiſſet? Inuenta eſt quæ præcipiti libidine dominandi, & ſecundæ fortis impatientia, quo maturius virum ſequæ regnantem cerneret, genitori proprio cauſa mortis eum fuiſſet, ſupra cæci corpore curſu ageret. Si hæc patrum merces, quid ſperare debent ſoceræ? G A V. Nuptiis filiz celebratis gaudeo. R A T. Quotiens hæc celebritatem diſpar ſordat euentus, & cantus, & epulas, & choreas luſtus ſequuntur & lætæ hymenæ & tumulus? Ineptum omne gaudium immodicū, ex his præſertim rebus quibus dolor omni poſſit & ſoleat. G A T. Vxorẽ filio ſimul & filiz virum dedi. R. Sarcinas perperam, alio nam tuis, alienis triumphatris etiam ſem.

De nepotibus. Dialogus LXXVIII.

C A V.

NEpos ex filio natus est mihi. R A T. Ingens amor filiorum, iugis cura, habet tamen & finem & metam aliquam, si ultra progreditur, nullus solitudinum modus est, & ex filio natus & qui ex illo nascitur, omnes denique tuam nascuntur in pernam, quorum numerus quorsum pergat sen pergere possit, intelligis. Ille quidem Israëlitiçi parens populi, si sic affectus ut tu es primorum patrum vitæ tempus impleisset, quanta quæso curarum sarcina humeris fessi senis incumberet? Præter enim forminas puerosque & sacerdotes atque inhabiles suo de sanguine paucis sæculis sexcenta, & eo amplius, virorum bellantium milia prodire. Iuvenes & nepotum exercitibus gloriare, in quibus & si forte aliqui sint felices, innumerabiles miseri si sit oportet. Quid ergo? Amandi sunt non tantum filii ac nepotes, sed omnes omnino homines. Amandi inquam in illo in quo fratres estis omnes, nec curis tamen nec immodito gaudio indulgendam, ne se in profens contrariis horumque affectibus, & aliter quando te gaudium esse perneat, pudensque, quæsi te infansculum vultu didiceris, virumque valde odoris, quod deinde perneat odium, & non vultu. Natus est nepos mihi. R A T. Quid

22

7 2

Quid

Quid quòd hunc quem faustum putas, vel nepotis turpitudine, vel vi forsitan fortunæ infaustum quandoque dicturus es diè? Quid quòd tibi natus mox forsitan moriturus, & plus tristitiæ allaturus est quàm attulerit lætitiæ? Multi sunt varij, subiti & inopini hominum casus, sed infantium innumeri. Si omnes viuerent qui nascuntur, humanum genus terra non caperet, viuerent dico non semper, nam si id facerent homines non essent, sed usque in seniù, usque saltem ad legitimam ætatem: stultum est magnum gaudiù de re breui utiq; & incerta quoniam euasura sit. Quod & in filiis & in nepotibus verum est, sed eo magis in nepotibus magisque etiam nunc in pronep^{otibus} quos à matre abest longius. GAV. Nati sunt mihi nepotes ex fratre, & filia, ex sorore. RAT. Hi iam minus ad te pertinent, hoc gaudiù de hanc patris curam cede. GAV. Naius est mihi nepos ex fratre. RAT. Et Anacò Senecæ Lucanus non exiguus pars Hispaniæ facundia, & Myrtili Nuni- dani regi Turcæ non vltimum exemplum. Libya peritit nepos satrapæ eum interfecit. GAV. Nat^{us} est mihi nepos ex sorore. RAT. Et Platonis Plousias ex sorore nepos ac philosophiæ velut heres fuit, & Periclitus nepos Agorides, & aliorum patrum & bel- lori Græciæ cōmator, & Tarquini nepos Brutus,

Brutus, qui regia illum sede deiecit, & vir magnus & patriæ utilis, sed aduersus auunculo. GAVD. Natus est nepos ex filia. RAT. Ennio Pacuuius verecundus ac grauis vir nepos ex filia & poëticæ successor fuit: Antonino autem pio Commodus impudentissimus leuissimûsque hominum. GAV. Est mihi ex filia natus nepos. RAT. Romulus Remûsque Numitoris ex filia nepotes, auum maternum in Albanum regnum restituerunt. Ancus Martius ex filia Numæ nepos, aurum regnum Romæ tenuit magna cum gloria, Cyrus autem Astyagis nepos ex filia, matrem regno auum expulit Medorum. Quæ historiæ extendunt, ut de hoc nepotum ortu quantum sperari potest, tantum possit & metui.

De filiis adoptiuis & putatis. Dial. 1. 1. 1. 1. 1.

ADoptui mihi filium. RAT. Adoptio a pedissequa est natus, & cum sit illa nobilior, hæc cautior, quædque illa sine consilio genitoris casu quodam, hæc adoptantis certo iudicio operatur. GAV. Adoptione boni filium quæsi. RAT. Debitis id quidem, si neglectum, non ut genitura sic electio excusabilis: nihil habes in conuincem, nihil in fortunam quod recipias. GAVD. Filium adopta

adoptauit. R A T I O. Oportunum hoc naturæ
 subsidium ciuili repertum. Iure, multis utile,
 multisque fuisse pestiferum constat. Bonum
 filium adoptauit Nerua, sed Traianum in
 sua adoptione deceptum, quibusdam scripto-
 ribus visum scio. Nam Augustum in Agrip-
 pæ nepotis adoptione circumuentum, mox
 secuta testatur abdicatio, in Tiberij autem
 vel adoptione, vel successione non deceptum,
 sed suorum moribus pene coactum video,
 quod & sermo eius indicat, & præfatio testa-
 menti. At Mycipsa ille cuius paulo ante me-
 mini prorsus infelix adotator fuit, qui non
 filium, sed funestum draconem regis sinis-
 que suis immiserit, quos & si moriens hor-
 tetur ita viuere, ne ipse meliores filios ado-
 ptasse videatur quàm genuisse, sæpe tamen
 meliores adoptantur quàm gignuntur, neq;
 id mirum, eum illud experientia & consilio
 muniatur, hoc neutro. Sæpe autem contra,
 non peiores modo, sed pessimi omniū ado-
 ptantur. Falsa enim & ambigua merx est ho-
 mo. G. Præmignum bonum habeo. R. Rarus
 est præmignus bonus, rarior est vitricus. G A.
 Bonus est præmignus mihi. R A T. Vt sit bonus
 quid ad te nisi forsitan ut coniugis procurator
 gaudeas. Tibi enim quid virtus aliena contu-
 lerit, nisi ut tuorum si quos genueris panda-
 tur ignorantia. G A V. Præmignus est mihi opti-
 mus

mus atque fidissimus & nulli filio secundus. R A T I O. Fieri id quidem potest. Talis Augusto fuit Drusus, sed non Claudio talis Nero.

De excellenti præceptore. Dialogus. LXX.

EXcellenti præceptore glorior. A A T I O. Alieno necdum desinis gloriari. Quid ad te enim excellentia præceptoris tui? Crede mihi, quod sæpe itero, intra te sit oportet, quod te faciat gloriosum. G A V. Præceptore glorior excellenti. R A T. Siq; illum inter ceteras suas ut videtur uti & si libes etiam gloriari, quanuis & si excellens verò est, minime id facturum sit, de te autem, post viderimus. G A V. Est mihi præceptor insignis. R A T I O. Qualis tu discipulus sis expecto. Antequam quid pronūciis nō habeo. Quam multos stultos atq; hebetes habuisse putas scholā Socratis ac Platonis? Quam multos absq; præceptore villo, per seipsos in altum euolasse, ut præceptores fierent aliorum, qui præceptoribus caruissent? Nullum Virgilio præceptore legimus. Horatius Flaccus de suo nihil, nisi quod plagosum dixit, verbum puerilium, credo meminerat. Cicero autem suum laudibus amplissimis colere noluit, nec valuit. Contra huius filius, quantis præceptoribus

bus patre scilicet & Cratippo illi⁹ ætatis philosophorū principe, si quid ipsi credimus Ciceroni, quāvis nebulo, quāq; famosa ebrietatis euaserit notū est, q̄ solo patris vel tacētis aspectu doctus ac sobri⁹ euasisse debuerit. Plato ipse & si vt supra memini, Socratis magisterio gloriatur, maior tamen est gloria Socrate excessisse quā sub Socrate didicisse. G. Sciētificus præceptor est mihi. Sciētia præceptoris discipulo utilis esse potest, gloriōsa esse nō potest, quin etiā quod mireris, est qui tibi famam minuat, ignauiam exaggeret, instantiæ excusationibusque aditum præclufisti: quicquid sciueris præceptorī dabitur, quicquid ignoraueris tuum erit. Est ergo nō vnde gloriēris, sed vnde aspires ad gloriam. Habes & quē loqui velis atq; assequi, nō quē te esse putes quōd discipulus eius sis. Est denique nō quod habeas, sed quod habere cupias & quod speres: idque non sine iugēti tuo studio ac labore. GAVD. Est mihi præceptor assiduus vir clarus. R. A. T. At illi de quo diximus Ciceronis filio, duo erant summi viri, quorū alter libris, ceterus, alter verbis comminus in eū incubitabat, & quid profecerit audiisti. Quā multos verō e hīs principū præceptores simul cōplurimos habuisse cōperim⁹, sed quid refert esse qui doceāt, si q̄ doceat nemo sit? Patientē indispōsitō frustra nititur vis

agen

agentis. Certè si doctos viros propius spectare vel alloqui, doctos faceret spectatores, & si paucos virtutis aut doctrinæ cupidos videamus, magna circa eos esset tamen & importuna frequentia.

De insigni discipulo. Dialogus LXXXI.

G A V.

INsignem discipulum penè filio chariorem casus obrulit. R A T. Importunum negociū puerilis ingenij non æquis gressibus ingenium coaptare, & in vnum semper infantem defixos oculos atque animum habere, ad illius tolerantiam intellectum tuum vocemque submittere. Quòd si discipuli plures sunt, cumulatior sit congeries laborum, vertit continuè huc illuc, utque ait Satyricus, tot puerorum observare manus oculosque in fine tremantes. G A V. Vnus isque clarissimus est mihi discipulus. R. Pro vno discipulo claro, multis obscuris iudiciis te obiicis. Quicquid ille deliquerit, in tuum caput redundabit. En doctrinam, inquierit, en facundiam, en mores: in hoc magistrum inspice, nulla quàm ingeniorum certior effigies. G. Discipulum iam nactus illustrem. R. Age ergo magna spes est gloriæ, profectus ingenio illius, defectus culpæ tuæ dabitur: cum ut Plutarchus philosophus ad Traianum principem discipulum suum

suum scribit sermo publicus delicta discipu-
 lorum refundere soleat in præceptores: quod
 multi ut legimus passi sunt: inter quos Quin-
 tilianus & Seneca & ipse philosophorum pater
 Socrates. G A V. Præclari discipuli sunt mihi.
 R A. Melius si modesti, quanquam vera clari-
 tas sine virtutis radio nulla est. G A V. Magni
 discipuli curam gero. R A. Triformi congre-
 deris chimære, hinc ut puero profis, hinc ut
 parētibz placeas, illinc autem ut reip. ratio-
 nem reddas, quam de tuis manibus exiger,
 eundemque illum tibi creditum, eruditum re-
 peter. G A V. Pueri nobilis mihi cura commis-
 sa est. R A. Suspecta est ætas & suspecta nobi-
 litas. Illa spondet immemorem, hæc super-
 bum. G A V. Puer mihi creditus me veretur.
 R A. Quid dices, dum te despiciet adolescēs,
 vir fortasse vix nouerit? Nota fides pueri,
 nota constantia est. G A V. Puer mihi creditus
 me amat. R A. Inexpleto parieti imaginē im-
 pressisti, illo crescēte delebitur: firmus amor
 solidam poscit ætatem. G A. Clarus puer edo-
 cendus in sortem venit. R A T. Inquieta fors,
 euentus ambigui, quædā ingenia nullo stu-
 dio eriguntur. Est ubi pater impensam, præ-
 ceptor operam puer tempus amittit. Docilem
 doce, indocilem ne fatiges, neve illum
 teque simul frustra ardeas: ægre vincit ars
 naturam. G A V. Discipulus tener nec indoci-
 lis.

lis obtigit. R A T. Et si in lubrico stas atque in fluxo struis: age tamen fideliter commissum. Si plena ætas accesserit, poterit meminisse: alioquin sua erit obliuio, fides tua, magnum satis ipsa sibi virtus est præmium. Conscientia bonorum operum nihil est dulcius, non te retrahat ab honesto desperatio præmiorum, quia nullum etiam in hac vita rectè factum præmio caret, cuius vt sapientibus placet, fructus vberrimus est fecisse atque in silentio meminisse. G A V. Inueni discipulum magnæ spei. R A. Et magnæ sollicitudinis, & profectò si bonus fiat, filium tibi cor genuerit, lingua pepererit: sin malus hostem qui te, dum timuisse recordabitur, oderit. G A V. Discipuli claritas ingens est, qua illustrari spero. R A T. Moderata claritas oculos delectat, immoderata perstringit. Præterea nullus te nisi tu luceas illustrabit. & si detegar, verum lumen ab intra est. G A V. Magnus est mihi discipulus. R A T. Non maior puto quàm Senecæ præceptorum alios prætexit, alios oppressit, discipuli magnitudo his portus fuit, his scopulus.

De patre bono. Dialogus LXXXII.

G A V.

HAbeo patrem bonum. R A. Bonum nosce tuum, breue est. G A V. Patrem habeo opti

optimum. R A. Aut ille tibi luctum pariet aut tu sibi. G A V. Indulgentissimus est mihi pater. R A T. Si naturæ ordo seruatur, magni fletus hæreditas te manet illúmque si peruertitur. G A V D. Patrem adhuc habeo. R A T. Vtere sedulo, fugitiua iucúditas, pater senex. G A V. Patrem habeo grandæuum. R A T. Non est locus inertiz : festina carpere fructus extremos tanquam ex arbore ruinosa. Charo lateri inhære quantum potes, cupidè illum vide ceu confestim abiturum, cupidiusque audi, & extremos monitus memori mente recondito, deserrúmque velut iter acturus necessariis permunito. Egebis illo consultore, quærésque cum nec inuenies domi. G A V D. Patrem habeo decrepitum. R A T. Propera nouissima pietatis officia in illum congregare dum licet, si quid nunc omiseris, dolebis semper. G A V. Patrem pium habeo. R A T. Habes qui ante te mori cupiat, post te viuere metuat. G A V D. Habeo patrem optimum. R A T. Habes quàm priusquam habere desideris vix agnoscas, habes & quem perditum suspires.

De matre amantiſſima. Dialog. LXXXIII.

G A V.

A Mantissima mihi est mater. R A T. Ac tu illi iugis pauor desideriumque perpetuum.

petuum. G A V. Mater est mihi amantissima.
 R A. Maximus patris amor, matris vehemen-
 tissimus, uterque talis tantusque, ut vix eum
 nisi rara admodum filij pietas æquauerit: pul-
 chrum tamen honestumque; est inter parentes
 & filios de amore ac pietate certamen, vin-
 cant quibus largius charitatis fons cœlestis
 affluerit: at nunc usque vincere soliti sunt
 parentes, nec dum adolescentium ea est pie-
 tas, aut maiorum reuerentia quæ sperare aliud
 cogat, quod si fortè præter spem euenerit, nul-
 lum in terris cœlo gratius spectaculum fin-
 gi queat. G A V. Est mihi mater optima. R A T.
 Esto illi saltem bonus filius, scito te illi pri-
 mum pondus ac tædium fuisse, dehinc acer-
 rimum dolorem, post continuū laborem tre-
 pidamque; solitudinem: memento uteri altri-
 cūque vberū. Quot illi somnos, quotque; seu
 cibos seu iocos tuis fletibus abrueris? Quot
 aut merus aut dolores tuis casibus pepereris,
 & fortasse nonnunquam periculosa quoque
 gaudia? Sepe enim ut dolor filiorum mortis,
 si gaudiū vitæ miseris matres mori compu-
 lit. Patuit hoc vltimū eo clarius die, quo reli-
 quæ cladis ad Thrasumenum acceptæ Ro-
 mani sparso agmine repetebant, duæ matres
 filiis, quos in acie cecidisse referentibus cre-
 diderant, conspectis, insperati gaudij non ca-
 paces efflarunt spiritus, his atque aliis effe-
 ctum,

Etum, ut nulla inter homines maior esset ingratitudo, quam quæ in matrem admittitur. GAV. Adhuc annosa superest genitrix. R A T. Quotiens hâc aspicias simul terram intuentis, cogita unde venias & quo pergas, quam te angustum habitaculū emiseric, quam angustum excipiet. De ventre matris propriæ in vterum terræ matris omnium festinas. Inter vtrunque ergo laxantibus animum atque raptantibus, superbix atque avariciæ frænum stringe.

De fratribus bonis pijsq; sororibus ac formosis.

Dialogus LXXXIIII.

G A V.

PIos fratres habeo. R A. Rarū, nam parentes ferè semper amant, fratres sæpe invident, sæpe despiciunt. Raramq; ideo fratrum gratiam Nasonis ore veritas clamat, ubi & fratrum & filiorum & omnium penè, nisi parentum, notatur impietas. GAV. Fratres mihi sunt optimi. R A. Miror planè, bonos esse sat est, sæpe enim mali sunt, aliquādo & pessimi, eoque peiores hostibus, quo minus contra domesticas insidias est cautelæ. Quantus autem sit amor fratrum, ne latentes eruam, neu præsentis lædā, satis notissima paria, Mycenæ Thebanq; fratres ac Romani indicant: quæ quidem infamia, cur vnius vrbs potius quam

quàm totius orbis sit, nō video. Primos mundi fratres aspice : alter alterius oppetiit manu : nec dum relatu horridum scelus audis. Siquidem Phraates rex Parthorum, cuius suprà mentio est habita præter parricidia in patrem simul ac filiū admitta, triginta insuper proprios fratres trucidasse legitur, non veritus tanto ac tali sanguine & regnū malè partum stabilire, & metum omnem inuisi consortis extinguere. G A V D. Fratres boni sunt. R A T. Nondum puto patrimonium diuifistis, tunc erumpet iniquitas. Igne aurum, auro animus probari solet. Magna sæpe quæ videtur pax, paucillum auri si adhibeas lis erit. G A V. Pij sunt fratres. R A T. Cœlibatus forsan tuus, aut orbitas illos tibi conciliat. Coniugio detegentur tuo, sed prole melius, spe successionis amissa, quæ impatientissimos quoque multā pati docuit. G A V. Amantissimos mei fratres habeo R A T. Debet id quidem ita esse, nisi liuor obster aut timor aut cupiditas, & habendi sitis, diuini omnis humanique iuris dū expleri studet immemor. Inter parentes enim filiōsque quantunlibet sit amoris, conuersatio tamen dispar diuersiq; mores sunt filij, & si citò patres videant, serò agnoscūt. Patres & si filios statim amēt, serò illos, sæpe etiam in senectute suscipiūt; fratres ante quam nascantur & postquam nati sunt

ti sunt in eodem domicilio eiusdemque incunabulis æuo pares versantur ac moribus, illicet in lucem æditi, se vicissim cernunt, vno cibo aliti, iisdem parentibus, iisdem sociis, iisdem ludis, iisdem scholis, iisdemq; præceptoribus ac nutritoribus assuefacti, pariter pubescunt, pariter adolescunt. Vndique paritas multisque & validis nexibus iunctus amor, nisi hos aduenticiæ soluant causæ, duræque mentis asperitas frangat, quod commune est adeò vt nesciam an fraterno vllus amor maior esse debeat, an vllum odium maius sit, an indignatio vlla profundior: tam turbida semper æqualitas, tam paris impatiens mens humana. G A V. Æquos piósque fratres habeo. R A T. Serua illos æquitate mutua ac pietate. Delicatissima res est amor, serua illam, difficile quæritur, facile perditur. G A V. Sed sorores habeo bonas. R A T. Graue pondus, sed iucundum, ac ferè adolescentum primus labor, quo se effecti sui iuris exerceant, vnde primam pietatis atque indolis famam quærant. G A V. Bonas habeo sorores. R A T. Cura vt illæ bonum fratrem habeant æque superstitem, & si communis pater obierit orbitatem non sentiant. G A V D. Pulcherrimæ sunt sorores. R A T. Custos rei labilis, vigilantibus oculis dolos caue, circumfusa te procorum cohors excitet. difficilis est

vnus formæ custodia, quid multarum reris-
tanto exactiorem pudicitia quam auri cu-
ram esse decet: quanto & preciosior & irre-
cuperabilior illa est. Sanè virgineam castita-
tem nulla arte melius quàm maturo coniu-
gio præseruabis. GAV. Formosæ mihi sorores
domi sunt. RAT. Ne diutius tibi sint proui-
de, multas aptius ornabunt domos.

De bono domino. Dialogus LXXXV.

GAV.

DOminum bonum habeo. RAT. An ha-
beas, an verius habearis cogita, sed lo-
quendi mos est, sic dominum habetis, vt sca-
biem siue vt ruffim. Multa sunt quæ haben-
tur inuitis possessoribus: molestæ opes qui-
bus non liceat caruisse. GAV. Bonum domi-
num habeo. RAT. Libertatem igitur amisisti,
hunc & illam vno tempore nemo habet. Iam
neque sorores de quibus modò agebas, ne-
que filia, neque nurus, neq; coniunx demum
ipsa, neque patrimonium, neque vita in tuto
sunt propter vnum quem habes dominum,
habere simul omnia desisti. GA. Bonum mihi
& patriæ dominum fors dedit. RAT. Incom-
patibilia penitusque cōtraria: nam si bonus,
non dominus, si dominus, non bonus præfer-
tim si se dominum dici velit. GAV. Bonus est
dominus. RA. Boni sunt parentes, boni fratres
ac f

ac filij esse possunt: amici autem semper boni
 alioquin nec amici sunt, dominum bonum
 dici blandū mendacium atq; adulatio nota
 est. G A. Optimū dominum habemus. R A. Re-
 ctorem populi fortassis & reipublicæ defen-
 sorem, quo nil actuum humanorū acceptius
 Deo ferunt. Illum verò nō dicam optimū,
 sed bonum, & non potius pessimum quis di-
 xerit, qui quod habēt optimum, libertatem,
 summum ac præcipuum vitæ bonum suis
 ciuibus eripit, próque vnus explenda vora-
 gine quæ expleri nequit, tot milia miserorum
 siccis oculis intueri potest. Neque eum & si
 non iusticia aut misericordia, saltem pudor à
 tam mœsto retrahit spectaculo, sit licet affa-
 bilis, sit blandiloquens, sit postremò muni-
 ficus in paucos de multorū spoliis. Hæ sunt
 autem artes tyrannorum quos vulgus domi-
 nos vocat, carnifices experitur, hæc præstigia
 attonitis ingerunt luminibus, hanc hamis &
 laqueis prætedunt escam, sic credulos aucu-
 pantur. G A V. Dominum habeo præpoten-
 tem. R A T. Is in cælo vnus est, qui se iure suo
 dominum dixit & dici voluit: nam terræ do-
 minus Augustus Cæsar edicto vetuit se do-
 minum dici. Ille deorū Deus, iste hominum
 imperator: Ille maiestatem tenuit, iste mode-
 stiam. Denique & super hoc populū Roma-
 num grauissimè corripuit: sic enim de ipso

scriptum, est: & domini appellationē vt maledictum & opprobrium semper exhorruit. Quòd successorē quoque longe rebus omnibus imparem, tamē obseruasse cōpertum est, qui licet dominādi auidus, titulo tamen dominationis abstinuit, atq; ita se inter ambitione h & verecundiā mediū tenens, esse dominus voluit, dici autem noluit, vt qui sciret iniustū esse quod cuperet, saltē exprobrationis iniuriā vitaret. Durū enim superbūq; & graue nomen est dominus, illic maximè vbi amor libertatis ac seruitij pudor est. Secutus horū vestigia Alexander hic Romanus princeps vt priuato sibi non altius scribi voluit: nam ille alter Macedo, non dominus modo, sed Deus dici voluit: quē secuti animo huius temporis latrunculi, vna vrbe vel altera vix infidijs oppressa, non tantū dici volunt, sed dici homines erubescunt atq; ad iniuriā trahunt. GAV. Dominū habeo verè optimū. RA. Verè vnus est dominus, quem si habes honestissima regnisq; foelicior seruitus tua est. GA. Iustum dominū regemq; optimū habemus. RA. Inter regem & tyrannum non discernūt Graij, secundū quod poëta noster de rege loquens ait, Pars mihi pacis erit dextrā tetigisse tyranni. Apud vos autem vt intersit nō nisi propositum viteq; series facit: qui iusticia regit ac regitur, ille demū verus est rex. Atque

CX

ex altiore fastigio non salutis publicæ speculator, sed priuatæ libidinis procurator, vel rapinam cogitans vel vindictam cupiditati aut iracundiæ suæ paret, & rapidis atq; effrenis animi moribus cedit, is malorū dominorum seruus, & si altior cūctis appareat, sceptrōq; aureo ac veste purpurea superbus incedat, utiq; rex nō est, sed propter exercitiū aut suppliciū populi promotus prædo: eoq; loci positus vnde liberiori sēuiēs flagello, atque hoc probans, illos puniēs, cunctos vexans & agitans, ignarus quidem ac passioni obsequens, nutū tamen illius qui mala bonos vertit in vsus, iustū Dei iudicium iniustis licet ac sceleris manibus exequatur, quasi æquā pij iudicis sententiā tortor sēuus. G A. Iustū piūmq; regem habet patria. R A. Rarū bonum & reipublicæ felicissimus status, nisi præsens gaudium futuri metus rerū feliciū, semper suspecta breuitas minueret, amissiūque desiderium mox venturas cumulaturus miseras obuersaretur animis humana noscentium, volubilēque fortunæ rotam, quæ nil prosperum longum finit, lenit quidem mali sensum cōsuetudo, insueta deiiciunt, vnde optimum quidem semper prospero caruisse diffiniunt, quod non dicerent si prosperitas duraret. G A V. Iustum habemus & clementem regem. R A T I O. Illo superstite mori opta,



ne mutatam regni sortē lugeas. Bonus enim bonum rarò sequitur, malum peior, sæpe peiorem pessimus.

De serenitate aëris. Dialogus LXXXVI.

G A V.

Serenus est aër ac iucundus. R A T. Iã quis arguat cælestem humi animum hære? In aere illum appèdiris, & amorem vestrum in eo ponitis elemento quo nullum instabilius. G A V. Aër serenus atq; tranquillus est. R A. Expecta, dicto citius nubilosus erit ac turbidus, alio te sub cælo positum credas. G A V. Serenus ac tranquillus est aër. R A T. Quanto mallem serenus ac tranquillus esset animus tuus, utilis quidem illa serenitas stabilisq; tranquillitas, quam nec nubes occupent, nec quatiât venti. G A V. Serenus est aër. R A T. Non serenum omne statim optimum, immo verò prouincias nubilosas serenis esse salubriores, & in hoc occidentem prælatum legimus Orienti. G A V. Aër hic lucidus me delectat. R A T. Delectari in operibus ac factura Dei minimè vetitum, modò in Deum velut omnis boni fontē tota animi delectatio reflectatur, & in rebus tēporalibus æternus rerum cōditor laudetur, alioquin attende quod scriptum est: si vidi solem cum fulgeret, inquit Iob, & lunam incendente clare, &

rè, & latatum est cor meum in abscondito, & osculatus sum manum meâ ore meo, quæ est iniquitas maxîma & negatio contra Deû altissimum? G A V. Serenissimus est aër, talis vtinam semper sit. R A T. Non semper modò, sed diu talem ferre non possis. Temporû vicissitudo peroptima iure à multis, sed præcipuè à Ciceronè laudata est. G A V. Serenissimus est aër, atq; vtinam non mutetur. R A T. Nescis quàm citò sui tædium hæc serenitas allatura sit. Nil tam delectabile quod non identitas inamœnum reddat. Nullum efficacius remediû contra vitæ fastidia, quàm temporum locorûmq; varietas. Hac fouetur & pascitur mens humana, & vt ait Augustinus, qui qualitate rerum non potest, saltem varietate satiatur.

De prospera navigatione. Dialog. LXXXVII.

G A V.

Navigatione vtor prospera. R A T. Sentio, Neptunus tibi laqueos tēdit. G A V. Trāquillum se mihi præbet mare. R A T. Infidiosa tranquillitas, vtque ita dixerim, esca naufragij. Si semper turbidum esset mare, nullus hominum nauigaret. G A V. Mare mihi blandum & suauē est. R A T. Suspecta suauitas, prædonum blandiciæ, minæ sunt. Hæc facies maris repente mutabitur, esse aliud putes

putes monstroque gelidas quæras, vbi est æquor illud quod laudabam, vnde verò hæ tam multi tamq; horribiles aquarum montes, vnde hic pendentium fremitus procellarum, & minacibus spumis surgentes, fluctus in nubila? Nesciunt nisi experti quid est mare & quàm ferox belua, quidve illi à poëta monstri nomē impositum. Nihil enim monstrosius in rerum natura, nihil cui sit minus fidei, minúsve constantiæ, nullius rei transformatio tam crebra, tam periculosa, tã subita: nihil denique seu mollius dum iacet, seu dum surgit immitius. G A V. Placidum nunc æquor immorūmque est. R A T. Terræ ipsæ subsidunt dehiscuntque, tu pelago tribuis vt consistat, simulatus torpor: noli fidere, sæpè fortunam retentare demētia est. G A V. Nunc saltem placidè nauigauī. R A. Nullum ferum animal sic in laqueos ruit, vt nō aliquid dulce præsentiat. G A V. Prosperè nauigauī. R A. Et sacrilegi prosperè nauigant, & viri sanctissimi naufragantur. G A V. Nauigauī foeliciter. R A T. Crede mihi si pergis, infœliciter nauigabis.

De votiua portus apprehensione. Dialog.

LXXXVIII.

G A V.

Iam portum atigi: iam in littore sedeo.
R A T. Multi in portu pereunt, plures in littore,

littore, permutasti, periculum non fugisti.
 GAV. Terram attigi. RAT. Ita hoc dicis quasi
 terræ discrimina vel minora vel pauciora
 quàm pelagi quanuis occultiora sint: nonne
 hoc in æquo posuit is qui utrobiq; multa &
 grauiora pericula per varietatem pertulerat?
 Neque verò sine causa pauper ille scrutator
 aquarum apud Statium moriēs, hyemes no-
 tōsque laudat, & experti meliora pericula
 ponti. GAV. In terra sum. RAT. Casibus eo
 pluribus patens, quo plus hominum terras
 incolit quàm maria. Siquidem maxima pars
 malorum homo homini est: sic inde mors
 peruenit, vnde auxiliū debebatur, vt fileam
 pestiferas animātium species, quibus ea pars
 rerum scatet. GAVDIUM. Terra sub pedibus
 saltem stabit. RATIO. Atqui sæpè non ste-
 tit, atque antiqua præteream Achaiāmque
 & reliquam Græciam & Syriam, atque alias
 vbi & vrbes haustæ olim funditus & collapsi
 montes & demersæ insulæ, vt omittam ve-
 teres vestrorum montium casus Ænæ ac
 Vesui, apud vos nuper ipsa vrbium caput
 Roma contremuit, quòdque ciuiliis belli
 temporibus pro monstro habitum. Alpes
 hac ætate grauissimè tremuerunt, & con-
 uulsæ rupes altissimæ solis radiis insuetum
 à sæculis præbuere iter, Hispaniæ & Ger-
 manix bona pars corruit. Vidisti in cōdō
 stantes

stantes vrbes, vidisti solidas arces atq; oppi-
da, paucis post diebus miserabile spectacu-
lum atq; terrificum, humi passim strata om-
nia, quin & solito mœstiorē Rhenum ipsum
quasi flentem labi deformatam ruinis vtran-
que ripam, eamq; præcipuè quæ ædificiis or-
natio fuerat querulis abluentem vorticibus.
Desine iam securus esse vbi securitas nulla
est. G A V. Sub pedibus terra est. R. Non tam
certa sedes domicilij quàm sepulchri. G. Ad
terram peruenisse gaudeo. R. Similia simili-
bus gaudent, & tu terra es. G. In terram redij.
R. Nondum quidem, sed redibis citò.

De carceris exitu. Dialogus LXXXIX.

G A V.

IVuat carcerum euasisse. R A. Est & hæc, fa-
teor intermissa gratioꝝ libertas ac reddita
quàm seruata, sed non omnia quæ delectant
profunt, & sæpe nociua sunt dulcia, & amara
salubria. Sæpe non carcer modò, sed mors
vtilis fuit, sæpe vita & libertas inutilis. G A V.
Carcerem euasisse gaudeo. R A. Atqui modo
gaudebas portum apprehendisse, nunc gau-
des portum euasisse. Carcer multis portus,
multis refugium & arx fuit, & in libertate
perituros seruauit: In viaculis ligata & clau-
sa diligentius asseruantur. Nesciunt morta-
les

les cæci quid expediat, & idcirco mala sua concupiscunt & affecuti gaudent vnde mox doleant. Néve lōgius exemplum quæras, vidisti nuper virum illū animosi & magni potius quā constantis incepti, qui aduerso tēpore se patronum Romanæ Reipublicæ profiteri ausus: ipse sibi Tribuni nomen assumpsit, de hinc variante fortuna, vrbe depulsus, Romanūq; primum principis, post pontificis lapsus in carcerem, vtrobiq; bene habitus atq; honestè, tandem leua alite emissus gladiūq; hostium nō occisus tantummodo, sed discerptus, puto moriens carcerē suspirauit. G A V. E. carcere lætus erupi. R A T. Ibis per rostra turbida litibus, per plateas vrbiū tumultūq; negociorum, & tempestatem libertatem putans gratulaberis, dum quæ clauis vna concluderat mille stringent laquei, cūmq; læti omnes è procellis portum petāt, vnus tu nauta mirabilis, è portu læt⁹ in procellas redis. G A V. E. carcere digressus gaudeo. R A. Bonum in hoc vt in reliquis consilium erat, neq; nimīū gaudere, neq; nimium dolere, sed æquanimitatē omni in statu cœvitæ gubernaculum tenere, in tanta præsertim caligine futurorum, neq; tam miserum est, vt fertur intrasse, neq; tam faustum carcerem exiuisse. Quotiens carcer libertati hostis propitius est saluti? quotiens optata vo-

V tis

ris omnibus libertas in perniciem & in mortem versa est? GAVD. IVM. Exiui ex carcere. RATIO. Latiori de carcere multi hominem casus eripiunt, ex angustiori autem sola mors eruit. GAV. Molesto de carcere discessi. RAT. Potes in hunc carcerem reuerti, in illum alterum cum semel exieris, non redibis hoc in tempore.

De tranquillo statu. Dialogus x e.

GAV.

R Ebus rite compositis tranquillus ago. R. A. Scilicet ut tua navis fluctibus maris, sic animus vitæ curis explicitus, portum attingit laborum ac terrorum, sed non ita est, nunc nunc maximè metuendum, nescis quòd res hominum non stant, qui volubili in rota sedet altior, is proximus est ruinæ. GAVD. Optato eunt omnia. RAT. Bene ais, eunt omnia, nihil enim manet. Ante ergo quàm fœlix videre, spei fortè aliquis post locus est metuendi, ad extremum luctui, gaudio autem nunquam, gaudium loquor verum, donec ad vera & stabiliora bona perventum sit. GAV. Rebus prouisis humanitus conquiesco. RAT. Summa rerum humanarum labor & mœror, in his igitur requiescis? Durum caput, & loddice ferrea, & spinoso recubans puluiuari. GAV. Opiparè prouisa sunt omnia. R. A. Expectata

Etata puto mercium navis applicuit, periculum euasisti, extruxisti domū, exarasti aruū, putasti vineā, rigasti prata, compegisti areā, insecuisti arbores, effodisti riuos, texuisti sepe, columbarium erexisti, misisti greges in pascua, apes in alucaria, sementem in sulcos, nouas merces in maria, tuto loco collocatum fœnus, plena arcula, diues aula, cultus thalamus, referta horrea, spumans penu, prouisa dos filia, coniugium nato, empta populi gratia, blando ambitu, parta suffragia, prouum ad te opibus summis atque honoribus stratum iter, ô fœlicem te restat ut gaudeas. Hæc ni fallor conclusio tua est, mea vero longè alia restat ut moriari. Rarum valde inter homines, ut multo studio quæsitis multò fruantur tempore, longus labor, usus breuis. G A V D. Prosperè rebus euntibus stabili in statu sum. R A T. Quomodo autem rebus euntibus tu stes videris, ego nempe non video. G A V D. Rebus ad vota fluentibus lætus sum. R A T I O. Nunc igitur tempus est moriendi, speras ne hinc diu aliquem lætū esse? Morere dum lætus es, antequam esse moestus incipias. Quod iā dixi repperam. Est enim minimè tædiosa rerū vtiliū sed iucunda repetitio. Meministi ergo quid apud Ciceronem, Lacon ille ait seni Rhodia Diagore læto tūc valde leuib⁹ licet ex causis

quas audisti supra cùm de palæstricis agere-
 mus: Morere Diagora inquit, non enim cæ-
 lum ascensurus es. Graviter id quidem: Nam
 quid amplius expectet animus lætus in hac
 rerum tanta vertigine, nisi vt lætus esse defi-
 nat, esse tristis incipiat? Itaque opportunè ad-
 modum Diagoras consilio paruit amici, spe-
 ctante quidem & plaudente populo, inter vi-
 ctorum filiorum amplexus & oscula expira-
 vit, scriptum est in libro noctium articularum,
 & ad summam plures gaudio quàm tristitia
 periere. Omnibus ergo qui sapiūt, sed maxi-
 mè gaudentibus mors optanda, de hac sem-
 per & præsertim in tempore prospero cogi-
 tandum, illa cogitatio reliquas frænct. G A V.
 Laboravi, en quiesco. R A T. Omnes quidem
 id speratis, sed erratis in hoc omnes. Stylus
 enim vitæ alius multumq; finis à proposito
 diuersus. Hæc tua requies aut brevis aut fal-
 sa est, aut quod est verius, vtrunq;, qui hic re-
 quietem somniatis? Sic catenis vinctus liber-
 tatem, æger sanitatem somniat, sic sopitus
 esuriens opimas dapes: sed en dies vltimus
 aderit isq; confestim discussurus hæc som-
 nia. Nolite autem falli somniis atq; opinio-
 nibus falsis, quibus est plena vita mortalis,
 nolite vobis hîc requiem spondere, credite
 mihi tota quies hominum post laborē, mors.
 G A V. Omnia quæ in rem visâ sunt, suppetunt.

R. Su

R. Superuacua in rebus plura sunt quàm necessaria, sed hic humani animi mos est, vt professus ascensum cœli tanto studio se oneret, quâto vix exonerare debuerat, itaq; peregrino fasce curuatus, dum in altû niti vult, ruit, & pro cœlo illi terra est. G. Cumulata sunt omnia, iam in portu sunt. R. Nauigationis in fine igitur. Est enim præsens vita similima procelloso mari. Illius finis in littore, huius in morte, vterq; portus rectè dicitur. Profectò autem magna pars mortaliû aceruandis vitæ adminiculis anxia, inter ipsos apparatus rerum moritur, nîlq; iam vîtatius quàm vt vitæ studium mors præuertat, paucis accidit vt ad optata perueniât, hisq; ipsis tam citò diuturni quæstus vsus eripitur, vt gaudij breuitas quædam velut accessio sit doloris, de quo multos in morte queri solitos notum est. G. Iam peractis laboribus securus viuo. R. Et inter viscum ac laqueos securus auis volitat, piscis inter hamos ludit, inter plagas fera. Sæpe vbi periculi plus est & pauoris minus, ars fortunæ est vt licentius feriat, metum demit. G. Per omnem vitam laboravi vt in finem quiescerem securus. R. Securitatem & quietem tuam in præcipiti collocasti, & vixisti mœstus vt lætus more-reris, non insulsum vitæ mortisq; consilium, modo de securitatis & quietis & tristitiæ &

v 3 gaudij

gaudij qualitate conueniat. G A V. Omnia
 vndique conquisiui, quibus instructior vita
 esset. R A T. Immo verò quibus mors mole-
 stior: egisti planè negocium medicorum, iā
 frequentes aderunt stratumque circumstrep-
 pent: Aderant captatores testamentarij: erūt
 & qui gaudium premant, & qui fletum si-
 mulent, & qui tenacem spiritum, seram mor-
 tem taciti increpent, & qui crīsim seruent, &
 qui prognosticis inhient, & qui cadauer au-
 reum præstolentur, tot hæc tibi conquisita
 vndique vitæ conferunt, instrumenta, non vt
 melius viuas, sed vt comitator moriaris. Nō
 penitus operam perdidisti: iam & comites lā-
 guenti, & libidine sumptus & funeris pompa
 non deerunt. G A V. Conquisita sunt omnia,
 quiescendum est. R A T. Iam dixi, vitæ re-
 quietem & solatium quærebas, laborem mor-
 tis ac tædium inuenisti. G A V D. Cuncta di-
 sposui, prosperitas parta est. R A T. Congessi-
 sti, fallacissimæ ac fugacissimæ spei nidum,
 quæ vbi primum adoleuerit, euolet, mæstum
 & vacuum cor relinquens sæpe vel implu-
 mis pereat. G A V. Longo succedit quies la-
 bori. R A T. Breuis ipsa adeo fortassis vt nulla
 potius dici possit. Multorum sæpe studium
 annorū in momento excidit, immo cū sem-
 per ferè gradarij sint progressus, rarò non re-
 pētini exitus rerū sunt. G. Per longas curas ad
 securi

securitatis initia ventum est. R. Sollicita mul-
tū de principiis humana curiositas, sinē cæca
non prospicit. Densa venturi caligo temporis
mortalis acie frustra vit obtutus, deliberatio
vtrique nostra sit cōsummatio fortunæ, dicam
melius, dei est, cuius in manibus sortes sunt
hominum, non quas ipsi vobis opione vestra
spēq; improba fingitis, sed quas ille præsciē-
tia sua videt. Eius est autem illa vox, stulte,
hac nocte animam tuam repetent à te, quæ
autem parasti cuius erunt? Comminatio hor-
renda, quæ nisi spes somnósque mortalium
interrumpat, obsurduistis haud dubiè.

De potentia. Dialogus XCI.

G A V.

Potentia magna sum. R A T. Ergo & inui-
dia. G A V. Potentia multa sum. R A T.
Et in periculis multis. G A V D. Potentia
sum ingenti. R A T I O. Et laboribus infinitis
& inextricabilibus curis. G A V. Multa pos-
sum. R A T. Quo plus in alios potes, & plus
alii in te. G A V. Potentiæ est plurimum. R A T.
Quo potentiæ magis, eo maius in illam im-
perium fortunæ tepidè se exercet in parvis,
vberem eligit materiam. In magna lignorū
mole, crepitātius sæuit incendiū: magna pro-
speritas, magnæ viam faci aduersitati. Nec
quenquam facile planè miserum videbis,
qui

qui non valde foelix habitus fuerit. Non potest ignoti hominis, nota esse calamitas. G A. Quod volo & possum. R A T. Cura ergo ne quid mali velis, & scito quo potentiae plus, eo plus esse negocij minusve licentiae. G A V D. Potentia ingens sum. R A T. Quid scis an diuturna? Piget exequi qui potentes breui ad impotentiam, seu qui reges ad infamiae seruitium sunt redacti. Vepricosi & lubrici sunt humanorum gradus ascensuum, tremulus vertex, praecipitium horrendum, aegrè conscenditur ad eminentem statum, anxie ubi consistitur, grauitur inde & repente descenditur: id sic esse non singuli tantum reges aut populi, sed maxima etiam testantur imperia. G A V. Armis atque opibus potens sum. R A T. Vera & firma potentia in virtute fundata est: fundamentum si detraxeris, quo maior, eo periculosior structura. Quid implere opibus domos iuuat, arua ligonibus, maria classibus, si intus interea domestici hostes animum oppugnant atque expugnant? Vis ut te potentem fatear? Illos doma finibusque tuis pelle, vince iram, vince cupiditatem, vince libidinem, vince teipsum famae atque animae hostem tuum. Quanam ista potentia est, vincere alios, passionibus suis? G A V. Fundata in solido potentia est. R A T. Quo pacto cum vita ipsa mutetur assidue? O quid times imbecillum

lum animal! de potentia disputas, de anima interim periclitaris, quam dicto citius vel naturæ vis occultior, vel exigui morsus animantis, vel extremi contemptissimique homines sæpe potentissimis abstulere. G A V D. Potentia egregiè stabilita est. R A T. Vbi quæso? In harenis ac fluctibus, an in vëto, an in ipsa, ut perhibent, fortunæ rota? quin tu amice, malè susceptam pone fiduciam. Nulla hic stabilis potentia, utque vel improprie exprimam quod sentio, nulla potentia potens est.

De gloria. Dialogus XCII.

— G A V.

SEd inueni magnam gloriam. R A T. Magna in exiguo qualiter explicentur non intelligo. Si temporum, si locorum angustias metiare, magnam hic gloriam non esse fateberis. Non ingeram tibi ut terra omnis punctus est, cuius ipsius partem maximam natura fecit inhabitabilem atque inaccessibleem fortuna, ut tempus præsens puncto minus, idque ipsum semper instabile fugæque tam rapidæ, ut vix illam animo sequi possis: duæ reliquæ temporis partes semper absentes, ita ut altera nos lubrica memoria, altera expectatione anxia fatiget, ut omne simul tēpus, aut diluviis, aut æstu nimio, aut peste aliqua, aut cœli inclementia vel terrarum, aut deni-

v s que

que per seipsum lapsu proprio ita discriptum
 atque confusum sit, vt vna sæpe ætas prope
 nil habeat commune cum altera: neque mi-
 nus in temporibus quàm in locis videas exi-
 guo interuallo notissimum non agnosci. Hæc
 inquam & quæ sunt id genus plurima trans-
 eo. Vulgata sunt omnia quibus liquido cer-
 nitur quænam hæc mortalis ac terrena glo-
 riæ magnitudo est. G A. Quam cōditio mea
 fert gloriam sum adeptus. R. Si indignā, bre-
 uem hercle: at si dignam, gaude, nō quòd ha-
 beas, sed quòd meritus sis. G A. Gloriam quæ-
 siui. R A T. Gloria vera nisi bonis artibus non
 quæritur: vnde tibi partum nomen vide, sic
 intelliges an gloria vera sit, famam si casus
 dedit, eripiet. G A V. Multum est gloriæ. R A T.
 Caue ne quam gloriam veram putas, imago
 fallax sit gloriæ. In rebus hominum multa re-
 gnat illusio. G A V D. Plurimum est gloriæ.
 R A T. Vt nemo pauper magnæ pecuniæ fa-
 mam quærit nisi vt fallat: sic nemo ignauus
 magnæ virtutis opinionem: vterque tamen
 sibi conscius quicquid de se alij loquantur,
 quantum vel pecuniæ in arcula, vel virtutis
 in animo sit. G A V D. Insignis est gloria. R A-
 T I O. Si ex merito, modeste vtere ne super-
 bix illi notam applicuerit: si minus, fac ne
 diu populum fallas. G A V D I V M. Præful-
 gens est gloria. R A T I O. Vel mereri stude,
 vel

vel graue non tuum indumentum exue : in-
 glorium esse præstiterit , quàm mendacio
 gloriosum. Vera etiam gloria cum labore ser-
 uatur, quid de falsa speres? Cùm omnis fictio
 difficilis sit , tum difficillima est quam multi
 vndique obseruant. Rari nempe sunt glori-
 si, hos propter dissimilitudinem obscurū atq;
 inuidum vulgus odit. Graue est inter tot ho-
 stium insidias latere , præstringere omnium
 oculos non potes in te tanto studio defixos.

G A V D. Gloriosus appareo. R A T I O. Me-
 lius forsitan lateres & certè tutius. Hoc gra-
 uiter dixit is qui multa leuiter : bene qui la-
 tuit, bene vixit. G A V. Clarus latèque notus
 sum, longèque conspicuus. R A T. Liuior ab-
 dita penetrat rimaturque , putas conspecta
 prætereat ? Quid quòd pauci sunt quibus
 expediat apparere & conspici, pauci quorum
 famæ non noceat ad plenum nosci? Notis-
 simum Claudiani dictum : minuit præsentia
 famam : quanto magis illam minuit noticia?
 Rarò sunt homines quod videntur. G A V D.
 Gloriosus videor. R A T. Caua nube circun-
 datus delitescis: si parumper emergeris , quo
 plus gloriæ falsæ fuit, eo veræ plus erit infam-
 iæ. G A V. At gloria vera est. R A T. Id ne-
 mo te melius nouit: ita demum si externi iu-
 dicis incorruptum animum tuis in rebus as-
 sumpseris, gloria quidè, vt sapiètibz placet,
 quasi

quasi quędam vmbra virtutis est: illam comitatur, illam sequitur, quandoque etiam antecedit: quod in adolescentibus clarę indolis videmus, quos ante perfectam virtutem præconcepta de illis spes hominum claros facit, quę quibusdā velut stimulis generosos modestosque animos excitat atque erigit & impellit ad æquandam spem civium suorum, stultos autem tumidosque præcipitat. Hinc transformatio illa ridicula clarorum adolescentium in obscuros senes. Laus quidem sapienti utilis, stulto nocet. Ex his vides vmbra per seipsam esse non posse, rei cuiuspiam sit oportet. Vis ne igitur gloriam veram esse, fac ut vera & solida virtus sit.

De beneficiis in multos collatis.

Dialog. XCIII.

G A V.

Beneficia in multos contulisse gaudeo. **R A T.** Multos ingratos experiens dolebis. **G A V.** Beneficia in multos effudi. **R A T.** Rectè ais: nam si accipientium animos intueare, beneficiorum magna pars perditur. **G A V.** Multi meis beneficiis sunt obstricti. **R A T.** Quidam se obliuione relaxabunt: alij forsan iniuriis beneficia pensabūt, ut cessent iniurię, non cessabunt quærimonię, quàm multi de benefactoribus queruntur suis: ini-
quum

quum fateor, sed commune adeo, vt non tam crebræ de hostibus sint querelæ. Audisti apud Lucanum de Põpeio quærentem Phottinum, apud Senecam verò Sabinum de Augusto. Quid verò te ad literas aut antiquitatem voco? Vrbes medias contemplare: vici omnes lamentis talibus pleni sunt. Omnis autem ingritudinis triplex, nisi fallor, causa est. Inuidia scilicet quæ dum impensa aliis beneficia suas ducit iniurias, in se collata non aspicit. Superbia, quæ vel se maioribus dignam censet, vel præferri sibi aliquem indignatur. Cupiditas, quæ muneribus non lenitur sed accenditur, & dum quærendis inhiat quæ sita non meminit. Possem breuius, totius mali causam stultitiam dicere: ea verò non huius tantum, sed malorum omnium causa est ignorantia viri boni opinionumque peruersitas. Hinc nimirum pestes animi prodeunt, superbia imprimis & cupiditas, quibus nullum obsequium non contumax, nulla largitas non angusta est. G A V. Beneficus fui in multos. R A T. Aristotelica quædam magnanimitas fertur meminisse collati, accepti autem beneficii obliuisci, quæ sententia & si colore non careat, apud me tamen verus magnanimus cõtempтор mediocrium atque humilium est rerum, atque ideo quæcunque egerit, magna quanuis iudicio plurimorum, parua

parua sunt animo maiora quædam & rariora
voluenti: contrà si quid acceperit, quo alteri
fiat obnoxius, quanuis exiguum, graue est
libertatem amanti atque ad excellentiâ aspi-
ranti quòue quamprimum solui leuariq; ve-
lit. De hac igitur re Annei Senecæ dictum
probo. Beneficium, inquit, qui dedit taceat,
narret qui accepit. Eleganter nempe duo be-
nificentię seu venena, seu vulnera sunt. Hinc
exprobratiõ largientis, hinc recipientis obli-
uio, vtraque mater ingratitudinis ac benefi-
cij nouerca. Illa ingratitudinem parit in alte-
ro, hæc in se. Illa quoque beneficium in se
extinguit, hæc in altero. His tot malis aptis-
simè illo Senecæ consilio medeare. G A V D.
Multis benefici. R A T. At pluribus non fe-
cisti, qui se spreto & contempto dolent. Est
autem, nescio quidem vnde, firmior offensa-
rum quàm beneficiorum tenaciorq; me-
moriam. Sæpe singulis beneficiis aut nullos
aut singulos amicos obliuiosos & tepidos,
hostes autē tibi multos feceris memores ac
feruentes. G A V D. Multis multa ac magna
contuli. R A T. Sunt multi quibus profuisse
periculum sit, quidam paruo amicum, ma-
gno hostem beneficio quæsiere, quod & exi-
gui debitum leue, retributio prona est, ma-
gna autem & debere pudet & piget reddere,
& nihil est tertium nisi, vt desinat esse cui de-
beat

beat qui inuitus debet. Ita dum debentem pudor beneficij expertos dolor agitat, inter Scillam & Caribdim fertur cymba benefici, effectumque vt multos qui parce atque il- liberaliter tui vexissent, liberalitas insignis in discrimen traxerit. Siquidem inter ma- los impune bonum esse non licet, durum di- ctu, sed dicendum tamen: animal ingratus homine nullum est. G A V. Latè me benefi- cum præbui. R A T. Quidam sunt benefici, nec tamen beneuoli, quos magnitudo sta- tus atque hominum necessitas multa largiti cogit, his etiam quos non modò non dili- gunt, sed nec noscunt quidem, quibus si se ob beneficia charos sperant valde eos fallit opinio. Nemo facile non amantem amat. Murus nexus animorum: reciprocus est amor. Munera sæpe necessitati, amor verò iudicio tribuitur. Vt ergo beneficia bene collata, & læta fronte pioque animo dignis exhibita nunquam gloriosa negauerim, sic multa, immo verò partem maximã seu hæ- dantium seu accipientium culpa est perdi ac- proiici, nemo vsquam est qui dubitet: & est facilius breuiorque ac rectior, quàm supra tibi ostendimus, amando scilicet ad amo- rem via, qua pergenti verum quoque si be- nefici nomen accesserit, clarũ te supraq; fidẽ multis amabilem efficiet. G A V D. Multa &
ma

magna contuli. R A T. In rebus non quid sed qualiter, quóue animo fiat, refert apud deum atque homines, & magna sæpe inuisa, & modica grata sunt, nudum præ omnibus cor attendi, & sacrificio pauperis probatur & munere.

De amore populi. Dialogus XCIIII.

G A V.

POpulus me amat. R A T I O. Subsisce paululum mox oderit. G A V. Populus me diligit. R A T. Ne propera, nondum finis, ut dies vnus, sic vita omnis à fine describitur. G A V. Populo charus sum. R A T. Quis illi Scipionibus charior, quis Camillo, quis Rutilio ac Metello? Quid Themistoclem loquar aut Milciadem, quid hoc genitum Cymonem aut Aristidem, quid Thesea, quid Solonem, quid Hannibalem, quid Lycurgum? qui ciues, oro te, quàm quisque quàm breuiter populo suo charus, omnium notus finis, & vel in contéptum, vel in odium versus amor atque indigna rebus præmia, fori labor, accusatio, mors, exilium, catenæ. G A V. Multis in populo charus sum. R A T. Malis igitur, pauci enim boni, atque malorum malis artibus quæri amorem constat. Si verò similitudo quædam parit amicitias, ut prudentibus placeat, qui sis æstima, qui multus in populo charus

rus sis. G A V. Populus me amat. R A. Serenum
 hybernium, aura æstiuæ, quies maris, lunæ sta-
 tus, amor populi, paria hæc si cōferantur mo-
 bilitatis vltimo palmam do. G A. Populus me
 honorat. R A. Labiis credo, cor autem eorum
 longè est à te. nō est enim tibi fidelior quàm
 deo. Rarò quicquam ex animo facit vulgus
 nisi tumultuari & furere & sæuire. G A V. Po-
 pulus me veretur. R A. Non faciet diu. Facile
 enim ruit quod non certo iudicio stabilitum
 est. G A V. Ardens in me populi fauor est. R A.
 Ardenti principio sæpè medium tepens, fi-
 nis algidus fuit, quod haud crebrius vlla in
 re quàm in studiis populorum cernas. G A V.
 Populus me laudat. R A T. Stultorum laus
 apud doctos infamia est. G A V D. Populus
 me suspicit. R A T. Leui rerum alternatione
 despiciet, semper enim alterum extremo-
 rum tenet: medium verò nunquam, vt qui
 habitantem ibi hostem metuat. G A V. Popu-
 lus me colit. R A T. Mirabor si tam inculto
 cultore fructifices. G A V D. Populus benè de
 me sentit. R A T. Sine vilo defectu iudicare
 solitus vtranque in partem, itaque vulgi sen-
 tentia veros inter iudices contrarij argu-
 mentum est. G A V. Populus benè de me æsti-
 mat. R A T. Suspecta sanis ingeniis æstimatio
 insanorum: malle me populo incognitum
 quàm probatum. G A V D. Populus multa de

x

me

me loquitur. R A T I O. Et tu ergo popularibus auribus fidis atque ageris: quod licet magnis olim viris euenisse noueris, non minor tamen est vanitas gaudere statu tenui & incerto. G A V D I V M. Populus me miratur.

R A T. Et ego te miror qui hoc in gloriam tuam trahas. G A V D I V M. Populus me amat.

R A T. Non hæc laus, sed fortuna est tua, populi mos est vt sæpe amet indignos, sed à quibus indigni amoris sæpe dignissimâ fert mercedem.

De occupata tyrannide. Dialogus xcv.

G A V.

INuasi tyrannidem in ciues meos. R A T. Re-
pendisti dignam vicem stultis amantibus.
Illi te æquo altius extulerunt, illos tu iniquo
iugo seruitij depressisti. G A V. Tyrannidem
arripui. R A T. Abstulisti libertatem aliis, se-
curitatem tibi, requiem vtrisque. G A V. Ty-
rannidem consecutus sum. R A T. Statum cer-
ti laboris, euentus ambigui, sed vt plurimum
infortelicis. Non te ad historias veteres atque
externas mittam: quis Phææi Alexâdri exi-
tus? quis Dionysij Syracusij? quis Agrigen-
tini Phalaridis? quis Anponis Pœn? quis Ele-
archi Heraclideanis? quis Ephyrensis Aristoti-
ni? quis Lacedæmonij Nabidis? quis Hip-
parchi denique Atheniensis, quem occidisse
immor

immortalis gloria interfectoꝝ fuit? Non ad recentiores atque domesticas, Cassium Meliũque, & Manlium Romanos ciues, Catilinã quoque & Gracchos, & Apuleum, non Tyrannos quidem, sed tyrannidem affectantes, inque impiis conatibus deprehensos, cœptoque prohibitos atque oppressos. Non postremo ad illos, qui maiores non meliores iusti velo imperij trucem texere tyrannidem atque iniustam, Caium scilicet ac Neronem, Domitianum & Commodum ac Bassianum, reliquosque eius ordinis, solo nomine principes, quorum mens tyrannica ac tyrannicus finis fuit, sed ad alios quos auroꝝ patrũque memoria, seu etiam quos ætas ac regio præsens vidit: hos ego ne distantibus te fatigem, circumspicere & contemplari iubeo, videbis vñtatum, & communem Tyrannorum exitum, aut gladium, aut venenum, verẽque illud à Satyrico dictum dices: Ad generum cereris sine cæde & vulnere pauci Descendunt reges, & sicca morte tyranni. G A V D I V M. Tyrannidem in ciues exerceo. R A T I O. Prædam atque carnificinam auro implendus, & sanguine auri sitiens monedula tenaxque, nec misura cutẽ nisi plena cruoris hirudo. Sed qua fronte, quove animo seu sanguinem illum fundis, pro quo seruando si homo esses, sanguis

quis tuus ultro tibi fundendus erat, seu ciuibus tuis aurum rapis, quod diris prædonibus largiaris, spolians qui tuis pascendi opibus fuissent, ditansque à quibus omni ingenio extorquendum legis, sic maiorum, vel exempla, vel monita viluerunt. Sed hoc pessimum habet Tyrannorum vita, ut quibus fidendum est metuant semper, fidantque quibus fidei nihil est, totumque hoc malum, hinc immeritis irrogatæ iniuriæ faciunt, hinc indignis erogata beneficia, & ambitione turbatus ordo rerum, amici ex hostibus, hostes ex ciuibus. G A V. Tyrannus patriæ meæ sum. R A T. Nunquid id esses si illam tuam esse patriam meminisses? Si obuersaretur animo publicæ matris effigies, nunquam fratres lacerares tuos, cum quibus æquam pueritiã atq; adolescentiam egisses, eodem cælo vsus, iisdem aquis, iisdem atq; sacris, iisdem festis diebus, iisdem ludis & luctibus, qua nunc mente de illorū tergo potes ludere, atq; illis flentibus gaudere, qua postremò impudētia in ea vrbe viuis in qua vitã tuã omnibus scis inuisam, mortem cunctis optabilē, ubi esse neminem certus es, qui nō malè perditū te velit, lupum mihi de grēge sœuissimū? G A. Tyrannidē accepi. R A. Si præterito præsens tempus cōfers, durā te ac miseram subiisse sarcinam intelliges: tutam agebas & quietam vitam, dehinc

nisi

nisi sceleri iungis amentiam : nulla tibi sine metu ac tumultu animi dies, nulla nox ibi, nullus non suspectus cibus, nullus sopor imperterritus, dum vbique cervicibus impendentem videris mucronē, quem amico opes fortunāsque suas miranti, nō ineptē mōstrasse traditur Dionysius, tyrannus quidem, sed tyrannidis æstimator acutissimus. G A V. Ferro mihi tyrannidē acquisivi. R A. Ferro quæsitam, ferro etiam servaturus, ferro forsitan amissurus. Præclaras planè diuitias cōparasti esse omnibus odiosum atque terrificū, quodque hinc sequitur tibi te perpetuo gravem metu. Vt enim periculi nihil sit, quod in quibusdam urbibus natura ciuium præstat apta servitio, quando tamen pavor aberit animo recolenti, quid ille huius quod legitimi nomen habet imperij metator ac fundator primus audiuit à Laberio Romano equite, necesse est inquit multos timeat quem multi timeant. Cuius dicti ratio illa est, quam posuit Naso: quia quæ metuit quisque perire cupit: positam prius ab Ennio, vbi ait : quem metuunt oderūt: quem quisque odit, perisse expetit. Vt tamen & periculum & metus etiam omnis cesset, quod nonnullos Tyrannorum vel nutrita publicis malis audacia, vel nota ciuium spondes ignavia, An non saltem vlla est pudor his præesse quibus te subesse sit dignius,

gnius, præter iniustam vim rebus omnibus
 imparem. G A V. Tyrannidem indui. R A. Hu-
 manitatem ergo & iustitiam exuisti, simul &
 procellosam vitam & cruëtam aut eertè du-
 biam mortem elegisti. Infœlix, de quo sola
 patria quæ te genuit atq; aluit, mortem spe-
 ret. An verò non ille sat miser est quem mi-
 serum volunt omnes? An non ille miserrim-
 us, qui tam miser esse non possit, quin sit
 dignus esse miserior? G A V. Habeo summum
 inter ciues locum. R A T. Habes in ciuibus ty-
 rannidem, in arenis domũ, in vepribus stra-
 tum, in præruptis sedem, in rapinis inopiam,
 in miseriis inuidiam.

De regno & imperio. Dialogus XCVI.

G A V.

ECcè autem iure rex sum. R A T. Id enim
 verò occultum diu esse nō poterit, quid
 intersit inter regem tyrannũque iam dixi-
 mus. Quid autem iuuat dici regem si tyran-
 nus es? Non in specioso cognomine, sed in
 vera iustitia regis regnĩque salus sita est. Mi-
 nus mali reor in quæsitum dominium refor-
 mare, tẽque de reliquo sic agere vt rex verus
 appareas, quàm regnum iure partum, in quo
 iustè successeris parenti, tyrannica vexatio-
 ne diripere: plus enim veræ laudis in pro-
 gressu ac fine quàm in principio rerum est.

G A V.

G A V. Rex sum. R A T. Melius sub iusto rege
 ageres atque tranquillius quàm rex ipse.
 G A V D. Regni solium conscendi. R A T. Lo-
 cum latè conspectum patentemque omnium
 iudiciis, eoque periculosum ignaviae, labo-
 riosum verò difficilémq; virtuti. Bonus enim
 rex servus est publicus. G A. Regni solio eve-
 ctus sum. R. Vt meritis videre, tuas res tē-
 que ipsum obliuiscere, populū tuum & Rem.
 publicam cogita: quo die primū rex fuisti,
 tibi moriens, aliis vivere incepisti, quoddque
 durissimum est, ingratis & iniquis æstimatori-
 bus laboris tui. G A V. In regiam veni. R A T.
 Aliquid ibi forsan perituræ gloriæ reperta-
 rus, sed quietis nihil. G A V. Iustè regno. R A.
 Bene agis gratissimamq; rem deo. Scito au-
 tem servire te querulis, & vix tibi ante obi-
 tum gratiam relaturis. Rarò tam iustus quis-
 quam regum sit, vt non charior populo suc-
 cesor foret, is cum venerit, alter optabitur.
 Hi sunt vulgi mores odisse præsentia, ven-
 tura cupere, præterita celebrare. Quando
 ergo defuerint querelæ, si omne præsens bo-
 num sordet, nihilque omnium placet nisi
 quod cruciat seu perditum seu speratum. G.
 Sceptrum & diadema sortitus sum. R A-
 T I O. Fulgidas compedes, claramque mise-
 riam, quæ si plenè omnibus nota esset, crede
 mihi non totiens vno de solio litigarét duo,

sed plura essent regna quàm reges, G A V D. Purpuram indutus sum. R A T. Non cultus exterior, sed internus habitus & mens regia regem facit. Alexandri Romani principis dictum fuit: imperium in virtute non in decore consistere. G A V D. Ad regnum prouchor. R A T I O. Nunc indubio vertitur subiectorum status, an foelices ea quæ hic fingitur foelicitas, an miseri sint. Nempe mortalis regni foelicitas rex bonus, te in dubio labor manet & graue negocium. G. Rex sum, nil non licet regi. R. Nulli minus: immo verò quod olim licuit iam non licet. Et fortè si de regno licentiam aucuparis, non te regem noueris, sed tyrannum. G. Rex sum atque omnia possum. R. Immo nihil nisi quod decet regem, cuius vt dixi, minor licentia quàm priuati est. Sin hoc calle voluptatem petis, falleris, & tota, vt aiunt, erras via: Voluptas à tergo longe est, hac ad laborem itur & ad gloriam. G. Rex sum eritque mihi iam certa tranquillitas. R. Immo si qua olim fuit, periit, stultus nauta qui relicto portu in altum vela facit, tranquillitatem quærens. G. At Romanus Imperator factus sum. R. Clarissimum nomen, sed durissimum officium. Magna seruire difficile est, quid collapsa erigere, sparsa colligere, recuperare perditâ, deformia reformare & deserti culturam ruris

mul

multisque diu neglectam suscepisti, multis
 egent dura arua ligonibus, multis prata ri-
 uis arentia, æstuandum algendumque tibi
 est si successerit, tu hinc laudem, reliqua suc-
 cessor tuus meret, illi seueris, sera est messis,
 multas poscit ætates. **G A V D I V M.** Ascen-
 di ad imperium, iam quiescam & securus
 viuam. **R A T I O.** Falsa te habet opinio, nun-
 quam minus, tu ne in excelsum montem ut
 ventos & fulmina euaderes ascendisti? Non
 legisti Horatianum illud: Sæpius ventis agi-
 tatur ingens pinus, & celsæ grauiore casu de-
 cidunt turres, feriuntque summos fulgura
 montes? Et quanto aliter de hac status emi-
 nentia sentiebant experti principes, Augu-
 stus & Diocletianus, quorum alter, ut legi-
 mus, de dimittendo imperio cogitauit, alter
 autem dimisit imperium, nec reuocatus as-
 sensum dedit. Quanto aliter Marcus Aure-
 lius & Pertinax, quorum primus adoptione
 ad spem imperij euocatus, solito tristior ef-
 fectus mirantibus amicis, multa de malis
 imperij disputasse, alter imperator effectus
 semper imperiū horruisse memoratur. Ma-
 gnus est ad imperium ascensus, magni in
 imperio labores, magni quoque cum ascen-
 deris, ex alto casus. Si mihi nō credis, Iulium
 Cæsarem interroga, Caium quoque Caligu-
 lam, & Claudium, & Neronem, & Galbam,

x s

Otho

Othonem, Vitellium, Domitianum Commodum, Pertinacē de quo proximē dictum est: Bassianum præterea & Macrinum cū filio Diadumeno, fœdissimūque omnium Heliogabalum, longēque dissimilem moribus Alexandrum, vtriusque etiam quòd mireris cum filio matrem. Maximos quoque & Maximianos, & Maximos & Gordianos Præterea & Philippos, & Decium, Gallūque & Volusianum, & Valerianum insigni calamitate notabilem, & contempore paternæ miseræ Galienum, Aurelianū denique & Probum, Iulianum, & Licinium, & Cōstantium, & Valentem, & Gratianum, Valentinianum: ac ne ad fastidium cūcta complectar, totam, illam tyrannorum simul & principum feriem percūctare, vno tibi ore omnes responsum dabunt: eodem se calle ad ruinam atque imperium ascendisse, & tu illis tibi requiem fingis ad securam vitam, vbi omnes periculum & laborem, multi miserabilem viræ exitum inuenere? Non hoc sibi fingebāt illi quatuor, quos ab initio nominavi: non Antonini pij principis maternus auus Arius Antonius homo sanctus, vt historiæ loquuntur, vt ego fateor, vir prudens Neruam miseratus quòd imperium accepisset. Verè enim frustra principes premit inuidia, cū illis potius miseratio debeat. CAVDIVM. Sum Imperator
& vl

& vlcisci possum. R A. In hostes publicos forsitan non in tuos. Illis enim si verus es princeps, hoc tuo ascensu securitas parata est, priuatis affectibus pietas publica frenum stringet. Non potes huius aut illius hostis esse, ex quo pater omnium esse meruisti. Id in ciues principi iuris est, quod in filios patri. Iustus princeps pater patrię est: nullum ex omnibus titulis hoc gratius summus ille principū Augustus accepit, vt qui compresso adolescētis impetu, patris nomen implere decreuerat: tibi ergo qui hostes fuerāt, iam filij sunt. G A V. Imperator sum, vlcisci potero. R A T. Vti hac potentia non debebis, & sic habe, summi imperij potestatem excellētibus & fortunę paribus animis, esse venię materiam non vindictę, cuius eo auidior quisq; , quo vilior infirmiorq; animi ac virium est: qua in re meminisse profuerit illud Hadriani principis, qui vt scriptum est, vni quem capitalem habuerat, factus imperator dixit: euasisti. generosum planē verbum ac magnificum verēq; Cæsareum. G A V. Imperator sum, eritque iam thesaurus par impensę. R A. Ad rapinam vox hæc spectat, est vt aliarū rerū, sic sumptuum fluxus quidam ac vorago, cui nihil est satis. Lōgum est mortaliū hac in parte, sed imprimis Romanorū principū furores stilo æquare: paucos tamē ex omnib. eorumq; ipsorum
pauca

pauca de multis attingam. Conspēctissimū
 ille quidem Caij furor, Baias atq; Puteolos
 ponte iungentis atque illum tumidi maris
 sinum primum equis, mox quadrigis trium-
 phaliter permeantis. Quid aceto liquefactas
 memorem margaritas, precij ingentis, appo-
 sitosque conuiuiis panes aureos atque au-
 reas dapes, quibus non famem compescere
 conuiuarum ut mos est, propositum illi esset,
 sed imperij opes spargere, atq; illorum aua-
 riciam irritare? Adde effusos in plebē num-
 mos turpidosq; & profundo mari iactas mo-
 les, durissimas rupes scissas, campos æquatos
 montibus, & campis iuga montium, terra il-
 linc addita, hinc detracta, tā subito ut natu-
 ræ miraculum vim passæ cum celeritate cer-
 taret: nempe cū dilati precij operæ mors
 esset, quibus prædecessoris sui Tiberij the-
 sauro ingenti, diuitiisque omnibus imperij
 intra anni spaciū exhaustis, ad inopiam fœ-
 didissimasque rapinas est compulsus. Illud in-
 ter ista nō numero, quod Corinthium mon-
 tem Isthmum perfodi animo destinarat, & si
 sumptuosissimum opus, tamen ut perhibent
 nauigantibus vtile, quo duo maria iungeren-
 tur, & à Brundisio Athenas, aut Chalcidem
 Byzantiūque petentibus flexus ingens re-
 mitteretur Achaia. Huius comes ac victor
 amentia sequitur Nero, cuius enormiū im-
 pensarum

pensarum nullus est modus, in ædificando
 præsertim, in quo omnes prodigos & se-
 ipsum vicit. Nulla alia in re damnosior, ut de
 illo scribitur, vnus ex mille furoribus attingendus est, domus à Palatino ad Esquilinum
 collem porrecta & magnam partem vrbis
 occupans, ut non immerito inter conuicia,
 quibus liberrima plebis indignatione pro-
 scissus est, illud quoque iactatum sit: Roma
 domus fiet, Vehios migrare Quirites, si non
 & Vehios occupat ista domus. Hanc auream
 dici voluit, nō ineptè quidem signans nomi-
 ne precium. auro enim & gemmis crustata
 ac stellata domus fuit, tantæ altitudinis ut in
 vestibulo colossus cētum viginti pedum sta-
 ret. Intus porticus atq; aulae laquearibus au-
 reis atque eburneis tabulatis, & conuexa do-
 morū cœli instar vi propria sese sensim die-
 bus ac noctibus sine intermissione voluen-
 tia. Stagnum quoque maris æmulum ædifi-
 ciisque circumdatum littore vrbis in morem:
 rura præterea & pascua & vineta & sylvæ
 omnium generibus animalium refertæ. In hac
 domo quantum cōiecturis ad verum via est,
 illud quod colosseum vulgo dicitur medium
 fuit, cuius nunc etiam ruinæ stuporem spe-
 ctantibus afferunt, & hæc omnia dum quod
 miraculum rei auget, Romæ medio cōsum-
 masset. Ita non dicam excessisse, sed nec im-
 plesse

- plesse quidem imperatoriz domus modum
 visus est sibi vt dedicans domum ipsam non
 amplius miraretur quam vt hoc solum dice-
 ret: iam tãdem quasi homo habitare incipio.
 Mitto illa leuia, quòd vestē nullā bis induit,
 nullū iter minus mille carucis egit, calceatis
 argento vsus mulis, aureo rete piscatus est,
 purpureis atq; coccineis funibus, ac reliqua
 fidem excedētia simul & tædiū paritura. Sed
 quis illa non stupens legit, stupentiórq; aspi-
 cit? Vestigia enim extāt, piscinā illā cœptam
 à Miseno ponte, venturamq; vsq; ad Auernū
 lacum miris circumseptam cōtectāmq; por-
 ticibus fossamq; illā ab Auerno vsq; Hostiā,
 per tantū viæ spaciū, totq; obuios montes,
 vt inducto mari sine maritimis casibus naui-
 gās & terræ laborem & pelagi fastidium de-
 clinaret: longitudo quidem, vt nunc incolæ
 metiuntur, nota omnibus vt Tranquillus nu-
 merat, millia passuum centum sexaginta. La-
 titudo autem duarū capax quinquerecium
 ex aduerso iter agentium neq; se impediē-
 tiū cōcursu: quod opus si expleffet. Italiā om-
 nēmq; rempublicam exhausisset, tātis autem
 mūdi malis mors sola cōsuluit. Hunc sequi-
 tur Aurelius Verus, qui, vt omitam cætera,
 cœnam illam fecit, cui si par prandium face-
 re voluisset, nescio an Romana res sufficere
 potuisset. Quo audito frater eius Marcus
 Aure

Aurelius, tam modestiæ amicus quàm hic hostis, ingemuisse fertur, reipublicæ miser-
tus & imperio collabēti. Linquo alios: nimis
multi sunt enim, nec me fallit posse ex vobis
longiuscula hæc videri remedia breviora
pollicitis. Sed delectat interdum doctum seu
doctrinæ deditum frugique hominem stul-
torum insanias audire, quæ illi quasi pro cō-
tratio signo sint, vnde sibi, vt aiunt, remis ve-
lōque fugiendum sciat. Hæc autem eò spe-
ctant, vt recogites quid est quòd thesaurum
impensæ parem speras: vt enim frugalitati &
modestiæ haud sanè magnis thesauris est
opus, sic prodigalitati & luxuriæ neque the-
sauri neq; imperia ipsa sufficiūt. Et hæc cau-
sa, non tantum mediocris fortunæ homines,
sed principes quoque penè omnes, eos dico,
qui nepotino victui operam dedere, necessa-
rio in rapinas & prædā misit, quæ multis fe-
stinatæ miseræq; mortis occasio fuit. G A V.
Nunquid vnius hominis impensæ, tot vrbes
non sufficiēt? R A. Hi tibi respondeāt, de qui-
bus multa dixim⁹, innumerabilesq; alij, quos
par pestis pari dedit exitio. Ad summam ve-
rò profundissimum hoc sumptuum, vt sic di-
cam, specus, quasi illud olim Curtij non opi-
bus expleri vllis, sed virtutib⁹ ante alias mo-
destia cohiberi constringiq; potest. In quod
maximè proderit meminisse, alienum esse
quod

quod prodigis, & hic quoque vnū aliud Hadriani verbum sæpe ad memoriam reuocasse, quod sæpe ille & in concione & in senatu legitur dixisse: ita se rempublicā gesturum, vt sciret populi rem esse non propriam. optimo principe dignum verbum. G A V. Regno, & vltio mea est. R A T. Tua quidem minimè, neque enim mentitur is qui ait: mea est vltio. Profectò autē si verus es rex, nihil tuum minus est quàm vltio, nihil maius quàm clementia, Natura vtinā, vt apum, sic hominum reges aculeo exarmasset: nunc libero animali exemplum dedit, non eripuit libertatem: meum est, quod illa non cogit hortari. Respice paruum illud, sed diuinum animal, pone & tu non in vulnere, sed ante vulnus aculeū. Plebeium enim illud: hoc regium: Alioquin vt sine iustitia, sic sine clementia rex nō eris, ac ne homo quidem, sed quod in fabulis dici solet, coronat⁹ leo. G A V. Imperator sum Romanus. R A. Habes Augustum, habes & Neronem & Vitellium quem sequaris. Ad hos tres tota non modò omnium principum, sed hominum turba restringitur. Hinc ergo tibi ducem elige. Si recentioribus delectaris, habes eiusdem ordinis Traianū, Decium, Galienū. G A V. Sum Romanus imperator, mundi dominus. R A T. Fuit quando id dici prope veraciter poterat, quorsum verò redierint
res

res vides , vt intelligi detur quam sit tutum
 stultis & ignavis magna committere, quanta
 prouidentia , quantum in furorem , quantus
 labor, quantaque diligentia, quantum in tor-
 pore incidit. Non est amplius gaudij mate-
 ria. Romanum imperium, sed humane fragi-
 litatis & fortunæ variantis indicium. G A V.
 Imperio clarus sum. R A T. Clara nomina res
 obscuræ, mundi fraudes, humana credulitas,
 hi sunt vñci, quibus huc illuc faciles animi
 trahuntur. Pulchrum imperij, pulchrum re-
 gni nomen, sed imperium & regnum difficil-
 lima omnium officia si rite geratur: alioquin
 & periculosa prorsus & mortifera, neque de
 nihilo dictum illud regium laudatur, diade-
 ma nobile potius quàm fœlicem pannū, ple-
 num curis periculisque & miseriis multis,
 quem cognoscens nemo non ambiat modò
 aut parto gaudeat, sed nec oblatum vltro re-
 cipiat, aut abiectum humo leuet. Proinde ex-
 pergiscimini aliquādo mortales aperite ocu-
 los, néve semper falsis caligat fulgoribus:
 vestra metimini atque æstimate corpuscula,
 circumspicite quibus septi estis angustiis, no-
 lite geometras ac philosophos contemnere,
 terra omnis punctus est, vos caduci ac fra-
 gilis & incerti exitus, & cū iuuenes & cū
 sani estis cum morte luctamini, & cū ascē-
 dere creditis, descenditis, & cū stare vide-
 mini

mini tum maxime ruitis, nec vllum animal
 magis suarum virium obliuiscitur: ac saepius
 vermes semimortui regna & imperia som-
 niatis. Mementote vos punctum perexiguum,
 seu verius punctum, vt sic dixerim, puncti bre-
 uis, immo ne millesimam quidem puncti par-
 tem possidere. Hac superbi incolae premitis,
 mox premendi, neq; amplius ex vniuerso pos-
 sessuri, quam quod frigentibus membris ac
 pallidis occupatis. Item nunc caeci & insani
 elatoq; vultu tumidi, quod natura angustat
 laxate animis, & vincti immensa & moribun-
 di immortalia cogitate, inq; hoc nihilo ridi-
 culofas & insanas insolentias ad momentum
 rapidi temporis hic rapinas, hic iniurias, hic
 vindictas, hic spes anxias, hic honores va-
 rios, hic cupiditates inexpletas, hic furores
 demum vestros, hic regna, principatus & im-
 peria, hic classes, hic acies, hic bella molimi-
 ni. Cum multum insanieritis, siue imperatores
 fueritis, siue aratores, seu diuites, seu mendi-
 ci corpus vestrum putris terra, vita vestra, fu-
 mus leuis magno flatu pulsus fuerit, & vix
 tandem sero quidem cognoscetis viam hanc fuisse
 non patriam, totumq; hoc regni & imperij
 falsum nomen. G A V. Imperator factus sum.
 R A T. Stulti cum imperatores sunt, homines
 se esse non recolunt aut fuisse. Quale est illud
 Tiberij Caesaris, qui amicum volentem eum co-

me. nq

moratione quorundam actuum in memoriam
 pristinae familiaritatis adducere, cum vix
 aperto ore hoc vnum verbum emisisset, me-
 ministi, praeueniens interrupit, nec passus est
 explere quod coeperat, sed repente ait: quid
 fuerim non memini, vocem improbam ac su-
 perbam, nec amicitiarum modo, sed totius
 humanitatis immemorem. **G A V.** Ad Roma-
 num imperium ascendi. **R A T.** Quid hinc gau-
 des? & in eculeum ascenditur & in crucem.
 Contra verò & in lectulum & in sedile de-
 scenditur, & saepius in imo quies habitat.
 Nonnullis opprobrium, multis supplicium,
 amantibus labor est scandere.

De exercitu armato. Dialog. XCVII.

G A V.

Exercitum armatum habeo. **R A T.** Mina-
 bar nisi regnum atque imperium exerci-
 tus, hoc est miseria miseriam sequeretur. At-
 qui Seneca Scipionem Africanum caelo te-
 nus attollit, non quia magnos duxit exerci-
 tus, quos & furiosi nocentesque duxerunt, sed
 ob egregiam moderationem, quam nunquam
 esse dat exercitus, saepe eripit, saepe minuit.
 quae enim tam solida virtus est, quam tor sce-
 leratorum, torque carnificum cruciorum con-
 versatio exemplumque non deterreat. **G A V.**
 Magnū habeo exercitū. **R A T.** Habes unde in
 y 2 campis

campis vitam agas. Neque enim aut vrbes exercituum sunt capaces, aut bene ciues togati militesque cohabitant armati. GAV. Fortissimum habeo exercitum. RA. Habes belli materiam, pacis excidium: si hinc gaudes, ad ecclestem certè non partines ciuitatem. GAV. Habeo exercitum ingentem. RAT. Habes vtrunque ad latus hostes armatos, quos nec murus à te separat nec vallum, anceps profectò negotiū & grane. GAV. Mihi multæ sunt & validæ legiones. RAT. Harum tædia nemo facile atque molestias insolentiâsque dinumeret, sed tu omnia experiendo condisces: & quanto sit satius solum viuere quàm cū multis legionibus. profectò nullæ iniuriæ, nulla perfidia, nulla crudelitas castrensiū moribus comparandæ sunt. Intelliges per teipsum quàm sit verus, pueris quoque notissimus ille versiculus: nulla fides pietâsq; viris qui castra sequuntur. GAV. Magni dominus ac rector exercitus sum. RAT. Tutius pastor tigridum forsitan ac vrsorum esses. Possunt mansue fieri corda ferarum, ac quorūdam hominum non possunt: & minantur: antequam feriant feræ: odia hominum improviso erumpunt, hi quos tuos reris, qui te dominum vocant, heu quam paruo precio venale genus & instabile, quam leuibus ex causis mutabuntur, & ex militibus hostes fient. Blandi vultus
in

in horrorem dataꝝq; tibi dexteræ, tuam forſitan in perniciem conuertetur, neq; ſi fiat nouum erit aut inſolitum. Ad Placentiam fuit motus ille terribilis, quādo aduerſus Iulium Cæſarem ſuus exercitus inſurrexit, de quo dictum eſt: quem non ille ducem potuit ter-
rere tumultus: Cæſar autem illa incredibili ſua conſtantia ac virtute motū omnem com-
preſſit, & punitis auctoribus quietauit exer-
citum atq; ad obſequiū reduxit. Pecit idem ad Antiochiā Alexander ille Romanus prin-
ceps, ſucceſſitq; magnificè. Sed procede pau-
lulum, breui idem non ab alio quā a ſuis
militibus interfectus eſt. Eodem modò iam
Pertinax ante perierat: ſic duo poſtmodum
Maximi pater & filius, ſic Balbinus & Maxi-
mus, ſic Probus dux clariffimus, ſic Gratia-
nus & Valentinianus iunior, optimi fratres.
Ille a ſuis legionibus, hic a ſuo comite pro-
ditus: ſic innumerabiles alij a ſuis hoſtibus
inuiſti, ſuis exercitibus periere, & quos mili-
tes appellabant, inuenere carnifices. Vide er-
go quo gaudeas: tuus hic exercitus trux, im-
mitis, utq; ait ille, belua multorum eſt capitiū,
nihil non auſura, ira illam vel inopia vel au-
ricia irritate. G A V. Mihi exercitus ingens eſt.
R A T I O. Pompeio quidem Theſſalico præ-
lio, ut ait Florus, nihil magis exitio fuit
quā ipſa exercitus magnitudo, & ferme in

342 F. PETRARC. DE REMED.
omnibus bellis maior semper exercitus suc-
cubuit, minor vicit.

De classe instructa. Dialog. XCVIII.

G A V.

CLassem habeo instructam. R A T. Et in-
structos aër ventos, instructos æquor
fluctus & instructos scopulos, terrestre ani-
mal quid tibi cum pelago? G A V D. Instructa
est classis. R A T. Instructæ tempestates, in-
structa naufragia, periculis tuis gaudes & la-
boribus & impensis, quarum nullus est mo-
dus: vestrarū omnium insaniarum sumptuo-
sissima est classis. G A V. Classis instructa est.
R A T. Hanc cœli & maris ira disiciet, &
quamlibet instructā sparget ac destruet ino-
pinatæ tempestas, de qua non cogitare dum na-
uiges, stulti est. G A V. Classem habeo in ma-
ri. R A T. Parum ne terra vobis discrimi-
num attulerat, nisi maria etiam vexarentur?
Non satis est terras, vnde nocens ferrum,
quod Naso ait, ferrôque nocentius aurum
eruat effodere: ipsa quoque horrida & quæ
primi homines tantummodo mirabâtur ma-
ria penetraſtis, ubique laborem, ubique pe-
riculum conquirantes, inque hoc vnum vi-
giles atque solliciti, segnes ad reliqua? G A V.
Magna cum classe maria sum ingressus. R A.
De regressu cogita, ingredi nempe perfacile
est.

est. Solet æquor intrantibus planum esse, progressis sæpe monstruosum ac difficile, tamen iter homines natus, inter delphines ac tritones vitam age, mira vasti animi voluptas. GAVD. Magna mihi classis & valida est. RATIO. At fortassis vtilius tutiusque vel breui in scalino vel siceo de littore insidias piscibus retendisses, quàm classe armata vim genibus intulisses. Multis quidem classis eximia noxiam dedit audaciam, eoque impulit, bi optarent domi esse. Hoc & Graij Troiareduces Caphareum ad montem, nominatim verò Lacedæmones Arginusis, Syracusio Athenienses in littore, & Carthaginienses ad Egrates insulas didicere. Multa sunt classibus pericula, non ab hostibus tantum, sed ab ipso mari. Denique cum moriendi genera plura essent, hoc vnum genus est additum. O cæci vitæque quam maxime diligitis prodigi, mortem vndique quam super omnia timetis, arcessitis.

Demachinis & balistis. Dialog. xcix.

GAVD.

OMnis generis machinas habeo. RAT. Et hic quoque, Auror regius, habere vnde multis noceas cum velis, quos beneficentissimos hominū esse oportuit. Et ob hoc vnū regnis impositi & reges dicti sunt vt regant

homi

homines atque ab eis ceu parentes colantur
 amenturque. Quidam etiam patres patrie
 appellati, cuncta in contrarium agunt, ut eos
 tortores ac prædones publici cunctis formi-
 dabiles atque inuisi sint. G A V. Abundo ma-
 chinis ad euertendas vrbes idoneis. R A T.
 Quanto melius extruendas seruandæque.
 Tu fortasse gloriosius putas euertere, & vi-
 deri maus tui temporis Policertes : sed non
 semper vrbes machinis euertuntur. Cæsar
 quidem bello Gallico cum aduersus Hædria-
 ticos turres maximas erexisset, primum con-
 temptui hostibus fuit, quasi rem impossibilẽ
 humanis viribus moliretur, vbi autem mo-
 ueri & motibus applicari illas videre, è con-
 temptu in stuporem ac pauorem versi, omis-
 sa defensione ad deditionem confugere : ac
 ciuili bello ipsius Cæsaris dux Brutus ad
 Massiliam æquẽ erectis atque admotis pa-
 rem stuporem obsessis iniecerat, sed non pa-
 rem metum : itaque noctu egressi turres &
 machinas incenderunt. G A V. Abundo ma-
 chinis & balistis. R A T. Omnia ferè quibus
 gloriari ad iniuriam alienam potius quàm
 ad tuum decus spectant. Quanto erat hone-
 stius atque homine dignius abundare miseri-
 cordiæ instrumentis quàm sæuitiæ, habere
 quibus hospitalis & amicis & egentibus esse
 posse, quàm quibus vrbes immeritis oppu-
 gnan

quando quietem publicā perturbares? G A V. Habeo machinas ingentia saxa torquentes. R A T. Saxa torquere furiosum est. G A V. Habeo machinas & balistas innumeras. R A T. Mirum nisi & glandes æneas, quæ flammis iniectis horrifono tonitru iaciuntur: nō erat satis de cœlo tonantis ira Dei immortalis homuncio. O crudelitas iuncta superbix. De terra etiam tonuisset non imitabile fulmen, ut Maro ait, humana rabies imitata est, & quod è nubibus mitti solet, ligneo quidē, sed tartareo mittitur instrumento, quod ab Archimede inuentum quidam putant, eo tempore quo Marcellus Syracusas obsidebat. Verum ille hoc ut suorum cinium libertatē tueretur excogitauit, patriæque excidiū vel auerteret vel differret, quo vos ut liberos populos vel iugo vel excidio prematis utimini. Erat hæc pestis nuper rara, ut cum ingenti miraculo cerneretur, nunc ut rerum pessimarum dociles sunt animi, ita communis est ut vnum quodlibet genus armorum. G A V. Balistis affluo. R A T I O. Melius belli odio & studio pacis afflueres: cum cætera quidem arma inquieti animi, hæc & degeneris signa sunt, nec pacificis quidem grata & bellatoribus inuisa magnanimis. Denique sic habeto: qui balistam primus inuenit ille aut pavidus fuit aut proditor, & nocendi auidus & me-

ruens hostes. itaque cogitauit, quod Lucanus ait: longè tendere neruos, Et quo ferre velint committere vulnere ventis. Idq; de omni genere missilium puta. Fortis bellator congressum hostis exoptat, quem sagittarius vitat.

De thesauro reposita. Dialogus C.

G A V.

Thesaurum in bella reposui. R A T. Rem malam in vsus pessimos. Quanto tibi & aliis erat vtilius hunc & amicorum & patriæ vsibus aceruasse, maximèque necessitatibus indigentium. Ille demum thesaurus verus esset, & thesauri precium cælestis, nunc precium est inferni. G A V. Thesaurus superit in vsum belli. R A T I O Thesaurus animi vires extenuat, bellum viros, vtrunque pestiferum. G A V. Magis thesauro subnixus in bellum sum. R A T. Solet iste thesaurus possessori suo perdendi metum afferre, hostibus iucris spem & bellandi simul audaciam: quis non alacer id in bellum eat, quo quærere multum possit, nihil amittere? Pugnasse quidem feruide inopem ac vicisse, eundemque mox diuitem refrixisse, apud Flaccum legis: & profectò si ad clarissima rerum exempla in flecteris, videbis Romanos dum fuere pauperes, omnium gentium fuisse victores, tum vinci coëpisse dum diuites facti sunt.

sunt, ita ad aduentum diuitiarum discessere
 victoriæ ac virtutes, simulque opum comi-
 tes deliciæ ac libidines subiere, vt non im-
 merito scriptores quidem temporum illo-
 rum Romanæ paupertatis interitum questi
 sint. Virtutum nutrix optima est paupertas,
 opulencia vitiorum. Victoriâ de thesauro
 tuo speras, hinc potius metuendum, multos
 pauidos & imbelles, omnes tumidos ac su-
 perbos, nullum penitus virum fortem fecere
 diuitiæ. G A V. Magnum mihi thesaurum
 aggregavi. R A T. Tibi curas & inuidiam, ho-
 stibus stimulos, furibus sollicitudinem addi-
 disti.

De vindicta. Dialog. C I.

G A V.

Hostis in manus venit, vltionis oblata est
 facultas. R A T. Immo experimentum
 tui, an iræ mancipium, an clementiæ sis
 amicus: quod nisi ad vtranque ferri posses,
 incertum esset. Multi enim esse credunt quod
 non sunt, experti autem quid sint, sciunt.
 G A V. Est mihi hostis in manibus, vlcisci
 possum. R A. Alii potentiæ fines sunt, deco-
 ris alij, non quid possis, sed quid deceat æsti-
 mādum est, ne si quantū potes velis, nil posse
 sit melius. G. Vlcisci possum, nil dulcius est
 vindicta. R. Ira nihil amarius, quam cur qui-
 dam dulcem dixerit mirari soleo, si dulce
 aliquid

aliquid inesse consenseris, dulcedo effera vi-
ro indigna ac propria beluarum, earumque
non omnium, sed præmordacium atque fe-
rocius: nihil humanum minus quàm sæui-
tia & feritas, contraque nil homini suum ma-
gis quàm misericordia & lenitas, quibus ni-
hil tam contrarium quàm vindicta est, &
quicquid animi impetu homo in hominem
committit asperius. Quòd si omnino vindi-
ctæ nomen dulce est, ostendam tibi quo multa
cum gloria vti possis: nobilissimum vindictæ
genus est parcere. GAUD. Vlcisci licet. R A T.
Multo est satius, multoque formosius obli-
uisci iniuriam quàm vlcisci: generosior nulla
est obliuio quàm offensæ: hanc summus ora-
tor, summo duci summæ laudi tribuit, quòd
scilicet nil soleret nisi iniurias obliuisci. Ni-
hil autem prohibet vnius laudem illi non
creptam ad plurimos peruenire. Hoc inter
multa præcipuum præ cunctis opibus habet
animi bona, nō decrescūt sparsa, nec pereūt.
Sume igitur & tu tibi nobilissimam hanc opi-
nionem Cæsaream, quæ te multo faciet cla-
riorem quàm Cyneam Tarmadamque me-
moria sua. Illa enim naturæ fuerit, hæc vir-
tutis. GAUD. Vlcisci iuuat. R A T I O. Vltionis
momentanea delectatio est, misericordiæ
sempiterna. Duorum nempe delectabilium,
illud præferendum quod diutius delectat.

Fac

Fac tu hodie quo perpetuò delecteris. Nulla
 verò maior, nulla firmior delectatio est
 quàm quæ de puritate conscientiæ, & rerum
 bene gestarum recordatione oritur. G A V D.
 Honestum est vlcisci. R A T. Honestius mi-
 sereri. Multos clementia honestavit, nullum
 vltio: nihil tam necessarium inter mortales,
 nihil tam commune quàm venia: nemo est
 enim qui non peccet: nemo cui non miseri-
 cordia opus sit, qua negata, quis tam multos
 criminum & culparum extricabit nodos, aut
 dissutum disruptumque societatis humanæ
 fœdus sartiet? Semper inter sese homines,
 semperque in illos decertabit ira Dei: nullus
 erit aut litium, aut pœnarum finis, nec cessa-
 bunt arma nec fulmina. Parce igitur, misere-
 re & compesce animum: fac tu homini quod
 tibi ab homine fieri velle, quòd à Deo vis.
 Impudenter à domino veniam petit, qui cō-
 seruo illam suo negat. Ecclesiasticus doctor
 clamat indignans, Homo homini iram ser-
 uat, & à Deo quærit medelam? In hominem
 sibi similem non habet misericordiam, & de
 peccatis suis deprecatur. G A V D. Non infero
 iniuriam, sed vlciscor. R A T I O. Quid re-
 fert, primus pecces, an vltimus? Non est equū
 ut quod in alio improbas, in te probes. Vis ne
 scuritiam in hoste damnatam sequi, fierique
 illi similis moribus, cui dissimilis animo sis,
 quòd

quòdque ille pessimum habet, tuum facere?
G A V D I V M. Volo quidem & licitum est
 vlcisci. **R.** Nec debes velle, nec vlla id lici-
 tum lege est, vt defensio licita sit, vltio veti-
 ta: scriptum est: qui vindicari vult, à Deo
 inueniet vindictam. Et rursus, vt paulo ante
 dixi: mea est vltio, & ego retribuam eis in
 tempore, dixit dominus. Illud tempus expe-
 cta, sine, ille te vindicet qui & offendentis est
 dominus & offensi. Solet inter seruos do-
 mini communis esse cognitio: si quid inge-
 nui habes, si qua tibi perfectionis habitus
 cura est, opta potius atque ora ne ille qui-
 dem vindicet: sic hostis crimen in tuam ver-
 teris salutem, **G A V.** Vlcisci est animus. **R A T.**
 Da iræ spaciū, da consilio tempus, fræna
 impetum, differ, aut desinet aut lenescet.
 Breuis hora sedat iratum æquor. **G A.** Vlcif-
 car. **R A.** Vno actu multos offendes: vna iniu-
 ria sæpe innumerabiles hostes fecit. **G.** Vlcif-
 car. **R A T.** Plus te ipsum læseris quàm ho-
 stem. Illi corpus forsitan aut opes, tibi ani-
 mam famamque corrueris. **G.** Vlciscar. **R A-**
T I O. Quotiens vlciscendi studio iniuriæ
 geminata est, læso sæpe vnicum dissimulas-
 se remedium, sæpe vel quantum esse, vel nu-
 tu tacito sensum iniuriæ præcendisse pericu-
 lum fuit. **G.** Perdere hostem possum. **R A T.**
 Melius est amicum querere quàm hostem
 tollere.

tollere, sed vtrunque simul optimum, quod nulla arte melius quam parcendo sit cum vlcisci possis: aptissimum tollendis hostibus instrumentum est lenitas: in quo si creditum esset Herennio seni sapientissimo, nec Samnitum exercitus modo victor collo iugum Romanum, nec iugum primo cum reliquis mox securim solus imperator Pontius pertulisset. **Q.** Vlciscendi pungor aculeis. **R.** Resiste cogitationibus piis exemplisque omnibus quæ leniorem in partem inclinare animum possunt, & imprimis memoria vitæ brevis & ambiguae. Hæc enim Senecæ cui assensior efficacissima videtur de iracundia lenienda. Cui is ipse quem memoravi doctor accedit. Nam quid aliud sentiebas, ubi ait: memento nouissimorum & desine inimicari? Sic est enim nilque inimicitias magis alit quam conditionis obliuio. Siquidem ille cuius mortem sitis ne dubita, moriturus haud dubiè est, & id ipsum citò, fortasse hodie, tūque illum forsitan quod non cogitas præcursurus. Expecta paululum, subliste, fiet quod fieri optas, & quod metuis fiet. Cæterum mors quam hosti paras, sine tuo illi scelere præparata est. Quid iuvat fati cursum properantis impellere, & morituri sanguine morituras manus inficere? non scelestum modò, sed superuacuum

cum est impietate tua proximum, ac festinanstempus arcessere, quod si valde velis, nulla possis pietate repellere aut differre, quanto tranquillius atque honestius ille integer & illæsus, tu siccus & innocens, quam vterque cruentus, & tu noxius hinc abibis? GAU. Vrgeor vlciscendi stimulis. RATIO. Caue ne cesseris, sed oppone eis memoriam eorum, qui non tantum mites hostibus, sed fauentes ac benefici fuere: contraque illos tibi propone qui membratim cæsis hostibus adhuc rabiem spirantes, nec quicquam in non sensura cadauera sæuierunt. De hinc tecum elige, quorum similis esse malis, neque actus solos, sed & verba confer. Pars enim non parua crudelitatis in verbis est. Crudelis pes, crudelior manus, crudelissima lingua est. Sæpe animi sæuitiam quam manus non æquauerat, lingua transcendit. Illa verò optima, vt crudelitatis sic clementiæ testis est. Sonet igitur ad aurem tibi illa, cuius non multò ante meminimus Hadriani vox simulque illa Tiberij, de quo scriptum est, quòd cum audisset vnum e reis Carmilium nomine anticipasse mortē, exclamauit Carmilius me euasit. O vox ferox, & si dici potest ipso vocis auctore ferocior: quid vilitati supplicij cogitabat, quem se in vinculis manu sua perimens auasisset? Ecce duo igitur
vnius

vnus status sed mentium diuersarum, vno & eodē verbo quāu variè vfi sunt. Ille ad præsentem hostem, euasisti ait, hic de absente, euasisti inquit. Ille suo hosti vitam donauit, hic inuidit mortem. Elige quid horum potius à te dictum velis dici, an tranquillum illud veræ principis, an illud alterum immane carnificis: nec ignoro quòd sit promptius iubere ista quāu facere, & quid his obiici possit intelligo: difficilius in suis quāu in alienis iniuriis mitem esse, difficile fateor, sed bonum. De bono autem ac difficili omnē esse virtutem, nec tu neges. Virtutis amatoribus sunt cuncta facilia. G A. Fixum est vlciſci. R A. Vincit pars deterior, obſta illi dū adhuc potes, victoriāque illi priusquam ea vti cœperit, eripe, stratāque mansuetudinem attolle. Memento te hominem: multos quidem vindicasse pœnituit, neminem peperciſſe. G A V. Virtus sum. R A T. Vinci ab hoste præſtabat, hostis victorem vicit ira.

De spe vincendi. Dialogus. C I I.

G A V.

Bello, victoriā spero. R. Cū fallax vbi libet, tum in bello fallaciſſima ſpes eſt. Nihil ex præmeditato agitur: inopinè eunt omnia. Prudentiſſimus atque exercitatiſſimus militarium rerum fuit, qui dixiſſe fertur,

z. tur,

tur, nusquam minus quam in bello euentus respondere. G A V. Victoriā spero. R A. Pacem haberes vtilius, eiusdem ducis verbum memorabile traditur. Melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria. G A V. Bello victor ero. R A. Quid si victus? Hęc spes multos in exitium egit sine victorię spe: nemo volens in aciem descendit. G A V. Bello superior euadam. R A T. Futuri verbum temporis. Omnis enim de futuro spes, & futura omnia semper ambigua. G A V. Bello victor remeabo. R A. O spes hominum inanes, nec victor fortasse, nec victus remeabis, sic tibi reditum spondes, apertumque inter gladios iter acri deuotum classico Marti caput. G A. Esse victor spero. R A T. Est qui contrarium speret, vel falli vel vtrunque vel alterutrum sit necesse. Potest vel alter vel vterque dux partium, seu alter seu mutuis vulneribus simul occumbere, quod & sæpe credo alibi, & quod nunc meminerim: Thebis vltimo inter fratres impios congressu, & Romę primo post exactos reges accidisse. proditum est bello, vt superbi regis filium Brutus consul ad inferos persecutus est: amisso autem spiritu iam victoria nulla est, quo seruato, sæpe tamen ex acie pari Marte discessum tenes. Vtrobique igitur ambos duces spe victorię fraudatos constat. Vnum nempe fraudari
tam

tam commune, tamque quotidianum est
quàm in aciem proficisci: quid scis autem, an
vnus ille tu sis, hac qua tibi blandiris victo-
riæ spe fraudandus? G A V. Bello vincam. R A.
Vt anceps semper, sic sæpe tristis & sangui-
nolenta victoria est. Nō habetur gratis, quod
vitæ discrimine quæritur, charè emitur, cu-
ius sanguis est precium, charius, cuius mors
fieri potest, vt pars victrix ducem perdat, ita
tuis vincentibus vinci potes. Quid de victo-
riæ sceleribus dicam? Non sunt tot victi mi-
seriæ, quot sunt peccata victoris. Quod si
peccato miseriùs nihil est, nec victus, eo
quod vincitur victore miserior, sed eo mi-
nus miser quo minorum rerum damnis affi-
citur. G A V. Vincam. R A T. Vt ad summam
redigam, & an vincas, & an melius sit vicisse,
si viceris in dubio est.

De victoria. Dialogus CIII.

G A V.

A T Vici, R A T. Caue ne te vincat ira, su-
perbia, crudelitas, furor, rabies. Hi sunt
enim victoriæ comites & victorum hostes
inuisibiles & horrendi, à quibus sæpe cla-
rissimi victores turpissimè victi sunt. Non-
dum te vocat ad calculum fortuna, longa
& perplexa rationum series, creditrix vio-
lenta & pertinax, cum qua tibi nunc quoque
2 2 nego

negocij multum restat, mutuum reposcere solita est magno cum fœnore. G A V. Magno prælio vici. R. Victor prælio, sæpe victus est bello. G. Vici autem. R. Quotiens vicere Carthagenenses, quotiens Galli, gentesque alia, quotiens autem victi sunt Romani? sed spectandus est rerum finis, earum maximè quæ voluuntur & stare nesciunt. G. Vici certè. R. Et si certus belli exitus, adhuc euentus est dubius, & de lætis tristitia & læta de tristibus erumpunt. G. Magnam victoriam quæsiui. R. Nil tam magnum vt non nimio quæri possit. Est vbi plus vulnerum ac funerum victoriosa pars computat. Si non credis: Xerxem atque Thermopylas interroga. G A V. Magnæ victoriæ fors fuit. R A T. Vix potest magna victoria paruo precio constare. De bello omnium maximo, omnium maximus historicus dum ageret: adeò inquit varia fortuna ancèsque mars fuit, vt propius periculo fuerint qui vicerunt. G A. Plenè vici. R A T. Non est plena victoria vbi armatus hostis superest, quanquam & si hunc oppresseris alij renascentur, quasdam nempe victorias ceu sementem dicas esse bellorum, sic odia ferro trunca repululant densanturque, & rediuiui in aciem redeunt bellatores, non vt fortassis imaginatio vehemens olim Cassio à se cæsi hostis imaginem supremo illo suo die obuiam

obuiam dedit, tam tremendo aspectu vt audacissimum virum, qui viuentem illum non timuerat, defuncti species in fugam verteret, sed ita vt pro vno multi redditi veris manibus verum ferrum moueant in illos qui vicisse videbantur. G A V. Vici, iam securus sine hoste sum. R A T. Stulte, dum erunt homines non deerunt hostes: tu Romanæ vrbi post innumeros triumphos, edomitumque orbem, non defuisse hostem legis, & tibi defuturum speras? quiescenti forsan hostis deerit, at pugnanti nunquam. G A V. Victor sum. R A. Caue ne sis frustra, vti scientibus victoria fructuosa est, vti autem dico, non eo modo, quo Maharbal Hannibali, sed quo Hanno vir melior suæ reipublicæ consuluerat: nam profecto vsus fructusque victoriæ optimus pax est, neque ad alium quam ad pacis finem iusta bella suscipiuntur. G A V. Victoriâ mecum est. R A T. Vide ne euolet, alata est.

De inimici morte. Dialogus C I I I I.

G A V.

DE inimici morte lætus sum. R A T. Sperare de inimici morte aliquid, seu cuiuspiam hominis vel gaudere, illi forsitan sit permissum si quis vsquam esset immortalis: sperare autem alterius mortem quæ tibi possit antè contingere, vel gaudere id hosti euenisse

2 3

nisse

nisse quod tibi necessario euerturum sit, stultas spes, inane gaudium. G A V. Gaudeo de inimici morte. R A. De tua alius mox gaudebit. G A V. De inimici morte gaudeo. R A. Si quam vestræ conditionis memoriā haberetis, nunquam homo de morte hominis gauderet. Quando enim quæso duorum qui simul ad supplicium ducerentur, alter alterius de morte gaudium cœpit, sciens sibi idem supplicij genus instare, & non potius in illius morte suam cogitans ingemuit? G A V. De inimici morte gaudium sensi. R A T. Quotiens putas optata mors hominum voti compotes torserit, & optare vitam frustra cœperint, qui non frustra mortem prius optauerint, dum intelligere incipiunt in suam se perniciem optasse? Sed præcipites sunt affectus vestri, quicquid vultis valde vultis, quod de Marco Bruto dixisse Iulius Cæsar fertur: immo verò nimium vultis, nec feruens desiderium moras fert. Itaque quicquid vultis statim vultis, hinc non modò vota impia sed venena, sed exdes, & quicquid homo in hominem struit nocentissimū animal in suam speciem. Multa verò optatis quæ si in cōsiliū ratio esset, admissa timeretis, & varietas votorum malæ electionis argumentum est, nec prius ad rectum redit impetus quàm inconsulti affectus infaustis castigantur effectibus. G A V D.

De

De morte hostis gaudeo. R A. Si est hostis inglorius, de ipsius morte gaudere turpe est & dolere superfluum, Sin illustris, honestus piusque est dolor, & si non propter hominem, ac propter virtutem quæ indies rariora habet hospitia: sic Metellus Macedonicus Africani iunioris, sic Cæsar Pompeij, sic Alexander Darij mortem fleuit. G A. Gaudeo de inimici morte. R A. Quomodo de illius morte gaudeas, quem diligere iubearis, non ut hostem, sed ut proximum, eiusdem opus opificis? G A V. De inimici morte gaudeo. R A T. Non audis forsitan an contemnis consilium notissimum sapientit: noli inquit, de inimico tuo mortuo gaudere, sciens quoniam omnes morimur & in gaudium volumus venire? Sannum prorsus seu consilium seu præceptum.

De spe pacis. Dialogus c v.

S P E S.

S Pero pacem. R A T. Melius est pacem servare quàm sperare. Stulti enim est fastidire res certas, ambiguas spes amplecti. S P. Pacem spero. R. Tenuisses eâ arctius, nec abire sineres quàm sperares. Quid enim si ad hanc spem impatientia te duxit tua, ut sperando angere cogeretur, quo gaudendo uti poteras? S P E S. Pacem spero. R A T. Spes pacis multos perdidit, speratque, paci succedens insperata

Z 4

cala

calamitas incautos obruit sopitósque, quos
 expertos inueniens non læsisset. **S P E S.** Spero
 pacem. **R A T.** Quid tandiu speras quod nox
 assequi in tua situm manu est? Rari sunt qui
 pacem non inueniant, si bona fide velle cœ-
 perint: sed hi ipsi quibus dulce nomen pacis,
 pax amara est. Pacem itaque petentes, paci
 obstant. Quatuor vobiscum habitant pacis
 hostes, auaritia, inuidia, ira, superbia, hæc in-
 externum exiliū pellite, pax æterna erit. **S P.**
 Spes pacis haud dubia est. **R A.** Inter spem pa-
 cis & pacem multa incidunt, leue verbum,
 gestus facilis, compositam sæpe turbauit pa-
 cem, ipsi tractatus pacificiq; sermones ferro
 sæpe franguntur, animosq; acuit, bellūque
 asperat pacis spes: sic amicitie mentionē irri-
 tam quasi cotem dixeris odiorū. **S P.** De pace
 agitur, pax erit. **R A.** De pace crebro ne quic-
 quam agitur, nonnunquā verò periculose de
 pace agebant atque egerant & Gallorum &
 Pœnorum duces, quando illos Camillus op-
 pressit, hos. Scipio. **S P E S.** Post belli finem pax
 firmabitur. **R A T.** Quanto firmata esset vti-
 lius ante belli principium, quot damnis ac
 mortibus tempestiua pace esset occursum?
 Sed vos pueri contumaces ac discholi, sine
 verberibus nō sapitis: in pace bellum, in bel-
 lo pacem queritis, neque vnquam nisi bello
 afflicti pacem, vel noscere incipitis vel ama-
 re,

re, eamque ut perditam fletis, sic mox redditam pari leuitare cōtemnitis, donec vos iterum atque iterū amissa perdoceat bona vestra non spernere, mala vestra non cupere, denique non ineptire, non furere, quod antequam assequamini pudeat. Sæpissimè idem vobis audiendum, nec audisse sat est, sæpissimè videndum & experiendum dicam propriè, ut discatis aliquid sæpissimè vapulandum est. s p. Bellum pax sequetur. R A. Melius præcessisset bello iter obstructura nihil insanius quam spe remedij vltro vulnere sese offerre, auxilium non causam dant fomenta vulneribus, ægro salutem optare natura est, sano ægritudinem spe salutis infania. s p e s. Pax futura est. R A T. Solet pax urbibus mutationem rerum afferre pestiferam, optima quidem ipsa, sed pessimis circumuoluta comitibus, iniquis legibus fluxis moribus, occultis odiis, aperta tyrānide. Recordare quid ciuili olim bello præfagus ille dixit nec fefellit: superos quid prodest. poscere pacem? Cum domino pax ista venit. Melior est autem bellicosa libertas viris fortibus quàm pacifica seruitus. s p e s. Pacem habeo. R A T. Interim bellum habes.

z s. De

PAcem habeo. R A. Bonum ingens si synce-
rum esset atque perpetuum, neutrum sa-
nè est: nam neque nouum est, sed commune
nimisq; quotidianum est, vt sub vmbra pacis
bellum lateat, neque pacem quanuis puram,
diuturnam finit animorū instabilitas, secum
assiduè nō minus quàm cum hoste pugnan-
tium. G A. Pax quæ sita est. R A. Sed amissa est
cautio & disciplina militaris, fida vrbium tute-
la, quæ sita autè lenta segnities, & semper pe-
riculosa securitas, cum in multis nèpe sit me-
lior bello pax, in hoc vno bellū melius quòd
cautius atque experientius. Nunquā Roma-
na virtus abiisset si bellū Carthaginēse man-
sisset. Pax Punica Romanæ vrbis excidium
fuit, vrbibusq; aliis documentū sempiternū,
non semper populis atq; imperiis optimam
pacē esse: idq; vir optimus Nasica malè non
sibi creditum iurabit, & vera locutum docti
omnes fatebuntur. G A V. Pacem habeo. R A.
Modestè vtere. Bello quolibet funestior pax
superba & negligens. Sæpe armati inter gla-
dijs tuti, mox rogati in gladios inciderunt,
& seris votis optauere bellum. Quid ruinam
mortum atque ipsius humanitatis interitum
loquar? Quot iam bello viri optimi, pace pes-
simi euasere, quasi cum armis omnem peni-
tus

tus exuti virtutem, mox cum toga vitia omnia induissent? Sic interior habitus cum exterior mutatus est. Cuius quidem rei, & si multa milia hominum in testimoniū trahi possunt, tamē abunde suffecerint testes duo: Sylla & Marius, quorum primum, ut de illo scribitur, neque laudare, neque vituperare quisquam satis dignè potest, quia dum quærit victorias, Scipionem se populo Romano: dum exercet sæuitiam, Hannibalem representavit. Secundus verò vir fuit ut de illo itidem scriptum est, cuius si examinentur cum virtutibus vitia, haud facile sit dictum utrum bello melior an pace perniciosior fuerit, adeo quam rempublicam armatus servavit, eam primo togatus omni genere fraudis, postremo armis hostiliter evertit. **AVD I V M.** Pacem patriæ partam lætor. **R A T I O.** Quid si pax interdum quod in homine optimum est extinguit, nutritque quod est pessimum? Notum est illud Satyrici, qui cum de causis prisce illius Romanæ virtutis multa dixisset, inter quas est, & proximus urbi Hannibal, ad extremum intulit: nunc patimur longæ pacis mala. Sæuior armis luxuria incubuit victumque ulciscitur urbem. Est ne autem, oro te, vlla pax tanti, ut non odiosa sit viri: egregius comitante luxuria? Certè altius cogitanti, de-

posi

positis licet armis pax videri nequit, vbi bello domestico vitiorum insidiosissimo & carente induciis oppugnantur animi, boni mores in exilium pelluntur, voluptates imperant, virtus opprimitur. G A V. Pax firma est. R A T. Et pacis comites licentia ac libido, & vt dixi, discrimina nec pauciora nec minora quam belli. Illa enim corporibus hæc animi pestem ferunt, sæpe etiam corporibus. Itaq; multis lorica fœlicior quàm toga, campusq; securior quàm thalamus, tuba quàm tibia, sol quam vmbra. Sunt quibus nil tutius bello sit, quod Iulium Cæsarem prædicantem de se suisq; militibus audisti, pacem verò si sine vitis veniret, & cœleste munus, & secūdam nulli bonum fateor: raro autē sine vitis venit. G A V. Sed feci inducias. R A. Dedisti hosti spacium ad colligendas vires quibus fortius te feriret. G A V. Inducias habeo. R A. Cognatæ induciis insidiæ sunt. Multa per insidias hostiliter fieri vides plura etiam facta legis, vt nil aliud belli consilia, licentius agitantur, liberius contrahuntur auxilia, quosdam bello inuictos induciæ cōfecere. G A V. Sunt mihi cum hostibus induciæ. R A T. Ignauum tempus, nec pace lætū, nec bellis exercitum, sed dubius inter vtrumq; pulsum fluctibus, vbi & rumor paci obstat, & timor bello, nescio an sit grauius pēdere quàm ruere, respi

respirandi tempus optare fœgati est, miseri
autem & insani est nec pacem pati posse nec
bellum.

De pontificatu. Dialogue CVII.

GAV.

AD pontificatum veni. R. A. T. E tempesta-
te in portū fugi solet, tu è portu in tem-
pestatem sponte fugis, tu mirus nauta. GAV.
Pontificatum sum adeptus. R. A. Rarū, ne dif-
ficilis, parum grauis vnius animæ tibi cura
videbatur, nisi omnium curas in te vnum at-
que omnium sarcinas trāstulisses? Fortes hu-
meri, an fortis ambitio cō animos cōgēs. vbi
malè sibi futurum sciunt. GAV. Ad pontifi-
catum ascendi. R. A. Quot amice, videris. Du-
plex est enim via, vtraque ad laborem, altera
verò etiam ad miseriam ducit, quacunque
perrexeris vel te miserum, vel vt optimè ces-
serit ex libero seruum sciro: sic qui ascendis-
se diceris, descendisti, vnus iam illorum, qui-
bus canitur propheticum illud: qui descen-
dunt in mare nauibus faciētes operationem
in aquis multis: qui ascendunt vsque ad cœ-
los & descendunt vsque ad abyssos, quorum
anima in eis tabescēte, propter negociorum
multiplicium procellam: turbati sunt & mo-
ti sunt sicut ebrius, & omnis sapiētia eorum
deuorata est. GAV. Summi soliū pontificatus
ascen-

ascendi. **RAT.** Quo mare altius, & venti plures & periculofior tempeftas. **GAU.** Romanus pontifex factus funi. **RAT.** Quo maior urbibus Roma eft, eo maior te laborum moles manet: erunt qui te colant, qui adorent, qui obfideant ac circumftent, qui tibi ferico ter-ram fternant, auro niueos frænent equos, qui vina depèsq; inftuant ac prælambant, præfcriptis pōtificibus inauditum obfequij genus: ex diuerfo erunt, qui omiffis propriis rebus in te figant oculos, te notēt, de te iudicēt, & quàm iuftè deus viderit, qui deniq; mores tuos arguant, verba diftorqueāt, famam lacerent, vitam carpāt, quicquid vſquam mali erit, quaſi è fonte vnico malorum ex te prodiiffe dicent, populi difcordiarumq; ſclerumq; omnium vnus tu cauſa vocaberis: quomodo, in-quierent, ſanum erit eccleſiæ corpus cū ægrum ac languidum ſit caput? Eſt ne oro te tati vel aureum poculum vel cubile purpureum vel gemmatus vertex, vt quietis & famæ precio queri velit. **GAU.** In ſummum pōtificem ſum electus. **RAT.** Verſa vt libet hac in re tam expetita hodie, quod eſt torū vel inane vel durum eſt, vt non immerito quidā ſummi pontifices tædio rerum victi, non ſuppliciiū aliud quàm ſclicitatem illam hoſtibus ſuis optauerint. Nam vt paucis expediam, ſummus pontificatus, ſi rite geritur, ſummus eſt honor,

nor, summum onus, summa seruitus, summus labor. At si malè, summum animæ periculum, summum malum, summa miseria, summus pudor, anceps ex omni parte negotium. G A V. Summi pontificatus sedem teneo. RAT. Non tenebis diu. Brevis est hominum vita, regum breuior, pontificumq; breuissima, eò quòd propter pòdus vastatricum curarum, ætas ipsa pontificis Romani tempus angustat, quæ ad hoc culmen nisi admodum fessa vix peruenit. G A V D. Summi pontificatus in vertice sedeo. R A T. Quo sublimior sedes, eo grauior casus, vix ex alto sine periculo aut labore descenditur. Cura vt descendas sobriè, ne in illo grege reperiaris, de quo dictum est, tolluntur in altum vt lapsu grauiore ruant. Ex omni quidem mortali fastigio descendendum nemo dubitat, sed hoc interest, quòd iustorū ac sapientiū descēsus, reliquorū verò præcipitiū ac ruina est. Ideòque Pœnus ille dux moriens qui dixisse fertur. Finis ad alta leuatis est ruere, nō improprie ait vt iniustus. G A V. Summi pontificatus arcem rego. R A. Solebant primi ex hoc statu ad martyrium peti, nunc ad delitias vocari credūt, ideòq; certatim hic locus apperitur, & huc omnium ferme mortalium vota suspirant: quis autē vel Romanū vel quemcunque pontificatum aliam cupit ob causam, nisi quo

quo potentior ac ditior sit? Contra iusticiæ præceptum præesse quæritur non prodesse, quódque sacrilegium pudendúmque vel dictu est, magnis sæpe muneribus, quin & pactis & sponsonibus spes emittitur sacerdotij pinguioris. O vertigo morum pessima, ad quod olim consueuerát & deberent cogi homines, inde nunc retrahi non possunt, & tam præceps feruet ambitio, vt non christianus pudor ac modestia videatur, sed ardor & peruicacia paganorum, quam in huiusmodi petitionibus tantam fuisse didicimus, vt de Iulio Cæsare lectum sit, quód pōtificatum maximum petij nō sine profusissima largitione, in qua reputans magnitudinem aëris alieni, cum mane ad comitia descēderet prædixisse matri osculanti fertur: domum se nisi pontificem nō reuersurum: nec fefellit: pontifex est reuersus. Liquet autem quo impetu illud ambierit, quo nō impetrato, vel moriendum sibi certè vel exulādum esse decreuisset: hoc illi autem vtrunque licuerit, cui à prima ætate propositum sit regnare: ita vt iniuriā suam putet, si qua est, hoc orbe potestas altera quàm Cæsar, si tellus vlla duorū est. At Christiano homini cui propositum sit seruire, dominique sui iugum ferre, pontificatum quomodo liceat ambire non video, non modò largitione profusissima, sed quod non multo minus.

minus est turpe blanditiis atq; mendaciis indignis viro artibus sed communibus adeo ut hæc ferè iam vnica sit in altum via. G A V. Romanus pōtifex sum. R A T. Seruorum seruus dixeris: Caue ne dominorum dominus fieri velis. Memento professionis, memento debiti, memento domini, qui merito nulli magis quàm vicario læsus irascitur.

De fœlicitate. Dialogus C V I I I.

G A V.

S Vm fœlix. R A. Pontificatu forsan aut imperio aut omnino potentia atque opibus fœlicem fieri credis: falleris: nō fœlicem faciunt ista vel miserum, sed detegunt atque ostendūt, & si quid facerent, miserum potius quàm fœlicem facerēt, sunt enim plena periculis, quibus humanarum est affixa miserationum radix. G A V. Fœlix sum. R A T. O miser qui in tot malis te fœlicē sp̄eres. G A V. Sum fœlix. R A. T. Opinione fortassis tua, quæ quoniam falsa est, fœlicitati nihil addiderit, sed miseriæ multum. Siquidem propriā non nosse miseriam, miseria summa est. G A V. Fœlix sum. R A. Hoc inter carnificum gladios magnus ille Pompeius de se prædicat, quod tamen si profundius verum fodis, nunquā fuerat, ne tum quidem dum florentissimo in statu fœlicissimus videretur. G A V D. Sum fœlix. R A T. Fœlix es & vnus viator insolitus, mirus
A cursor,

cursor, qui in hoc scrupulo & difficili calle sis
 foelix inter mille pericula raptatus iugiter, &
 ignorans, quo siquidē hic es foelix, quod ne-
 mo vnquam fuit nemo erit, vt auguror: nam
 quis quæso hominum foelix in miseriis? Ne-
 mo igitur foelix priusquam ex hac miseria-
 rum valle migrauerit. Duos quidem ē cun-
 ctis mortalibus colligunt foelices, in quibus
 opinatissimus est Quintus Metellus, & apud
 scriptores rerum & vulgò etiam foelix. Sed
 huic tamen quanuis lætæ iactatum foelicitatis
 nomen in quibusdam exactioribus scri-
 ptis ereptum scio iniuriis aliquando grauif-
 simis, & quod dolorem ingeminat, vili ab au-
 ctore suscepitis. Iam reliquorum falsa foeli-
 citas in aperto est. Sylla foelix tantum dictus
 est, infœlicem tamen vitæ illum ac mortis
 atrocitas probat. Alexandri Macedonis, ac
 Iulij Cæsaris, & si fortis na prosperrima, vita
 tamen inquieta semper ac turbida, atq; ideo
 nunquam foelix: vtriusque mors rapida. Ille
 in medio bellorum cursu, hic post victoriam
 repente. Ille veneno periit, hic ferro. Scipio-
 num bellicam foelicitatē, alterius indignum
 exilium, indigna quoque alterius & inulta
 mors minuit. Longum est euoluere singulo-
 rum fortunas: ad supremū venio. Vnus om-
 nium ferè omnibus foelix visus est Augustus
 Cæsar monarchia omnium altissima, diutur-

na pace, vitæ spacio ac fine suauissimo, quodque omnia superat, morum atq; animi tranquillitate perpetua: quis hunc felicissimum negauerit? Sed felicem negant, quibus hæc scrutandi studium fuit. Obstat enim extrinsecis fulgoribus interioris ac domesticæ vitæ status, & fortuna longè alia, naturalis ac virilis sobolis defectus, adoptiuorum ac nepotum immaturæ mortes, & quorundā morte peior contumacia. Ad hæc & vilissimorum quoque hominum iusdiæ, & suorum in se crebræ conspirationes, & dilectissimæ atque vnicæ filiæ ac neptis adulteria crebriora, deniq; non suus hæres, successorque non placitus, & necessitate magis quam iudicio electus, nec omnino se dignus nec imperio. Si horum ergo nemo felix, vel felicè alium da mihi cum quo felix sis, vel sine consorte felix esto, vel iam tandem veriori sententiæ aurem præbe, secundum quam dico iterum: ante mortē nemo hominū felix. G. Ego animo felix sum. R. Sentio quā felicitatē dicis, aut felix igitur errore tuo es, ut ait ille, quæ felicitas, ut dixi, miseria est, aut virtute animi felix, quæ nec ipsa felicitas plena est, quamuis sit ad felicitatē via. Ad postremum cuncta discutiens, me mirari non dissimulo, quam mihi felicitatem quidā somniāt promittūtq; aliis, acutissimi homines in multis,

A 2 hac

hac in parte cæcissimi: nam siue omnium cumulus honorum ad fœlicitatem isq; indeficiens ac stabilis requiritur, & quam multa desint homini vitæ studium hoc agenti, pro se quisq; sentit, & hæc ipsa quæ adsunt quàm incerta, quâque labilia sint agnoscit, siue quod aliis videtur, sola virtus hoc præstat certe ipsi, qui secundum virtutem vitam agunt, quos diffiniunt fœlices, quosq; fœlicitati proximos non nego, vitam ipsam perpetuis tentationum præliis patiuntur infestam, periculis semper multis & grauibus expositi, nec vnquam ante exitum securi, quod siue nesciunt siue sciunt, æquè miseri sunt habendi. Nulla enim cum errore, nulla sine securitate fœlicitas. G A V. Fœlix mihi ipse videor. R A. Iam responsum habes: si fœlicem error faceret, paucissimi non fœlices essent: falsa ergo fœlicitas tua est & ea ipsa perbreuis. Nulli errore diu contigit gaudere sola quidem veritas solida est. Error tenue quiddam & inane, quod inter amplectentium manus quasi fumus aut vmbra diffiliat. Veniet quæ umbras abigat, falsaque gaudia in apertum protrahat, quæ fœlicitati humanæ verum precium somniis ponat. Quære interim ab his ipsiis quorum proximè metio est habita, quære ab omnibus qui fœlices vel sibi vel aliis visi sunt: vbi nam gentium, quove nunc in statu

statu sint, de sua illa breui fœlicitate, quid sentiant, tacebunt ipsi, sed loquetur veritas, testabiturque habitos fœlices fuisse miserimos.

De spe bona. Dialogus CIX.

S P E S.

Q Vicquid in re sit, spem mihi nullus eripiat. **R A T.** Hanc auferre potest nemo, ipsa sese sensim eripit, & inopinis euentibus sæpe lusa consumitur. **S P E S.** Spero multa. **R A.** Et multa metuas oportet: sine metu enim spes non habitat. **S P E S.** Spero bona. **R A.** Mala igitur times, vt enim opposita spes timori est, sic aduerso de fonte oritur, & necesse est quod sperare cœperis, eius cōtrarium vt formides. **S P E S.** Spero læta. **R A T.** Sed incerta, quorum studio certa negligere demētia certa est: qui equidem quod non habet sperat, quod habet obliuiscitur. **S P E S.** Sperare meliora non prohibeor. **R A T.** Quid si difficilia, quid si impossibilia, venturaq; nūquam? quid si peiora, si pessima sunt quæ speras & meliora tibi fingis? **S P E S.** Iuuat in spe viuere, **R A T.** Dic verius in spe mori: nam & futura cogitātibz præsentia dilabuntur, & qui longinqua prospiciunt, quæ sub oculis sunt non vident, & qui cras viuere destināt hodie non viuunt. Nondum est cuius initium speratur:

A 3 ita

ita cum spes omnis boni absentis expectatio sit, consequens est sperātem pro ea saltē parte qua sperat, mali aliquid pati. **S P E S.** Dulce est sperare. **R A.** Audio quidē multos hoc dicere, sed hanc ego dulcedinem nō agnosco: nā si sperare & optato carere etiā dulce est, quod qui dixerit haud dubiē gustu caret. **S P.** Sperare delectabile est. **R A T.** Ergo & pendere & affici & torqueri, spes est, & longi supplicij longa spes est, nil sic animū fatigat, nil sic senium præcipitat. Itaque sepe vir sapiens spem perditā, lucrū vocat, seq; infinita cupidine liberatum ab expectationibus vanis ad gaudēdum bonis suis cogi gaudet. **S P E S.** De euentu fors viderit, ego in spe gaudeo. **R A T.** Vide autem ne quando forsan in re doleas, & optasse & sperasse & sperata cōsecutum esse poeniteat. Multos quos suspensa diu torserat ad exitum spes ducta pessundedit: multi votiuus & valde licet non sat seris longæ spei periere successibus. **S P E S.** Nemo mihi tollat spem. **R A T I O.** Nemo tibi tollat tædium ac laborem animi. Audisti vetere dici solitum prouerbio: magnus labor expectare. **S P.** Rei bonæ expectatio blanda est. **R A T I O.** Sed & fallax & anceps & anxia. Si hoc negas, nunquam aliquid expectasti, sed se fallentium inextimabilis turba est, quibus ad id quod agunt nihil prorsus inefficax sese offert,

fert, nihil respuit, nulli se negat, flecti facilis & falli prona credulitas. Argumentum verò leuitatis ingens atque amentiae dixerim, passim obuias spes amplecti, & his illico certis vt bonis pasci, ad quas docti omnes & experti rerum tardi sunt. **S P E S.** Bonam interim spem habeo. **R A T I O.** Interim dicis. Credo dum te illa fefellerit, hic est enim mos, inuiti spem deponitis, nunquam illam relicturi nisi vos illa relinqueret, quin cum vos sepe reliquerit, mirum dictu, iterum atque iterum redeuntem cupidè semper excipitis, progressiq; obuiam quasi obliti veterum nouis armata dolis inclusi. toties cordis arce reponitis. **S P E S.** Spem bonam vsque ad vltimam non deseram. **R A T.** Quid si diu antè illa te deseruit? An ne illam retrahes, an sequareis, an expectabis vt redeat? Age autè, spera, quando nihil est dulcius quam falli. Non ego tibi spem quam mordicus tenes eripiam, tantum illud admonéo, non esse spem bonam quam tu reris. Non est spes bona, quæ bonum sibi proposuit, sed quæ bene. Bonum quidem sperare scelestissimi quoque homines possunt, immo & solent: verè itaque bona spes est quæ de vero bono rite concepta est: hanc qui habet, stringat, teneat, neque abire eam vel in vltimis sinat, sororesque illi suas iungat, charitatem, fidem. Hæc spes læta, dulcis verax,

foelix est, quæque nec sperantem fallit nec
 cõfundit, sed ad optimũ prouehit, animũ-
 que interim speratĩ boni anticipatiõne lati-
 ficat. At vos seu verum bonum malè meriti
 speratis, seu malis veris falsum boni nomen
 imponitis: iure igitur vestra expectatio an-
 tequam veniat mœstã est, mœstiõrque cum
 venerit. **S P E S.** Humanum sapio, & de his lo-
 quor quæ homines vocant bona. **R A T.** Hu-
 ius nominis doctos olim inter homines lon-
 ga lis fuit, quæ adhuc pendet pendeatque
 æuum in omne, his vnum in rebus, cõtrã au-
 tem illis bona multa ponentibus. **S P E S.** Lin-
 quamus ista philosophis, ego quæ vulgus di-
 cit bona spero. **R A T.** Malum igitur tuum spe-
 ras, quod vel dilatione te cfuciet, vel falso
 opprimat exoptato. Fac; succedat enim
 quod ad corpus attinet, hosti arma paraue-
 ris, quod ad fortunam, varia & immitis do-
 minæ subieris iugum, quod ad animum ve-
 rò ipsum, magna etiã pars in cladem ac per-
 niciem verti queat, quoniam quæ delectant
 animum, sæpe & lædunt. **S P E S.** Ieci ego spei
 bonæ anchoram nec mouebo. **R A T.** Atqui
 solent nautæ tempestatẽ ostia nãuis aneho-
 ram præcidere si diuelli nequit, relictaque il-
 la fugam capere, non enim quod tranquillo
 mari apud poëtam, Dentẽ tenaci anchora
 fundabat naues: in magnis quoque pelagi
 moti

motibus accidit, vbi non naues fundat illa, sed alligit, & naufragio vinctas tradit: nec hercle aliter inter procellas humanarum rerum spes affixa & tenax multos in exitium traxit, qui abscissa vtrique & abiecta spe incolumes euassent. Sæpe igitur subtrahenda spei anchora, vel si hæreat euellenda. Si ne id quidem liceat, abscindenda rerumque sub fluctibus relinquenda est, vt liberâ vitæ pro-ram gubernaculo prouidentiz dirigas ad salutis portum. **S P E S.** Bene spero. **R A T.** Bene sperando & malè habendo transit vita mortalium.

De hereditatis expectatione. Dialog. cx.

S P E S.

Hæreditatem orbi senis expecto. **R A T.** Modò te tranquillum prædicabas, ipse tibi ne contrarius sis attende, nunquã expectatio tranquillitasque cohabitant, vix vltum vitæ tedium expectatione molestius. **S P E S.** Expecto senis hæreditatem. **R A T I O.** Nescis quid ille forsitan expectet: est ea quidem inter homines vulgaris infamia, vt ferè omnes non coæuis tantum, sed iunioribus quoque diutius se victuros sperent. Inuiti sua de morte cogitât mortales, de aliena autem libenter, cum tamen contrarium agere esset vtilius. **S P E S.** Senis hæreditatem spero. **R A T.**

A 5 Quid

Quid si ille interim tuam sperat? Falli alter-
 utrum est necesse. Quot autem senes iuue-
 nias mortem iuuenum expectantes? Et sanè
 nemo tam senex qui non possit annum viue-
 re: nemo tam iuuenis qui non possit hodie
 mori. **S P E S.** Hæreditatem orbi senis spero,
R A T. Iustius hæc sperabat filius. Iunior
 iustior spes elusa. **S P E S.** Hæreditas orbi se-
 nis ad me venit. **R A T.** Quid scis, an ad il-
 lum tua? Caio Claudius, Neroni Galba, Do-
 mitiano Nerva, Commodò Pertinax succe-
 ssit, & successionum talium plena est homi-
 num vita. **S P E S.** Orbi senis hæreditas me ma-
 net. **R A T.** Quem non fallere possit volens,
 qui quem potuit sefellit, cui superuiuere ne-
 queat qui filio superuixit. **S P E S.** Orbi iam se-
 nis elogio scriptus hæres sum. **R A T.** At ta-
 bellis forsitan adamantinis, unde non facile de-
 learis? An ignoras quàm leuibz causis testa-
 menta mutant senes? Multis in ipso vitæ exi-
 tu, quòd per omnem vitā voluere, displicuit.
S P E S. Hæredem me vult orbus senex. **R A T.**
 Atqui potest nolle. Nihil est autem indignā-
 tius orbo sene ac diuite, vbi sua diligi, seque
 sperni senserit, actum est. **S P E S.** Hæreditas
 orbi senis promissa est. **R A T.** Ea vtinam inno-
 cētia atq; ea mortalibus fides esset, vt & nū-
 quā nisi honesta promitteret, & semper pro-
 missa seruarent: nūc nec promittendi modus,
 nec

nec promissa frangendi pudor ullus, quod in hæreditate potissimum licere sibi homines putant. Itaque voluntatem testatori ambulatoriam leges vocant. Non te exemplis præmam, nota res est. Legisti, credo, quibus hoc accidit non solum ut viuentis promitteretur hæreditas, sed supremo etiam morientis amplexu & osculo anulisque aureis donaretur, quod apud illos indubie successionis indicium erat: cum interim & hæredes alij, & eorum mentio penitus nulla esset. in tabulis testamenti, tantum media de morte perfidia ausa est. Tene igitur viuorum fraudibus immuneris, cum dolis morientium circumuentos legas summos etiam & illustres viros? Nam ne singulis immorer, genus hoc ludibrij passus est Lucius Lucullus vir amplissimus, quodque est altius, Augustus Cæsar: horrenda longæque mirabilis libido fallendi, quæ nefarias animas nec in morte destituat, sed sic est mos & tu promissa in hæreditate spem defigis quam frustrari possit, & vita longior restantis & breuior fides, quanquam his cessantibus, mutandi causa propositi possit esse iustissima, suus hæres, noua seni oriens progenies. Siquidem octogenario maior Cato glum genuit, nonagenario iam propior Manissa. Idq; hac etiã nunc ætate vestris senibus euenit, qui utinam priscis illis, ut gignendi
vi, sic

vi, sic vigore animi pares essent. Quæ cum
ita sint, hæres certè legitimus captatori ob-
stat atque improbam spem præcidit. **S P E S.**
Iam testamento senis hæres sum. **RAT.** Sed
viuentis forsitan & victuri. Testamenta au-
tem in vita fiunt, in morte firmantur, funus &
cadaver cogitas, lupo quidem expectatio-
ne lassandus & inedia. **S P E S.** Hæreditas ad
me recto calle ventura est. **RATIO.** Quid
quòd vt testator, sic hæreditas casibus subia-
cet, vt neque semper quem velis habeas hæ-
redem, & sæpe nil aliud quàm inane nomen
sit hæreditas? Quid quòd interim vasto pre-
cio parua res emitur, dum credulum senem
& obsequium submissum, & indignæ viro
blanditiæ præmerentur? Nulla est tanta utili-
tas quæ decoris impendio æstimanda sit.
S P E S. Nullo legum aut fortunæ obice hære-
ditas ad me venit. **RAT.** Vnde id nosti, cum
sit scitum illud Marci Catonis sapientissimi
senis dictum: sæpe inquit, audiui inter os at-
que offam multa interuenire posse. Esto au-
tem, nihil interueniat, sed ad te sperata per-
ueniat hæreditas, non manebit tecum, sed à
te rursus ad alios migrabit. Volubilia, sunt
bona mortalium, rotundam nummi præci-
puè formam dicunt, vt perpetuo roretur
morus. Quæsiuisti hæreditatem successori
tuo, mortuus forsitan gauisuro, sollicitus ocio-
so &

so & sperasti de alio, propter quod idem alij de te sperent.

De Alchimia. Dialogus C XI.

S P E S.

S Pero Alchimia prosperos exitus. **R A T.**
 Mirum unde id speres quod nec tibi vnquam verè accidit, nec cuiquam, & si accidisse nonnullis fama fuerit, ab his facta quibus id credi expediret. **S P E S.** Spero alchimia successum. **R A T.** Et quem quæso præter fumum, cinerem, sudorem, suspiria, verba, dolos, ignominiam? Hi sunt enim alchimia successus, quibus inopem vnquam ad diuitias euectum, multos à diuitiis ad inopiam redactos sæpe vidimus. Non tamen illud attenditis, tam blandum est sperare & falli, huc agit vos auaricia stimulus, impulsa dementia, vt verum opinemini quod optatis, falsumque quod cernitis. Notasti ne aliquos prudentes in reliquis hac insania laborare, quosdam opulentissimos hac vanitate consumptos, dumque opulentiores fieri student & fædo quæstui inhiant, bene parva prodigere consueque omni in superuacuis effuso, tandem necessariis etiam destitutos, alios ciuitate deposita mœstos semper atque anxios, dum nec cogitare aliud quàm folles & forcipes & carbones, nec aliis quàm suæ hæresis

resis conuiuere didicerunt, in syluestres penè
homines euasisse: nonnullos denique amissis
primùm animi luminibus in hoc exercitio
corporeos insuper oculos amisisse? **S P E S.** Pro-
missum ab artifice aurum spero. **R A T.** Refert
cuius artis artifex quid promittat. Sunt qui-
bus promittentibus nihil credi possit, eoque
minus si promissum iurisiurâdi religione fir-
mauerint. Sed ô cæci parum ne erat veris in
metallis quæ terra fert, furere, nisi vos mēda-
cio defossa torquerēt? Parum ne à virtutibus
aberrasse, nisi errori dānum, damna labor, &
labori pudor acresceret? Hic qui tibi aurum
suum spondet, cum tuo auro improuisus an-
fugiet. Noui nihil narro, mos est publicus, &
quāuis igne cōmissa fraus sæpe igne purge-
tur, nihilominus tu delusus deceptoris tui
supplicio nō indēnior, sed notior remanebis
digitòq; mōstraberis avarus ac stolidus flādo
exhaustus flāmis afflatus aspersusq; fuligine.
S P E S. Magna mihi promittit alchimista. **R A.**
Dic ut ea sibi præstet quæ promittit alijs, pri-
mumq; suam pellat inopiā. Est enim ferè mē-
dicum genus hominum: cumq; se pauperes
fateantur, ditare alios volūt, quasi aliena illis
quàm propria molestior sit paupertas: sic. ut
miseri se alios miserari dicere soleant impu-
denter, & ignotis etiam interdum magnā pro-
mittere: ô turpis promissio, & ô stulta credu-
litas.

litas. SPES. Alchimix artē didici, diues fiam.
 R A T. Immo quidem si faisti, esse desines.
 Ars nempe quam memoras nullam esse nisi
 mētiendi artem dicimus ac fallendi. Age au-
 tem quando ita fert animus & incumbere, præ-
 dico autem tibi quod te lucrum ex hac arte
 maneat. Domus tua miris hospitibus ac mi-
 ris erit impedimentis plena. Erunt tibi esores
 & potores, idque haud immerito, quos ignis
 excitat & cupiditas. Erunt sufflatores, dece-
 ptiores, derisores, omnis angulus habebit pel-
 nes & lebetes & phialas olentium aquarum.
 Herbas præterea peregrinas & externos sa-
 les & sulphur & distillatoria & caminos: de-
 que his omnibus tibi in finem curas inutiles,
 & stulticiam cordis, oris obscœnitatem &
 squalorem & caliginem oculorum ac solici-
 tam conflaueris paupertatē, quodque
 his omnibus penē peius dixerim, circulato-
 ris nomem, & nocturnis in tenebris atque
 infames inter latebras furum vitam. SPES.
 Spero effectum propositi votiuum. R A T I O.
 Sperare hinc forsitan & gestire dabitur non
 gaudere. SPES. Ad propositi terminum pro-
 pinquo. R A T I O. An Mercurium congela-
 sti? An quid aliud vanitatis? Nunc maxime à
 proposito longè es, semper rebus aliquid de-
 fuerit, dolis nihil.

Do

S P E S.

A Ruspices mihi multa pollicentur. R A T. Inuenisti ecce aliud genus hominum, cui si credas semper pendeas, semper speres: nam neque res vnquam aderunt promissæ, neque enim vnquam deerunt promissores, sic res hinc profugas captans, hinc promissis impulsus Ilionio semper more rotaberis.

S P E S. Spem bonam mihi tribuunt aruspices.

R A T I O. Non maius spẽ est credulo quàm metum pauido inferre: cõstantes animi neutram in partem faciliẽ inclinant.

S P E S. Multa vndique mihi promittunt mathematici.

R A T. Nihil promptius quàm promissis affluxere iis qui careant pudore, quos mentiri autem pudet, ad promittendum tardi sunt.

S P E S. Lætæ spondent mathematici.

R A T. Sponsores quære alios seu pignus, promissi fragile genus est, nudo verbo male creditur.

S P E S. Multa promittunt mathematici.

R A T. Quære qui promissum impleat: satis est spẽ dedisse, non potest vnus dare omnia.

S P E S. Promissis aruspicum expectectus sum.

R A T. Cõsopieris euentibus, nihil eueniet promissorum.

S P E S. Magna iubeo sperare.

R A T I O. Mirum vt animus hominis qui virtuti cõ-

tumax est, vanitati verò nimis obediens.

Vnum aliquid idque optimum iubeat illa,

con

contemnitur, quicquid hæc iusserit difficile licet ac pessimum, paretur. **S P E S.** Mathematici læta pronunciant. **R A.** Miri homines, futura sola qui nouerint, præteritorum atque præsentium ignari, & quæ in cælo fiunt ita nuncient quasi consilio cælestium interfuerint recentique nunc inde veniant memoria, cum tamen interim quid in terris, quid in patria, quid in domo, quid in thalamo suo fiat, nesciant: sic penitus verum est quod apud Tullium legis, quod est ante pedes nemo spectat, cœli scrutantur plagas. **S P E S.** Magna nunciat mathematicus insignis & verax. **R A.** Quo diuinus insignior, & mentiedî libertas maior, & fides pronior mendacio est. Sæpe quidem mirari soleo, nostræque non immerito miratus est Cicero, quid hoc in genere nouum insuetumque accidit, ut cum in cunctis hominibus multa vera memorabili vno mendacio obscurantur, & suspecta fides in posterum loquentis fiat, in his contra grauibz mille mendaciis vna levis ac fortuita veritas, velum quoddam & mendaci publico fidem quærit, si quando vel semel quoniam nemo tam mendax vnquam fuit, quin quandoque verum diceret, nolens etiam aut ignarus, vni horum veri fortè aliquid effluerit, actum est, si casura hodie de cœlo astra denunciet, credetur. Denique sine vlla suspi-

B tionæ

rione mendacij mentiri potest omnia, quis-
 quis semel potuit non mentiri. Vnum enim
 illud memorat præcepis in futurum promi-
 nens, & præteriti sic oblita credulitas ac de-
 ceptoribus suis fauens. s. p. Diuinis læta nun-
 ciantibus credo. R. A. T. Furentibus credere
 furor est. Certè quanuis hic Cicero videatur
 sensisse aliter, convenientius huic rei nomen
 à Græcis inditum quàm à vestris iudico. La-
 tini enim à diuis seu à diuinitate diuinationem:
 illi autem quod est manticen à furore
 dixerint. Vos fortassis ornatiùs, at illi verius.
 Hanc sacri doctores vno omnes ore con-
 demnant, Ambrosius, Augustinus, cæteri-
 que; qui si fortè quando inter multos hic quoque
 mos pestifer inualuit, vt inter hos garrulos
 in quæstione veri ob ipsum professionis suæ
 nomen suspecti habeantur, veræ fidei profes-
 sores auditi non erunt: cùm omnibus idem
 sentientibus qui sunt innumeri: & quamuis
 diuinationem improbent diuini viri, quid
 tandem causæ est, quidve suspicionis, vt non
 audiendus vnus & in multis primus, ac ma-
 ximus illorum Cicero videatur? Certè is to-
 tum hoc illusionum ac fallaciarum genus
 damnat, ridet ac despicit. Et ad summam,
 omissis quæ locus iste non capit, omnis non
 tantùm pia religio, sed vera quoque philoso-
 phia, & quæ illam calle suo sequitur poësis,
 nec

nec sancti modò, sed etiam docti omnes hanc respuunt vanitatem, præter illos solos qui vel hinc viuunt, vel ab his seducti in eorum tendiculas lapsi sunt, quorum damnis atque erroribus lucrum sibi atque artem faciunt, in qua illud summum ac præcipuum, obscuritate fraudem tegere, & sic biceps ambiguumq; responsum dare, vt prædictũ videri possit quicquid euenerit, quod omnib⁹ futuri noticiã professis in commune prouisum est, qua in re nõ ars ipsa, quæ nulla est, nõ ingenium, quod sine literis rerumq; notitia nudum est, sed illorũ calliditas & audacia & impudẽtia ipsa mirabilis. Vnde quod festiuè admodum ait Cato ille rigidus, mirari se quòd non rideret aruspex aruspice cùm vidisset: id ad omnes æquè augures, aruspices, sortilegos, cõiectores, chaldæosque & mathematicos, ac totã quam dixi manticen trahi potest, tam incertũ est an illorũ fraus turpior, an ridiculosior vestra demẽtia, illorũ tamen argutiis atq; ratiũculis respondere facile, sed prolixum est, notumq; adeo tamq; à notis ac illustribus agitatũ, vt nõ superuacua tãtũ repetitio, sed temeraria videat. Vestrę autẽ ineptissimæ vanitati, quid aliud dici potest, nisi dignos vos qui ab homunculis nõ terrestribus, modò sed luteis & nullius, nisi qua stultos ludant noticiã artis habetibus, sciẽtiæ insignis.

obtentu, & cœlo insuper auctore fallamini.
 SPES. Persuasum est mihi prospera instare,
 quorum expectatio dulcis, læta & tranquilla
 est. R A. Immo quidem amara, tristis, turbida,
 sed vos sensu perditō de obiecto sensuum
 indicatis. Persuasum sanè nullo negotio cre-
 diderim. Promptum est persuadere volenti-
 bus, quibusdam persuasor necessarius non
 est: ipsi sibi sunt vates & occursum animan-
 tium volatūsque avium & garritus lætum in
 augurium dicunt. At si quotiens te ista fefel-
 lerint recogitas, si de hac re vicinos interro-
 gas, nisi vel tu ultro te fallis, vel illi participes
 erroris quærunt, facilè deprehendes, quor-
 sum his præstigiis credendum sit, nisi tres illi
 summi hominum rerūque moderatores
 Pompeius, Crassus & Cæsar iurati fortè con-
 trarium dicturi sint, quibus quod cōstat ma-
 gno quidem omniumque familiarissimo te-
 ste Marco Tullio, Chaldæi omnes aruspices-
 que promiserant, quòd præclaro fine omnes
 beati senes in patria morerētur: idque quam
 verū fuerit nō expectas audire ferre omnes,
 duo miserabilius quam longissimè ab Italico
 Romanoque orbe sectis scædōque ludibrio
 reconditis, veneratis illis totoque diu formi-
 datis orbe capitibus, reliqua inhumati fera-
 rumq; & pisciū moribus ac volucrū rostris
 expositi, cæsi & laceri, miserandum fortunæ
 spe

spectaculum, iacuerunt. I nunc diuinósq; vates
 nega, qui tam certa prænunciant. s. p. Gratum
 auguriū notavi. R. O amentia importunam,
 miser homo successuū noticiam suorū, quæ
 sibi nulla est, à volucris sperat: quid hoc
 stultius fieri potest? Quia si diis placet & De-
 iotarū regem visa aquila impendenti præri-
 puit ruinæ, & Agrippæ Hebræo instare car-
 ceris exitū, finemq; miseræ ac prosteritatis
 initium nunciauit supra verticē sedens bubo
 auis, alioquin infamis, cuiusque Virgilij car-
 mine carnē ferale describitur. s. p. s. Lætum
 omen incidit. R. A. Omen ab homine dictum
 nomen, humanæ dementiæ argumētum est,
 quo aliquid semper non externarum modò
 rerum, sed earum quoque quæ in vobis sunt,
 animos in errorē trahat, ne deliramētis ani-
 libus vlla pars rerū vacet: itaque & sternuta-
 menta seruorū & natorū fortuito lapsas vo-
 ces eò trahitis, non quò vis illarum, sed quò
 vestra cupiditas vocat, scilicet quia Centurio
 ille dixit: Hic optimè manebimus, ne mundi
 caput transferetur, causa fuit: aut quia Per-
 sam periisse flēs infantula profecturo in bel-
 lum nunciauit patri vinci Macedonū regem
 consequens iudicatum est: ô humana mens
 ebria & mirabunda, quàm facili impulsu er-
 roris in foueam ruis! s. p. Læta aderant con-
 sopito. R. A. T. Mœsta aderunt expectato. s. p.

Læta dormiens videbam. R A T. Mœsta vigilans videbis. S P. Fœlix eram per quietem. R A. Miser eris per laborẽ. Sæpe nihil somnia denunciant & sæpe contrarium. S P. Sæpe vera videntur in somniis. R A. Quanto sæpius falsa. Par est autem & huius & reliquarum huiusmodi vanitatum ratio, vnum casu incidens verum, innumeris falsis astipulatur, venturõque inhians præteritum mens non videt. S P. Multa nunciant diuini. R A T. Impostores ego hos non miror, qui de more suo pascuntur artificio, sed vos stupeo qui illorum ventri animas & ingenia vestra submittitis: proinde quid tu teneas, videris, si me sequi voles expectabis æquanimis & tranquillus, non quid astra de te, sed quid astrorum creator ac regnator sanxerit, agēs aliquid indies ardentius quò illius amore fias dignior. De euentu non tibi veniat in animum sollicitare istos, quibus ignotior est veritas quam tibi. Denique sic habebis, futura nosse durum homini, nec licere si expediat, nec expedire si liceat.

De lato rumore. Dialogue CXIII.

S P E S.

Lætus rumor insonuit. R A T I O. Noli famæ credere, mendax est. S P E S. Multi lætos nunciant rumores. R A T I O. Sæpe tutius

tutius vni creditur quàm multis. s p. Quod
 tot nunciis affertur falsum penitus esse non
 potest. R A T. Mos famæ vulgaris notus est,
 veris falsa miscere. Paucis veris multa men-
 dacia condiuntur: omnia mētienti nihil cre-
 ditur. s p E s. Rumoris auctor primus verax
 est. R A T. At nemo quantum audierit aut vi-
 derit referre contentus est, nihil est actum
 nisi pro se quisque aliquid auditis adiecerit
 aut visis, quod cum multi fecerint, auctum
 breui mendaciorum videas aceruum, sic per
 manus, vt aiunt, traditum inter manus etiam
 crescit malum, quódque ait eximius Poëta:
 Mobilitate viget, virésque acquirit eundo.
 s p. Haftenus lætissima fama est. R A. Quid si
 mulcet vt feriat? Sæpe lætū rumorem mœsta
 clades sequitur, creber hic fortunæ stilus, vt
 profundius vulneret, spem promittit cuspi-
 démque vulnificam læti cuiuspiã rumoris illi-
 tam dulcedine iugulo gaudētis infligit: quod
 vir doctus intelligens, lætis nunciis non qua-
 titur, hæretque immobilis, secum voluens vel
 contrariū esse, vel idipsum quod tā faustum
 videatur in contrarium verti posse. s p. Læto
 rumore moueor. R A. Expecta saltem dum se-
 centus sit, tunc quoque virilem animū rumu-
 sculis agi turpe est licet veris, falsis verò tur-
 pissimū. Multos gauisos esse puduit, verū-
 que mororem auxit falsi gaudij memoria.

*De expectatione filij vel villici vel
uxoris. Dialogus CXIII*

S P E S.

S Pero filij reditum. **R A T.** Speras gaudium
solicitem & propinquum metum. **S P.** Spe-
ro amicum reuidere. **R A T.** Rem prædulcem
speras, sed fallacem, fragili res hominū statu
tremunt, forsitan quem expectas iam nunc
obiit, potes hoc probasse si vixisti. Impedi-
mentorum mille sunt genera, vnū commune
omnibus mors. **S P E S.** Amici conspectū ex-
optatum spero. **R A T.** Sunt hæc ferè coniun-
cta optare, & sperare, sed multis assidue casu-
bus disiunguntur. Quàm multos credimus
fuisse Romæ, quàm cupidis animis Marci
Marcelli huius vltimi reditum expectantes?
Contra autem viz medio hostis illum cru-
delissimus expectabat, cuius potentior fuit
immanitas quàm victoris clementia aduer-
sarium ab exilio reuocantis. Potuit igitur
Cæsar precibus senatus Marcello veniā da-
re: non potuit Marcelli cliens graue maius
pari, vt is Cæsaris beneficio vteretur. **S P.** Spe-
ro amicum & expecto hoste quolibet caren-
tem. **R A T.** Quis est hic hominum hoste ca-
rens? vt sit aliquis priuatorum expers, an pu-
blicis inimicitiis quisquam vacat? sicariorum
dico & prædonum, qui auaricia duce hel-
lum humano generi indixere. Finge aliquod
tam

tam benignū sydus, ut hæc pestis terris exulet, aliās quis arcebit vehiculorum & equorum lapsus, fluviorum ac torrentium insultus, & ruinas pontium ac tectorum, æquoreasque & aereas tēpestates? Adde ferocium incursus animalium, quibus non singulos tantum homines, Dicæarchus curiosissimus indagator rerum talium, sed quædam hominum genera docet occubuisse. Et ad summam, quot sunt casus humanarum rerum, quorum nullus est numerus, tot sunt hominum hostes, qui spem tuam, non dicam retardare possint sed extinguere. Ut nihil interueniat: mors quam dixi & euntibus & stantibus vbique contigua est, nisi itinerantibus eo fortasse vicinior, & quo iter & vetustatio & locorum commutatio pluribus casuum generibus videtur exposita. s p. Spero amicum prospero exacto negotio reuersurum. R A T. Quam gloriose quam prospere res gesserat Drusus Nero diui Augusti priuignus, ut omnibus etiam hostibus domitis charus esset, ita ut eum paucissimi adorarent, quorum mirificos affectus erga illius memoriam vsque ad hæc tēpora, si vnquam Germanorum interprocures fuisti, te sentire arbitror potuisse. Certè illa gesserat quibus verè gloriaretur, quod Romanis in saxi primis aliquot syllabis casu aliquo deiectis,

B

5

nunc

nunc etiam sculptum viget his versiculis: Ad diuortia Rheni peruasi hostiles depopulatus agros: Dum tibi Roma decus æternaq; sudo trophæa, Hister pacatis leuior ibit aquis. Talem hunc iuuenē qualiter expectabat mundi dominus Augustus, qui eum sibi filiū fecerat amando: qualiter Liuia Augusta cui natura illum charum fecerat, chariorem virtus, charissimum reor fratris ignauia: qualiter deinde frater ipse, qualiscunque erga alios tanti certè fratris amantissimus: ad postremum qualiter Roma ipsa atq; vniuersa respublica quæ de nullo tunc hominum se pendebat, Quid ergo? Quis tam multiplicis spei finis? expectatum Drusum inexpectata mors abstulit, morbo quod cōstat raptus, & quod magni sunt auctores ex fractura cruris quo superlabente suscepta, qui viuus victor reuersurus sperabatur in patriam exanimis est reuectus. Quid filium huius loquor Germanicum? Nullius credo vnquam hominis expectatio maior fuit: non hunc pater, non Augustus, ambo iam defuncti, sed Roma omnis expectabat tanto desiderio, quasi totius vrbs vnus animus, isque & viduz, & non nisi vnicum, habentis filium matris esset. Itaque ad primum ægritudinis suæ nuncium attonita penitus ac defecta ciuitas vultusque omnium atque habitus mutati &

mo

mœstum tota vrbe silentium fuit. Vbi, autem
 lætior fama incertis licet auctoribus super-
 uenit, cōualuisse illum & viuere, subitus cla-
 mor atque fœlicissimus vndique sublati,
 ipsum quoque Tiberium excitauit, concur-
 sūque in capitolium ingens factus, & penē
 conuulsæ templorum fores ad persoluenda
 vota agendāsque diis gratias, victa nocte lu-
 minibus, fractōque vocibus silentio gratu-
 lando canentium: Salua Roma, salua patria,
 saluus est Germanicus. Quis verò tandem
 rei exitus? Is nempe qui humanis in rebus est
 creberrimus, venit nuncius certior obiisse
 Germanicū, hinc publicus dolor ac gemitus,
 non edictis aut diebus festis, aut vllis omni-
 nocōsolatio nibus coërceri quinit. Nota est
 historia libro Cæsarū iij. sp. Spero iuuenem
 filium reuersurum. R A T. An hi parum iue-
 nes de quibus dixi, accipe iuniorem: Marcel-
 linus eiusdem diui Augusti nepos ex sorore,
 quantū putas expectaretur ab auunculo, qui
 eum sic dilexit, vt Virgilianum illud carmen
 nobilissimū, quo summus vates adolescentis
 illius penē pueri memoriam honestauit, sine
 lachrymis audire non posset, & auctori silen-
 tium imperaret. Quomodo mater Octauia
 quē illū sic amauit, vt vsq; ad vltimū vitę suę
 finem quasi tunc extinctum cōtinuò deplo-
 raret, omnēmq; consolatorem, non tantū
 con

contemneret, sed odisset. Quid hæc autem & quid putas, nisi quod cæteri? non rediit, sed relatus est, & Drusum quidem non qualē acceperat Germania Romæ, Antiochia Germanicum, Marcellinum Baiana restituit, vestrarum expectationum fors cōmunis, tu ibi nunc aliā fingis, & fors veniet quē expectas, qui cūm venerit fortassis ut abeat & sperare incipies & optare. **S P E S.** Amici absentis aduentū spero. **R A.** Quis miretur expectari vivos, cūm mortui expectentur, ut perhibent? quod nisi inter fatuos veri faciem nō habet: Arthesium Britones expectare fama est: Neronem principē mundi sub fine rediturū quidam somniāt. Vita vestra ab initio ad extremum non modò vanis expectationibus plena sed ipsa expectatio vana est. Id sic esse si non vides, aut modicum vixisti aut nimium, quid hic agitur neglexisti. **S P E S.** Expecto villicum rure venturū. **R A.** Aut domus arserit, aut messis euanuerit, aut pratū exaruerit, aut bos obierit, aut vites grādo percusserit, arbores turbo conuulserit, arma torrētibus inundarint, aut apes auolauerint, locustæ satis insultauerint, columbos corui & mures, pullos vulpecula, agnos lupus inuaserit. Hi ferè rustici sunt rumores. **S P E S.** Vxoris aduentum spero. **R A T.** Si hoc speras, quid iam metuas ignoro. Sic est tamen: sunt & qui expectent
coniu

coniugem, & qui febrem.

De expectatione meliorum temporum.

Dialog. C X V.

S P E S.

S Pero tempora meliora. **R A T.** Omnia ferè tempora æquè bona sunt, quia creator temporum æquè bonus est semper, sed vos temporibus bonis malè semper utimini, inq; hoc, ut in aliis culpas vestras rebus ascribitis. Fac ut homines boni sint, & tempora bona erunt. **S P E S.** Tempora hæc stare nequeunt, lætiora succedent. **R A.** Nullum tempus stat, cuncta prætereunt, cumq; transierint, nō redeūt, virtute & industria bonarumq; artium studiis frenari possunt, non quin fugiant, sed ne pereant, nihil est autem dulcius bene impensæ temporis memoria. Sed vos nulla re uti sciētes, ut oportet, ubi omnem vitam, vel in somnum ac desidiam, vel in solitudinē atque vsus pessimos effudistis, tēpus innoxium accusatis. Nūquid mentior, infantia ac pueritiam in vanos ludos, adolescentiam ac iuventam in libidinem atq; auariciā, senectam & senium in querelas ac lāmēta consumitis? Quænam hæc tēporum culpa est? Fluunt illa, fateor, hæc natura est, vos illa dum datur occupare negligitis, non est natura ista, sed culpa. Vos naturam culpatis, culpā excusatis, res non nouas. **S P E S.** Spero lætiora tempora.

R A T.

RAT. Læticia seu tristitia temporum, vt dixi, nō in temporibus, sed in vobis est. Eo autem, quo intelligis non modò lætiora tibi speranda esse, sed tristiora perpendes si ad ætatem ipse tuam respicis, quæ indies tristior, vt à poëta describitur, & plerisque in senibus inuenitur, & sanè si oculos in terga reflexeris & numerare atque æstimare annos tuos cœperis, simul incipies desperare quod speras. Non est cur mutari cursum rerum speres, nō meliora instant tempora, vereor potius ne peiora. Cur quæso, nisi quia peiores erūt homines, quod & magni diuinarūt viri, & apertis indiciis res declarat, nisi vōs mortales bonæ semper spei magnū aliquid de vestra nobili ac modesta iuuentute concipitis, à qua ego quidē opinione lōgè absum, nihil enim boni penitus mens prælagit, sic in vitium ac ruinā prona sunt omnia. **S P E S.** Mala sunt tēpora, meliora veniant. **RAT.** Omnem ætatem de moribus suis questam, inquit Seneca. Ad-do ego omnem habuisse quod quereretur, habituramq; omnem cunctis sæculis quod queratur. **S P.** Spero lætiora tempora. **R A T.** Vna est ad hoc via qua lætiora si habeas non expectes: fac ipse tibi lætiorē animū, quod sine virtute fieri nequit, vbi hoc feceris, lætæ erunt omnia, triste nihil. **S P E S.** Meliora tempora expecto. **R A T I O.** Vt veniant, quod est

est dubium, certè illis venientibus tu recedis. Quanto est tutius rite vti præsentibus, quàm anxie expectare quæ vel fortè non veniant, vel minimè sis visurus?

De sperato principis aduentu. Dialog.

CXVI.

S P E S.

P Rincipis aduentum spero. **R A.** Vt multa timentur quæ optanda, sic multa sperantur quæ timenda sunt: vtranq; in partem penuria iudicij multa est. **S P E S.** Spero principis aduentum. **R A.** Quanto sperares honestius libertatem: nam profectò qui dominum sperat seruitutem sperat. **S P E S.** Spero principem venturum. **R A.** Et illius commune omnium malum speras. Fuit enim quando & principes imperium & principem populi poterant sperare, nunc imperium principi labor est, princeps populi perniciēs. **S P E S.** Principem venturum ego & respublica speramus. **R A. T I O.** Tu verò quid priuatim speres videris, in quo ipso faciliè falli potes, spes hæc rei publicæ stulta est. Quis enim nisi amens speret, aut cupiat, quod pestiferum toties sit expertus? **S P E S.** Spero principem venturum. **R A. T.** Et secum simul motus rerum varios, mutationes vrbiū, noxias nouitates, famem, pestem,



pestē, bella, discordias, hæc vel vniuersa vel singula modernis cū principibus venire sunt solita. Si hæc placent, principem spera: vt nil horū formidabile sit, ipsum certē inane iam imperij nomen est plenum famæ & rumorum: boni autem omnis effectum & solius vmbra vetustatis innixum. s. p. Spero venturum principem. R. A. Ego te verò munitum velim, vt quotiens aduentātem audieris, credas te tonitruum aliquod præambulum fulminis audire, nec sperare incipias, sed timere potius si etiam alterum labi oportet. Timere enim aduersa & si cōtrariū sit virtuti, consentaneum est naturæ: sperare autem mala, & naturæ est oppositum & virtuti. s. p. Spero mox principem affuturum. R. A. T. Cū præsentem videris, scito te infustum reipublicæ fidus aspicere, vel memoriam ipse tuam, vel parentes interroga tuosque auos & proauos, ita esse reperiēs vt dico, idque tu filiis & nepotibus tuis annuncia, ne ipsi quoque aduentum principis stulti sperent. Dic enim quæso quando vnquam vel minutæ leonis aduentum feræ, vel affuturam aquilam auculæ sperauerint? Liceat verū loqui, stultissimum & mali sui semper auidissimum animal est homo, cæteris capiendis esca opus est, homo solis famæ sibilis capitur.

De

De spe famæ post obitum. Dialogus c x v i i.

S P E S.

M Eritis post obitum famam spero. **R A T.** Multi famam se mereri sperât cùm infamiam mereantur, & ceu viatores erronei dum accedere æstimant, retrocedunt. **S P E S.** Famofus sum in vita, famosiôrque post mortem ero. **R A T.** Est hoc fateor in nōnullis verum, vnde & Anneus Seneca in epistola quadam, habiturum se gratiâ apud posteros vaticinatur: & Statius Papinius præsentem famam benignū iter suo operi ad futuros strauisse ait. Et Ouidius Naso, sibi nomen indelebile futurum, seque ore populi legendum, perque omnia sæcula fama victurum præfagit: neque hercle vllus horum fallitur. Sed quàm multos putas idem sperantes suam fefellisse spem? Multi hoc idem de seipsis crediderunt forsitan & scripserunt, nec quod sibi promiserant impleuerunt. **S P.** Si famofus sum dum viuo, cur non famosior sum post mortem? **R A.** Quia hoc quotidianum & vulgare est, vt multi in vita famosi & clari, post obitū sint incogniti & obscuri. Miraris? Causa rei huius in promptu est, affabilitas quædam, sermo comptus ac lepidus, blâdum supercilium, clara frons, benigna salutatio, beneficia in vicinos, protectio in clientes, hospitalitas in externos, in cunctos vrbalitas.

C Hæc

Hæc & his similia viuentibus famam quæ-
runt, ea verò mox vt hinc abierint non du-
rant, nisi forsitan quandiu qui illos nouerant
superfunt, quod ipsum quam breue sit con-
spicis, quomodo autem durarent non in soli-
do radicata, naturale est vt fundata debili-
ter lenitèrque aucta breuiter dilabantur: vt
fit fama durabilis aut vitæ sanctitas aut ge-
storum claritas, aut insignis scriptorum præ-
stabit elegantia. Rarum decus, loquaces isti
& vrbanī qui togati ac geminati populorum
digitis ostenduntur, non nisi quantum loqui
poterūt, aut paulò amplius cognoscuntur.
Durum, hos apparatus tam celeriter & has
pompas, hanc scientiæ nubem, hæc verbo-
rum tonitrua in tenuem fumum euanesce-
re, durum fateor, sed sic est, nam nec ipsi de
se testimonium præbuerunt ambitioni aut
lucro aut somno dediti, nec qui præbeat, me-
ruerunt. *SP.* Famam inueniam post mortem.
R A T. Fama nihil vnquam mortuis profuit,
vuiis sæpe etiam nocuit. Quid enim perni-
ciem ac mortem Ciceroni ac Demostheni,
nisi insignis literarum fama consciuit? Idem
de Socrate ac Zenone, & mille aliis dici po-
test: noti omnes. Quid verò nisi fama scien-
tiæ & ingenij dedit causam filio Gnosij re-
gis Androgeo vt ab Atheniensibus macta-
retur? Quid Oetæ Colchorum regi Argo-
nautas

nautas attulit delectos, ut aiunt, viros, verè autem prædones, nisi fama diuitiarum? Nam quid significasse aliud credimus famosum illud aureum vellus arietis, nisi opes multas latèque vulgatas, quibus diuites bestiales opumque inopes verarum velut arietes vel-
 leribus vestiuntur? **S P E S.** Famosus ero. **R A T.** Ut fit ita, quid hinc magnum concipis, esset aliquid fortè fama, si notitia comes esset, ut plerunque accidit in viuis: nunquid laudari proderit ab his qui te si videant non agnoscant? Dic enim quæso si Homerum videas & Achillem, si Virgilium & Augustum, nunquid non ignoti abibunt, cum tam nota & tam clara sint nomina? Crede mihi, spes vestræ magna ex parte dupliciter vanæ sunt, quòd nec sperata proueniunt, nec ut proueniant afferunt quod promittunt. Perè enim plus in spe sunt humana omnia quàm in re. Mittite igitur spes inanes & vana desideria, contemptisq; terrestribus iam tandem & optare discite & sperare cœlestia.

De gloria ex ædificiis sperata. Dialogus

C X V I I I.

S P E S.

EX ædificiis gloriam spero. **R A T.** Nesciebam calce & harena & lignis & lapidibus gloriam quæri, credebamq; quòd rebus
 C 2 gestis

gestis & virtutibus quæreretur. SPES. Ædificando mihi gloriam paro. R A. Sed fragilem ac caducā. Omnia quæ manu hominum facta sunt, vel manu hominum evertuntur, vel stando & durando deficiūt. Habet enim manus longè præualidas longa dies, è cunctis vestris operibus nullum senio resistit. Ruentibus ergo super quibus hæc tua gloria fundata est, ipsam quoque corruere est necesse. Si fortè non credis, respice ad antiqua quæ ignota tibi quidem esse non possunt. Vbi est nunc Troianum illud Ilion superbum? Vbi Byrsa Carthaginis, vbi turris & mœnia Babylonis? Beluarum nunc habitatio & serpentum. De Bâbylone loquor antiqua. Altera nempe propinquior atque recentior adhuc stat, citò itidem casura. Si essetis viri. vbi sunt denique septem illa opera græcis scriptoribus celebrata? Atque ut ad propinquiora veniamus, vbi est quæso illa Neronis domus aurea, quæ quantum fatigauerit architectos cogita, lectores etiam nunc fatigat, quæ quidem domus vna cum aliis ædificandi furoribus, quibus omnes excessit ad inopiam illū cōpulit & rapinas? Vbi sunt thermæ Diocletianæ, & balneum Antonianum, & cymbrum Marij, & septizonium Seueri, & eiusdem thermæ Seuerianæ? Demum ut summam rerum attingā, vbi est Augusti forum,

&

& ædes Martis ultoris, vbi ædes tonantis Iouis in Capitolio, & Apollinis templum in palatio, vbi eiusdē porticus ac bibliotheca græca pariter & latina, vbi porticus altera & basilica Gaij Luciiq; nepotum sub nomine dedicata & extructa, & porticus tertia Liuiæ cōiugis & sororis Octaviæ theatrumq; Marcelli? Vbi tot opera per illustres viros iussu eiusdem principis & hortatu, multis vrbis in locis tanto labore, tantis impensis ædificata? Marij Philippi ædes Herculis & Musarum, Lucij Cornificij ædes Dianæ, Asinij Polionis atrium libertatis, Munacij Panci ædes saturina: Theatrum Balbi Cornelij, Amphitheatrum Statilij Tauri? Innumerabilia præter hæc opera Marci Agrippæ. Nēue eam per singulos, vbi sunt tot luxuriosa principū palatia? Quære in libris, inuenies nomina: quære urbem totā aut nihil inuenies, aut perexigua tantorum operum vestigia: tu de tuis quid speres videris. Certē Augustus omnium supremus, nisi aliud quā ædificia reliquisset, iam pridem omnis eius gloria corruisset: nec verō solum templa decorum quæ parauerat in ipsos ædificantes ruere, sed pia etiam loca hac ipsa ætate in eadem vrbe alia ceciderunt, alia tremuerunt, & nunc vix ponderibus suis stant, præter vnū Pantheon Agrippæ, quod diu erectū sancti possident & Ma-

ria, quæ antiquissimâ illâ domû sui nominis
virtute sustentat. Crede mihi aliis quàm lapi-
deis fundamentis eget gloria vt mäsura sit.
SPES. Ex ædificiis gloriâ quæro. R A T. Quære
illâ igitur vbi est, nihil vnquam inuenies vbi
non est: vera quidē gloria nō est in mœnibus
neq; in saxis. Sunt fateor rerū vulgo iudices,
qui dicāt tribus modis gloriâ quæri, gerendo
magnū aliquid, quod de te scribant auctores
idonei, vel scribēdo aliquid quod mirētur &
legant posterī, vel insigne aliquid opus ex-
truēdo, vt sit ita, vltimū tamen hoc omnium
& minimum ac caducum. S P E S. Relinquo
opera ædificiorum, quibus moriēs ipse mecū
gloriosior & à posteris gloriam spero. R A T.
Gloriatus est Augustus ipse, de quo dixi,
quòd urbē marmoream relinqueret, quā la-
teritiā accepisset, quæ tamē gloria nisi aliis
rebus adiuta esset, quonā fuerit peruentura
conspicimus, proinde cum melioribus curis
morere, stabilēsque spes amplectere. Ista
etenim quibus fidis, & nullius pretij sunt, &
te ilico consequentur inq; ipsam, vnde sum-
pta, tertiam reuertentur. SPES. Ædificaui do-
mos vnde laudem spero. R A. Laudabunt for-
sitā qui illas inhabitabunt. Brevis laus &
angusta, qui post venient, vel illas non inue-
nient, vel à paganis, vt vulgo dicitur; factas
dicent, tuum nomen ignotum erit.

De

S P E S.

Spero gloriam ex conuictu. **R A.** Refert multum quibus conuiuas, sunt quidem utinamque non plurimi, quorum cōuersatio sit infamis. **S P E S.** Scio nisi bonis artibus aut bonorum contubernio gloriam non quæri: ego hoc ultimo subnixus spero, vel bonorū exēplo bonis fieri, vel si nihil aliud horū vel familiaritatis solā gloriā mihi fore. **R.** Est id quidē in adolescēte præcipuē signū optimū, qui nisi bonū animū haberet, nequaquā iūgi bonis optaret. Est enim amicitiarū ac familiaritatū ferē omniū causa nexūsque, similitudo quædā. Age ergo si quos imitaris, æquaue ris, bene erit. Si minus, modò quod in te est nihil omiseris, ipsa voluntas bona laudis & glorię præmio nō carebit. Prima enim & maxima pars virtutis, est bonum velle, quod nisi præcesserit non sequetur virtus. **S P E S.** Familiaritate bonorum glorior. **R A T.** Laudo id quidem modò, nec te lucri cuiuspiam nec alia spes inducat, eoque tua tantum pergat intentio ut similis illis fias: alioquin quod propter gloriam solam fit, veram gloriam non meretur. **S P E S.** Ex bonorum conuictu gloriam spero. **R A T.** Spes quidem magna, nec improba quando & in scientia & in eloquentia & belli pacisque artibus obseruan-

do & imitando fit. Multi olim illustres ex conuictu illustrium euasere. Illud vide, ne aut tibi pro bonis ducibus malos elegeris errore aliquo, aut bonorum flebili raritate & virtutum huius ætatis inopia prorsus assequi nequeas quòd intendis.

De multiplici spe. Dialog. CXXI.

S P E S.

Multa spero. R A T. Multa in spe multa est vanitas multusque fallendi aditus fortunæ. S P E S. Spero multa. R A T. Spem multiplicem, multa destituunt. Qui modicum sperat, iter casibus arctauit atque nihil obstruxit. S P E S. Valetudinem bonam spero. R A T. Mortalitatis obliuionem. S P E S. Spero longā vitam. R A T. Diuturnum carcerem, ubi multa feras, multa videas que nolis. S P E S. Membra viuacia. R A T. Vincula tenacia, grata tamen vnde metuas absolui. S P E S. Formam corporis elegantem. R A T. Voluptatum stimulos. S P E S. Annorum prosperos exitus. R A T I O. Pudendi materiam dolendique S P E S. Amicæ conuentam mortem. R A T I O. Breue fœdumque nescio quid. S P E S. Peccandi licentiam. R A T. Infelix gaudium, poenitentiam longæuam. S P E S. Vitæ occasionem. R A T. Aditum scruitæ. S P E S. Agile corpus ac validum. R A T I O. Mancipium contumax & rebelle. S P E S. Diuitias multas. R A T. Gra

Grauem sarcinam ex lappis & tribulis. SPES.
 E diuersis æquoribus venturas naues. R A T.
 Late dispersam sortem intra monstra maris
 ac scopulos agitatam fluctibus, tractam funi
 bus, pulsam ventis. SPES. Lucrum de conce
 ptis mercibus. R A T. Escam quæ te perpetua
 solitudine capiat lucróque vnico in multa
 credulum damno præcipitet, mercator no
 uus est facilis ad credendum, expertus multa
 circumspicit. SPES. Honestas filix nuptias fi
 lióve. R A T. Nulla ferme res tam crebrò fal
 lit & tam grauitè. SPES. Magnam potentiã.
 R A T I O. Inuidiosam miseriam, opulentam
 inopiam, pauidam superbiam. SPES. Regnum
 & imperium. R A T. Præcipitium & procellas
 & sub stellanti diademate fuscum superci
 lium, cor anxium, infelicem vitam. SPES.
 Honores fori. R A T. Puluerem ac strepitum.
 SPES Coniugium & natos. R A T. Litigium &
 curas. SPES. Mihi militiam, & vxorem filio.
 R A T. Tibi laborem ac dilecto pœnam SPES.
 Vetulæ obitum vxoris, & coniugem iunio
 rem. R A T. Attrito laqueo dissolui, vt nouo &
 valido vinciaris. SPES. Ingenium, linguam
 literásque. R A T. Incudem, malleum & mas
 sam, quibus tibi atque aliis somnum frãgas.
 SPES. Laudationem funeri. R A T. Philome
 nam surdo. SPES. Auream pitamidem. R A T.
 Domum pictam cæco. SPES. Gloriam post
 C S mor

410 F. PETRARC. DE REMED.
mortem. RAT. Leues auras post naufragium.
SPES. Nomen apud posteros. RAT. Testimo-
nium ab ignotis. SPES. Hæredē meum. RAT.
Patrimonio amicum tuo, & tibi ne redeas.

De pace animi sperata. Dialog. CXXI.

SPES.

A Nimi pacem spero. RAT. Quid sperare
maius quàm habere pacem? Hanc mox
vt bona fide velle cœperis, inuenies. SPES.
Spero pacem animi. RAT. Pacem sperare
bellantis est. Quis animo tuo bellum infert,
nisi vnus tu? quod ipse tibi abstuleris impu-
denter, ab altero postules aut speres. SPES.
Spero animi pacem. RAT. Vnde precor, aut
quando speres quod ipse tibi nunc potes da-
re? Sic vt illam tibi nemo alius quam tu pos-
sit eripere? Pone arma cupidinum atq; irarū,
plenam animo quæsieris pacem. SPES. Spe-
ro pacem & quietem animi. RAT. Quid
igitur quod agis aduersum paci est, contrā-
que tuam spem tantopere niteris? Vix tantū
deberent niti homines vt salui essent, quan-
tum nituntur vt pereant. Pluris penè bellum
iuge animi laborque emitur, quàm emenda
pax esset ac requies: sic pugnant spes morta-
liū ac vota cū studiis, vt non vnus hominis
vnū pectus sed multorum, eorumq; de omni
bus dissidentiū videatur. SPES. Quietē spero.
RAT.

R A T. Mirū vnde vobis hæc libido sperandi semper ô mortale genus. Siquidem quod speratis adepti estis, rursus spē in lōginqua trāsmittitis, & inde rursus alio, ita ne crastinus dies hodierno sit clarior, & meliora semper futura pręsentibus. Sūt nēpe quib' nil sit gratius quā sperare, qui spē ipsam speratarum rerum nullis euentibus permutatā velint, quibus ego quid optauerim, nisi vt procrastinantes omnia, bonisq; se suis interim spoliātes, inter irritas spes senescant, quo vel sic intelligant inaniter se sperasse, & in tergum verū videāt frustra se alibi quæsiuisse quod secum erat. **S P E S.** Spero pacem requiemq; animi.

R A T. Magna pars rerū humanarū vmbra est, magna pars mortalium vento pascitur & insomniis gaudet. O quā multi cum hac spe ad æternos labores & bella descendunt.

De spe vite æternæ. Dialogus CXXII.

S P E S.

S Pero æternam vitam. **R A T.** Nulla maior, nulla pulchrior, nulla sanctior spes, modò non cæca præceps ve sit. Sunt enim qui semper male agendo bonum sperent, quo nihil est stultius. **S P E S.** Æternam vitā spero. **R A T.** Ea est virtutum consanguinitas atq; connexio, sicut à philosophis disputatum est, vt necesse sit eum qui vnā habet, omnes habere virtutes, cui illud est consequens, vna
virtu

virtutum carentem cunctis carere virtutibus, quod si de moralibus verum est, quid de theologicis opinemur? Itaque; si spem habes, charitatem simul habeas oportet ac fidem. Si quæ harum desit, non iam spes vlla sed præsumptio inconsulta est. **S P E S.** Vitam spero æternam. **R A T.** Rem bonam, immo optimam speras: illud vide, ut quod bonum agis, agas bene. Sunt & qui bona male agant, nec minus infallibilis æstimator, qui qualiter quàm quid fiat aspiciat, nec minus aduerbia quam verba librat ac nomina. **S P E S.** Spero vitam æternam. **R A T.** Non cælestes tantum, sed terrestres domini de se sperari amant, sed à quibus? profecto ab his quibus se charos ac dilectos sciunt, aut qui si quâdo forsitan odiosi fuerint ac rebelles, redire in gratiam optantes ad misericordiam confugerunt. **S P E S.** Vitam æternam spero. **R A T.** Vitam temporalem corrige, hac ad illam pergitur. **S P E S.** Spero vitam æternam. **R A T.** Vna omnium spes est, quæ si rite illam concipis & foelicem te faciet & iam facit. **S P E S.** Æternam vitam spera. **R A.** Primum est, ut misericordiam, dehinc vitam speres, utranque sobriè ac modeste. **S P E S.** Spero æternam vitam. **R A T.** O foelix nisi te spes ista fefellerit.

Fian libri primi.

Frab

FRANCISCI PE-

TRARCHAE POETAE

*oratorisq; clarissimi, in operis sui de remedijs
vtriusq; fortune librum secundum, quo de ad-
uersa disputatur fortuna, Epistolaris Praefatio.*

EX omnibus quæ vel mihi lecta
placuerint vel audita, nihil penè
vel insedit altius vel tenacius in-
hæsit, vel crebrius ad memoriam
reducit, quàm illud Heracliti, omnia se-
cundum litem fieri. Sic est enim: & sic esse
propemodum vniuersa testantur. Rapido
stellæ obuiant firmamento, contraria inui-
cem elementa configunt; terræ tremunt, ma-
ria fluctuant, aër quatitur, crepant flammæ,
bellum immortale gerunt venti: tempora tē-
poribus concertant, secum singula, nobiscum
omnia, ver humidum, æstas arida, mollis au-
tumnus, hyems hispida: & quæ vicissitudo di-
citur, pugna est. Hæc ipsa igitur quibus infi-
stimus, quibus circumfouemur & viuimus,
quæ tot illecebris blandiuntur, quanq; si ira-
sci cœperint sint horrèda, indicant terræmo-
tus & concitatissimi turbines, indicant nau-
fragia atque incendia seu cœlo seu terris sæ-
uientia. Quis insultus grandinis? Quannā illa
vis

vis imbrium, qui fremitus tonitruū, qui fulminis impetus, quæ rabies procellarum, qui feruor, qui mugitus pelagi, qui torrentium fragor, qui fluminum excursus, qui nubium cursus & recursus & concursus? Mare ipsum præter apertam ac rapidam vim ventorū atque abditos fluctuum tumores incertis vicibus alternantes, certos statutosque fluxus ac refluxus habet, cum multis in locis, tum conspectius in occasu, quæ res ædum manifesti motus latens causa quaeritur, non minorem philosophorum in scholis, quam fluctuū ipso in pelago licet monit. Quid quod nullum animal bellis vacat? Pisces, feræ, volucres, serpentes, homines, vna species aliam exagitat, nulli omnium quies data, leo lupum, lupus canem, canis leporem insequitur. Est & canum stirps audentior, non lupis modò resistere, sed leones, pardos, apros, vrsos insectari solita atque aggredi. Quorundam verò tam generosa ferocia & tam nobilis fertur elatio, vt vrsos aprosque fastidiant, inque solos elephantes aut leones dignentur irruere, qualem vnum Alexandro regi missum contemptūque tali malè cognito contemptum occidique, iussum legimus, missūque inde alterum probatūque qua decuit, dilectūque regi vnicè atque in delitiis habitum: nam ipsius canis erga hominem

nem

nem, cui fertur amicissimus, quanta sit cha-
 ritas, nisi quam conciliat spes cibi, præter
 morsus & latratus implacabiles, non tantum
 Actæonis fabula, sed discerptus verè probat
 Euripides. Vulpina fallacia vna quidē ex mul-
 tis audita est. Piscatores cū ad urbem pis-
 ces deferrent, quod æstate libenter noctu fa-
 ciunt, aliquando vulpeculam ceu exanimem
 calle medio transuersam habuisse, quam ar-
 reptam decoriaturi ex commodo, cū supra
 sarcinam proiecissent illā, vbi se piscibus af-
 fatim impleisset, subitò prosiluisse, miranti-
 būsque illis atque indignantibus effugisse.
 Iam qui, oro, alij vulpium doli, qui lutorum
 ululatus, quod murmur ad caulas, quæ cot-
 uorum miluorumque circa columbarū do-
 mos ac pulloꝝ nidos vigilātia, quod inter
 se, vt perhibent naturale atq; æternū odium?
 Alter alterius inuadit nidum, effractisq; ouis
 spem prælis interimit. Nam cuculo non
 vi us quidem alterq; est hostis, omnes ferè
 auiculæ illi insultāt profugo semper & que-
 rulo. Quænam præterea & quales mustelarū
 contra aspides insidiæ? Quod circa diuitum
 thalamos acumen furum? Quæ nā ex diuer-
 so cuiusque pro se suo in genere excubiat,
 quantāque quāque vigil repugnantia est?
 Quis venatorum, quis ve aucupum artes ac
 laqueos, quis piscatorum hamos ac retia, ho-
 rū

rúmque omnium labores vigiliásque explicet? aut hæc contrà, ferarum, auium, piscium ingenia? Quæ cuncta quid sint aliud quàm litium instruméta? Age quínam asylorú aculei vesparúmque, híisque cum pestibus quæ bouum prælia, qui sudores? Nec maior canum equorúmque aut reliquorum quadrupedum pax quiéscit. Quæ muscarum æstiuæ tædia, quæ niuium (quas muscas albas ludo dicunt) hibernæ molestia? Quæ foricum perennis inquietudo, quæ pulicem pernox obsidio, quæ culicum lis diurna, quæ anguium ranarúmque cum ciconiis, quæ pygmæorú bella cum gruibus? quas inter Arimaspos & gryphes pugnas excitat auri sitis? vt quorú maior improbitas haud faciliè indicè, nisi quòd illi rapinam, hi custodiam moliantur: illos auaricia stimulat, hos natura. Idem & custodiæ studium & prædæ distantissimo mundi tractu apud Indos inuenio: illic quoq; suum aurum contra parem gentis auariciam formicis quibusdam incredibili mole & mira feritate ruentibus. Basiliscus angues reliquos sibilo territat, aduentu fugat, visu perimit. Elephantem draco spiris implicat seu perosis: est enim incertum. Vnde nonnullis animantibus inter se naturale odium, seu æstate algidum sitiens cruorem, quod & quidam tradidere, & pugnae exitus facit vt credi possit

fit: si verum est, alterum exanguem exiccatumque emori, alterum verò fusi hostis hausto sanguine, ceu bello victorem, victumque delirans & nimio potu ruptum comortuumque procubere. Multa præterea genus hoc, atque imprimis acerrimus epotæ dolor hirudinis & visus vel auditi muris fastidia offendunt: mirum dictu, tantum animal & tantarum virium tam pusilli hostis horrere conspectum. Sed sic sine lite atque offensione nil genuit natura parens, leo ipse generosum ac securum animal, pro defensione fortuum ferrum spernens, neu fortè visum terreat, nec aspiciens quidem rotarum strepitum vacuos currus agentium, & gallinaceorum cristas, quis non stupeat, si vera fama est, magisque etiam cantus, super omnia verò flammæ metuere crepitantes traditur. Ea ergo huic generi lis propria est, præter illam communem feris omnibus venationem. Est & sua lis tigris, rapte proles & profugi hostis ludibricantis instantem atque ingenio retardantis. Lupo una semper cum fame perpetua rusticisque ac pastoribus lis manet. Venenosa loquor & ferocia, Quænam verò mansuetis gregibus est quies? Quantis nifibus, quantisque odiis configunt fues? quantis armentorum duces? quænam inter illos certamina? quænam fugæ? quæ victoris in-

D

len

lencia? quis victi doloꝝ? quæ iniuriarum recordatio? qui reditus ad vindictam? quis non legendo perpendit, vt poëtarum ingenia, & bellaces exercent tauri, & inter se aduersis luctantes cornibus hædi? quid de alijs? Lis omnibus vna est: nilque nõ secundum litem sit, quando nouum ad præsepe hospes equus, quando pullus aduena quietum cibum inter pares sumpsit? Quis non illud aduertit gallinis fortantibus pro imbecilli familia, quantus ardor, impatientia quanta sit? quanquam est id quidem commune omnium. Nullum tam mite animal quod non amor sobolis ac metus exasperet. Galli se calcaribus impetunt & natura & cruore rutilas cristas inter vulnera detinent, totis corporibus obnixi, tantum inuidiæ, tantumque superbiæ paruo regnat in pectore, tanta vincendi cupiditas, tantus cedendi pudor est. Anatum atque anserum pertinaciam quis non vidit, vt pectoribus se perurgent, clangoribus increpitant, alis diuerberant, rostris hærent? Et quidem in ferocibus minus miri, vñtatum enim & commune est, vt animalia maiora minorum pernices ac sepulchrum sint. Fera feram, auis auem, piscis piscem, venem vermem rodit: quin & littoreæ volucres, aquaticæque quadrupedes, æquor, stagna, lacus, & flumina rimantur, exhauriunt & infestant,

ut mihi omnium inquietissima pars rerum
 aqua videatur & suis motibus & incolarum
 perpetuis acta tumultibus, quippe quæ no-
 yorum animantium ac monstrorum feracis-
 sima esse non ambigitur, usque adeo, ut vulgi
 opinionem, ne docti quidem respuant, omnes
 prope quas terra vel aër animantium formas
 habet esse in aquis, cum innumerabiles ibi
 sint, quas aër & terra non habent, & in his
 quidem ferme omnibus præda vel odium
 litem parit. Quid quod his cessantibus, lis
 non cessat? Age enim in amore quantus ze-
 lus, quanta in coniugio dissonantia, quot que-
 relæ, quantæ suspensiones amantium, quæ su-
 spiria, qui dolores, quanta non dicam domi-
 norum ac servorum, qui non ideo minus in-
 festi, quia domestici hostes sunt, cum quibus
 nulla unquam pax speranda, nisi quam vel
 mors fecerit vel paupertas. Non dicam fra-
 trum, quorum gratiam raram ipsa veritas
 ore Nasonis testata est. Non filiorum in pa-
 rentes, quod eiusdem poetæ carmen canit,
 sed parentum quorum opinatissimus est amor,
 quanta indignatio in filios, quos dum bonos cupiunt,
 malos lugent: atque ita quodam modo
 dum valde diligunt, oderunt. Et fraternum qui-
 dem paternumque vinculi nomen arctissimum, sæpe
 sine amore, interdumque cum odio videmus.
 Veniam ad amicitiam sanctum nomen, quod

ab amando dictum, absque amore nec esse
certè nec intelligi potest. Quanta verò in
amicis quanuis finium concordia, viç tamen
actuúm; discordia, quanta opinionú atque
consiliorum conflictatio est, vt vix Cicero-
niana diffinitio stare queat. Sit etenim licet
inter amicos beneuolentia & charitas, deest
tamen illa omnium diuinarú humanarumq;
rerum cõsensio, ex qua ille diffinitione con-
ficit. Quid in odio speres igitur? Est & in amo-
re odiú, & in pace bellú, & in cõsensione dis-
sensio. Ostendá tibi sic esse ex hispís quæ as-
siduè in oculis sunt. Feras aspice, quas ferro
indomitas, omnipotès amor domat, intende
animum, leenz, tygres, vrsæ quáto cum mur-
mure veniunt ad id quod cupidissimè faciunt
non cupidas, sed coactas putes. Ferarú aliz
dum coeunt magnis stridoribus, aliz rapidis
vnguibus inquietæ sunt. Iá si credimus quod
de natura viperea magni scribunt viri, quan-
ta rerum contrarietas, quantúm; litigium:
maris caput sua quadam naturali sed effre-
nata dulcedine in os viperæ insertum, illa
præcipiti feruore libidinis amputat. Inde iam
prægnans vidua cum pariendi tempus ad-
uenerit, fortu multiplici prægrauante, & ve-
lut in vñionem patris vno quoque quampri-
mum erumpere festinãte discerpitur, ita duo
animatium prima vota proles & coitus huic
gene

generi infanta pœnitæque mortifera de-
prehenduntur, dum marem coitus matrem
partus interimit. Apum alucaria contempla-
re, quæ illa cōcursatio, qui strepitus, quæ nam
non modò bella cum proximis, sed ciuiles,
vt ita dixerim, discordiæ ac bella domestica.
Columbarum nidos intueri: simplicissimum
animal, & vt memorant, felle carens, quantis
quæso cum præliis quantisque clamoribus
vitam ducit? indisciplinatis in castris ac bar-
baris esse videare, adeò nec luce pacati ali-
quid nec nocte quidem videas. Mitto autem
insultus in alterutrum: ipsum in se vinclo
mutuæ voluptatis astrictum par, eamque ob
causam Veneri sacrum, quantis querimo-
niis ad optatum fertur, vt sæpe columbam
circumit, sæpe alis rostròque persequitur
suis amans. Ad munitissima te remittam,
quæ non vt minor, sic & minus spectabilis
minúsve laboriosa materia est. Quænam er-
go aranearum insidix & quàm vigil inten-
tio, quæ captandis infirmioribus telarum scz-
na, qui retium obtentus fallaciis ac rapinis?
Quid pannis tineæ, quid caries tignis, no-
cturnique vermiculi nō sine tédio & obtuso
quodam sub strepitu trabiū viscera fodien-
tes? Illarum maximè quibus cædendis lunæ
ac mēsam observatio diligens sit neglecta:
quæ latèa pestis vt fumosis tectis agrestium,

sic autem regum laquearibus insultat, tem-
 plis quoque sacris & altaribus, sacrisque
 opibus philosophantium non parcat, quin &
 librorum postes & membranas & literas: ad-
 dam quòd nisi pice liquida leusque incendio
 sit occursum, nonnunquam periculi vel nau-
 fragij etiam causa est, & maria ingredi & ca-
 rinas nauium terebrare causa, sæpè bellum
 grave nescientibus intulit. Præterea quid
 bruchus oleribus, quid segetibus locustæ,
 quid messibus seu anser aduena, seu passer
 indigena, seu grus domicilij translatrix, vo-
 lucræque aliæ importunum genus? Vnde
 illud Georgicum Virgilij, quod mirari so-
 leo, iam non miror ut aues sonitu terreant-
 tur. Rure enim nunc Italico habitanti, vnum
 hoc ex multis æstiuis tædiis esse cœperit. Sic
 mihi ad vesperam & insultus volucrum, &
 lapidum collisio & villici clamor durat. Ad
 hæc quid ericius vindemiæ, quid erugo her-
 bis, eruca frondibus, talpa radicibus? Quid
 postremò areis horreisque gurgulio, atque
 inopi metuens formica senectæ, ut ait ille,
 quis feruor & perexigui animantis inquie-
 tudo, ut dum brumæ suæ consulit nostram
 turbat æstatem? Tardus essem ad credendum
 aliis: expertus scio quanto non solum tædio,
 sed & damno sit puluerulentum illud, ac tre-
 pida semper expeditione festinum agmen,

ut

ut non tantum agros sed arcas & thalamos
 & promptuaria populètur. Iam credere inci-
 piam Pisanis in finibus castrum, quod haud
 longè à mari navigatibus ostenditur, formi-
 earum scatebris ac diluvio desertum. Fale ali-
 quid Vincentinis quoque memorant in fini-
 bus. Et ego vel utrobique, vel ubique fieri posse
 crediderim: sic me nuper non agresti, quidem
 sed urbana paulominus pepulerunt domo, ut
 ignis & calcis, ad extremum fugæ rerum reme-
 dio opus esset: Apuleiòque fidem habeam, con-
 sumptum ab his hominem, etsi desit mel, mirari-
 que me non negem, quid est quod quidam so-
 litudinis exemplum proposuere formicam, atque
 de hac longos texuere sermones, parsimo-
 niam atque industriam prædicantes? Bene hercle,
 si omnis sollicitudo laudabilis esset: exemplum
 fortasse igitur prædonibus idoneum, non his
 quibus de suo vivere sine cuiusquam iniuria
 mens est. At sollicitum animal, quis nescit, sed
 improbum, sed iniustum, rapto vivens, nullius in-
 dustriæ nisi in malum, nullius usus, at incom-
 modi tardisq; multiplicis: cur igitur hoc ex-
 emplum dederint, cur hoc animal laudaverint,
 dico iterum miror, præcipue cum adesset apis
 industriam providentissimamque, animal, nulli
 noxium, multis utile, sibiq; & aliis arte qua-
 dam naturaliter insita & suo illo nobili la-
 bore subueniens. Quid nunc ego dampnam

eloquar vbertatē & excreſcētiam luxuriem
foliorum, cōtra quā peruigil excubat, & præ-
duris vnguibus armatus agricola & vtrici
succinctus falce frōdator? Quid lappas & tri-
bulos atq; annuam tempeſtatē renaſcentium
ſtirpiū ac radicū, litium ac laborū materiam
immortalē? Quid imbriū bella furentium, &
moles niuiū & vredinem pruinarū, & aſperi-
tatem & violentiam glaci, & torrentiū re-
pentinos impetus, & vaga fluminum incre-
menta, totas ſæpe regiones & magnos popu-
los, ſed imprimis ruſticorum ſepta quaſſan-
tium, quorum in tot malis vix terreſtris & in
terram ſemper accliuſ agitur vita? Atque vt
delicatorum ac diuitū de tædiis aliquid di-
cam: quis nocturna auium bella non pertu-
lit? Bubones ſtrigēſque & oblatrantium lunę
canum ſupervacuas excubias, & catas in
tegulis nundinantes ac tranquilla ſilentia
horrendis occētibus & clamore tartareo in-
feſtantes, & mœſti ſorienm occētus, & quic-
quid inter tenebras importunū ſtrepit? His
accedunt & nocturna ranarum coaxatio, &
matutini planctus hirundinum ac minæ, ad-
eſſe Itym putes ac Tereum. Nam diurnam
auium quietem, & cicadæ ſtridula, & præ-
caces corui, & rudentes impediunt aſellis, &
balatus pecudum, & mugitus boum, & ma-
gno precio parua oua vendentium gallina-
rum

rum concentus inconditus sine carens. Super omnia verò vel suillus stridor, vel vulgaris clamor & stultorum risus, quo inepto res ineptior nulla est, vt Catullus ait : & ebriorum cantus ac gaudia quibus nihil est tristius, & litigantium quærelæ, & anile conuicium seu garrulus : & puerorum nunc prælia, nunc lamenta, & nuptiarum vel cōiuiua turbida vel choreæ, & vxorum viros arte lugentium læti fletus : & parentum veri natorum in mortibus eiulatus : adde his fori turbas ac strepitum, altercationesque mercantium & ementium, hinc contemptus, hinc vendentium iuramenta. Adde hinc artificum laborem voce mulcentium mœstos cantus : hinc fidi- bus lanas ac vellera conglobata pulstantium, iniucundam musicam, & telas pectinis pererrantis : hinc follium fabrilium raucos flatus, & acutos sonitus malleorū, quibus scissa æquis partibus hiberna nox additur, vt nullum vel quieti datum tempus litibus sit immune. Vt verò insensibilium rerum genus attingam, quid vel cum ferro magnes habet, vel cum magnete adamas, quorum & si causa litis occultior, lis aperta est. Magnes siquidem ferrū trahit, adhibe adamantem, trahere desinet, remittetque si traxerit. Vtrobique vis mirabilis, seu quòd pigro & informi lapidi natura quasi manus atque vncos

D 5 dede

dederit aduersus rigidum ac præuolūm
 metallum, seu quòd illos sibi de lapide alte-
 ro astante surripuerit, quæ non primæ litis
 finis, sed noua lis est. Et si hoc vltimum mul-
 ti negent, mihi enim experiendi hætenus,
 vel occasio defuit, vel voluntas: itaque nihil
 affirmo. Primum verò notum adeò vt ne af-
 firmari quidem sit necesse. Verum ego breui
 nimis in tempore, & angusto in spacio opus
 ingens magno impetu aggressus, iam hinc
 video ad hanc rē plus mihi animi esse quàm
 virium. Nec mihi, nec cuiquam sanè vnum
 hoc agenti ex commodo, facile futurum sin-
 gula prosequi, ex quibus appareat omnia se-
 cundum litem fieri, quæ seu magna, sed par-
 ua magno miraculo fiant, licet nondum ta-
 men illud maximū stupendūmq; inter sum-
 ma & extrema naturæ prodigia numeratum
 attingi, sed attingam paucis. Echeneis semi-
 pedalis pisciculus, nauim quāuis inimicam
 ventis, vndis, remis, velis actam, retinet, solus
 elemētorum atq; hominum vim retundens,
 nullo quidem actu alio quàm nauigij posti-
 bus adhærendo, nullo demum conamine, sed
 natura ipsa. Quòd & si scriptis illustribus in-
 situm, è numero tamen incredibilium habe-
 retur si de Oceano, Indico fortassis aut Scy-
 thico scriptum esset, & non potius in nostro
 mari monstrum hoc Romanis imperatori-
 bus

bus accidisset. Animaduersa enim morę causa, quòd tota classe prodeunte, nauis vna velut in anchoris staret, neq; prorsus loco moueretur, dimissis pelagi expertis, manu, vt dicitur, comperta veritas, & limacis instar piscis clauo infidens, inuentus atq; ostensus est principi indignati tantum in se potuisse tantillum animal, idq; vnum præcipuum admiranti quod in nauigium receptus, tantam illam exterius inhzrendi efficaciam amisisset. Nam illud alterum monstri genus nõ siluisse equidẽ quàm affirmasse maluerim, cuius apud nos nescio quàm verax, sed noua utiq;, & ob id ipsum suspecta mihi est fama. Esse circa mare Indicum inauditæ magnitudinis auem quandam, quam Rochum nostri vocant, quæ non modò singulos homines, sed tota insuper rostro prehensa nauigia secum tollat in nubila, & pendentes in aëre miseròs nauigantes aduolatu ipso terribilem mortem ferat. Quanta verò vis auariciæ est, quæ neq; alijs multis, neq; hoc vno tam immani periculo à nauigatione deterritos sequaces suos prædæ auidos prædam facit? Iam verò vt de inuisibilibus aliquid ad inceptum trahã, quanta commixtione cõtrariorum sit votiuæ temperies, inter quas cõtrariedades aduersantium extremorum ad medium virtutis, per quas differentias quantàmq; discordiam vocum
ad

ad musicam concordiam pervenitur? Denique quæcunq; sunt, excute, & percurrere animo cœlum, terras, maria, æquè in summo æthere & in fundo pelagi: inque imis terræ certatur hiatibus, æquè in sylvis & in agris, æquè in desertis arenarum & in plateis urbium lis æterna est. Ne enim varietate rerum ab incepto deuiem, taceo quòd iam inde ab ipso mundi primordio inter æthereos spiritus, in ipsa cœli arce pugnatum est, hodieque in hoc tractu caliginosi aëris pugnari creditur: taceo quòd in illo cœlesti congressu victi angeli victoribusque iam suis facti impares, dum in nos mortales terræ accolas vlcisci student, immortale nobis bellum tentationum variarum durumq; negotium atque ambiguum peperere. Taceo quòd, ut omnia, & quæ sensu carent, & quæ sentiunt in vnum cogam, à supremo cœli vertice, ut dixi, usque ad infimum terræ centrum, & à principe angelo usq; ad minimum & extremum vermem iugis & implacabilis pugna est. Homo ipse terrestrium dux & rector animantium, qui rationis gubernaculo solus hoc iter vitæ & hoc mare tumidum turbidumq; tranquillè agere posse videretur, quàm continua lite agitur, non modò cum aliis, sed secum, de quo mox dicā. Nūc de primo agendum: siquidem nihil mali est quòd non homo

mo

mo in hominem machinetur, ut cætera hominum mala vndecunque venientia seu à natura, seu à fortuna, huic vni collata leuia quædam incommoda videantur. Id enim verò si ad plenum aperire voluero, id quod nolum, quòdque à proposito longe est, & omnis humanorum actuum scena retegenda, & omnia cui historia retexenda erit, hoc vnum dixisse satis sit. Quia si nulla vnquã alia quàm Romanorum bella toto fuissent orbe terrarum, abunde bellorum esset & litium. Adde sententiarum dissonantiam & inenodabiles rerum nodos: quis sectarum varietates aut philosophorù bella dinumeret? Populorum & regum prælia quiescere, philosophi non quiescunt, & pugnant illi de eo quod cum huius esse cœperit, esse definit illius. Hi de veritate litigant, quæ vna simul omnium esse potest, neque hanc litem aut quæsitæ veritatis splendor, aut Academicus vnquam valuit finire Carneades philosophicæ sequester pacis anxius, sed irritus, ut non ineleganter mihi quidem dixisse videatur Anneus Seneca, vbi horologia philosophis confert, quòd scilicet par vtriusq; discordia est. Idq; quàm verum sit, quisquis & philosophis animum & horologiis aurem dedit, intelligere potuit. Nec verò aliorum doctrina tràquillior. Quæ grammaticorù adhuc sub iudice lis existet
qui

qui conflictus rhetorum? quæ dialecticorum
altercationes? quæ deniq; artium omnium
discordiæ? qui clamores inter causidico?
quàm bene cōueniat ipsarum causarum im-
mortalitas probat. De cōcordia medicorum
testimonium sit ægrorum. Vitā certè quàm
breuem dixere, sæpe suis litibus fecere bre-
uissimam. Quāta est præterea de sacris & de
religione difformitas animorum, nō tam li-
teratorum verbis hominum quàm populo-
rum armis, & campo sæpius commissa quàm
scholæ. Ita cum vnā sit veritas, vnumq; sit in
rebus verum: cui, vt ait Aristoteles omnia con-
sonant, de hoc ipso tam dissonæ pugnantēsq;
sententiæ ipsos veri agitat professores. Quid
de cōmuni vita deq; actibus mortaliū lo-
quar? vix duos in magna vrbe cōcordes, cum
multa, tum maxima ædificiorum habitulum-
que varietas arguit. Nam quis vnquam tam
locupletis delicatūq; paristamiliæ nact⁹ est
domum, vt non ibi multa mutauerit, vt quod
vni studium fuit extruere, alteri sit voluptas
euertere. Testantur mutata sæpius fenestraz,
obstrusa ostia, passimq; vetustis in parietibus
nouæ indicant cicatrices. Neq; in alienis id
tantum, sed in nostris patimur, sua dum cu-
iusq; sententia secum pugnas, quod ait Flac-
cus: diruit, ædificat, mutat quadrata rotun-
dis, quo luce clarius fiat, quis nostrum, quic-
que

que cum aliis, quæve secum sit. Iam qui vestium modus, quæve habitus, triduum totum nostris durat in urbibus, quæ municipiorum scita, non ut longæva essent cum suis latoribus desierunt. Ad hæc quænam ducum in ordinanda acie, quænam magistratuum in ferendis legibus, quænam nautarum in capiendo cōsilio disparitas quæve discordia est? Didici hoc ergo ultimum magnis sæpe periculis meis, dum mari cæloque mortem minitantibus nocte simul ac nubibus cuncta terrarum ac stellarum signa regentibus, puppe iam fatiscēte & semioppleta fluctibus, nautæ de summa rerum media in morte contrariis studiis atq; opinionibus obstinatissime litigarēt. Adde in quibus sine aduersario lis est: quæ scriptorū prælia cum mēbranis, cū atramento, cū calamis, cū papyro? Quæ fabrorum cū malleis, cum forcipibus, cū incude? Quæ aratorum cū stiva, cū vomere, iplisq; cū globis, & cū bobus? Quæ militum, non dico, cum hoste, sed cū equis atq; armis propriis, dum & illi rebellant & hæc prægrauant aut comprimunt? Quid dictantibus scribentibûsque negocij est, dum hos inexpectum loqui multa cogit, intentio, illos vel expleta percipere vetat, hinc incertitia, hinc volatilis & incōstans animus semperq; aliud cogitans quam quod agit? Sed quid singillatim ago? Nulla mechanicarum

nicarum difficultatibus suis vacat. Reliquæ
 verò ut quiddam notæ dulcedinis, sic laten-
 tis amaritudinis multum habet; nilq; eorum
 etiam quæ delectant sine lite agitur. Iam quæ
 infantium bella cū lapsibus, quæ puerorum
 rixa cum literis amarissimè serentium, quod
 prædulciter metant. Quænam insuper ad-
 lescentium lis cum voluptatibus, dicam ve-
 rius, immo quæta secū lis, affectuūq; colli-
 sio? Cū voluptatibus est nulla lis penitus, sed
 consensus est omni lite funestior. Credo ex-
 pertus, nulli hominū generi, nulli ætati plus
 litigij esse, plus inextricabilis laboriosiq; ne-
 gocij, nullos hominum tam lætos videri, nul-
 los esse tam miseros aut tam mœstos. Postre-
 mō quænam fœminis puerperij difficultas,
 quantumque discrimen? Quænam viris cum
 paupertate atq; ambitione luctamina? Quæ-
 ta vitæ plura quàm expedit satagētis anxie-
 tas? quod denique illud senum cum ætate ac
 morbis propinquante morte, quod omnium
 ipsa cum morte, quodq; ipsa quoq; est morte
 molestius, cum perpetuo mortis terrore cer-
 tamen? Possem hunc sermonem mille rerum
 argumentis extēdere: sed si, ut libro superio-
 re voluisti, sic epistolam quoq; hanc prologi
 locum obtinere, & libri huius partem esse
 volueris: iam hinc video quantum hæc ipsa
 præfatio libri modum excedat: itaq; frenan-
 da

da curiositas & cohibendus est stilus. Ad summā ergo omnia, sed imprimis omnis hominū vita lis quedā est. Verūm hac externa lite interrim omīssa, de qua paulo antè diximus, & quę minor vtinā, & ob id minus omnib. nota esset: lis interior quanta est? neq; enim solūm cōtra aliā, sed contra suā, vt dixi speciē, neq; cōtra aliud indiuiduū, sed cōtra semetipsum, idq; & in superficie ista corporea quę nostri pars vilissima atq; vltima est, & in intimis animę penetralibus quisq; secū assidue bellū habet. Nam & corpus hoc quā contrariis æstuet ac turbetur humoribus, ab his quos phisicos dicūt, quę re: animus quā diuersis quāmq; aduersis secū pugnet affectib⁹, vnusquisq; non alium quā sese interroget, sibiq; respōdeat, quā vario quāq; reciproco mētis impulsu, modò huc rapitur, modò illuc, nusquā torus, nusquā vnus, secū ipse dissentiens, se discerpēs. Nā vt sileam reliquos mortus, velle, nolle, amare, odisse, blandiri, minari, irridere, fallere, fingere, iocari, flere, nā: inferi, parcere, irasci, placari, labi, deiici, atq; tolli, titubare, subsistere, progredi, retroueri, iuchorari, desinere, dubitare, errare, falli, nescire, discere, obliuisci, meminisse, inuidere, cōtemnere, mirari fastidire, despicere, simulq; suspicere, & quę sunt eiusmodi, quibus utiq; nihil incertius fingi potest, quib⁹ vīve sine vlla,

E

requie

requie ab ingressu vsq; ad exitū fluctuat vitā mortalis. Quænam tandem illa passionum quatuor tēpestas ac rabies? sperare seu cupere & gaudere, metuerē & dolere, quæ rerum inter scopulos procul à portu miserum alternis flatibus animū exagitant, quas alij fortasse immo certē aliter, sub vno ne integro quiddē versiculo, &, vt Augustino placet, notissima veritate Virgilius strinxit, de quibus ad vtrāq; partē & plura quiddē & pauciora dici posse scio. Verū ego nec breuitati admodum studni nec copix, sed quæ de communi vitā hominū, quo se obrulerūt ordine, scriptis inserui, ne legētem, vel inopia, vel fastidio fatigarē. Neq; verò te moueat fortunę nomē, nō tantū in ipsis inscriptionibus, sed in opere repetitū. Sæpe quiddē ex me quid de fortuna scientiam audisti. Sed cū his maximē qui doctrina minus fulti essent, hæc necessaria præviderem: noto illis & communi vocabulō vsus sum, non inscius quid de hac re latē alij breuissimēq; Hieronymus, vbi ait, nec fatum, nec fortuna, communis ergo acies, suum hic loquendi morem recognosceret: docti autē qui perrari sunt, quid intendā scient, nec vulgari cognomine turbabuntur. Bipartiti sanē operis passionū ac fortunæ de parte altera quæ visa sunt, diximus, de altera quæ dehinc visa fuerint, dicemus.

DE

DE DEFORMITATE CORPORIS, DIALO.

GVS PRIMVS



DOLOR ET RATIO.

DOLOR.

DISSER mecum nimis illiberaliter naturā queros, quæ deformem genuit. **R A T.** Quot faces extinguit, quot occurrit incēdiis. **DOLOR.** Deformem genuit natura. **R A T.** Non dedit quod delectet, si quod profit dedit, satis est, mitte querelas. **D O L.** Non dedit formæ gratiam natura. **R A.** Dare noluit quod ægritudo corrumpere, quod senectus eriperet: dedit fortè quod nec mors ipsa contingere audeat. **D O L O R.** Formam corporis natura negavit. **R A T.** Si formam animæ largita est, maximi debitor, exigui repulsam alia mēte despicito, & offensam speculi conscientia solare. **D O L.** Invidit natura formam corporis. **R A.** Non invidit, sed erubuit dare quod quotidie minuatur & pereat. Vera liberalitas mansuero munere noscitur. Putria, & caduca auaritia etiam donant: forma fugax & fragile naturæ donum paucis ad vtilitatem, multis ad perniciem,

E 2

niciem,

niciem, nulli ad salutem veramque gloriam data est. **DOLOR.** Forma mihi corporis negata est. **RAT.** Raro admodum forma insignis honestasque vno sub lare habitant: bene tibi accidit si peiori exclusa, hospes melior tecum est. **DOL.** Nullum formae decus obtigit. **RAT.** Quid hinc doles, aut quid penitus sanctum piūque animo voluis? In quod tibi necessariam aut omnino vsui & non potius impedimento esse corporis formam putes? Multos forma fecit adulteros, castum nullum. Multos per lubrica voluptatum duxit ad infamem mortem qui deformes sine dedecore periculoque vixissent. Et quid multos dixi? Innumerales in discrimen, ferè omnes in crimen trahit. **DOL.** Cur me deformem genuit natura? **RAT.** Ut ipse te ornares ac formosum faceres ea forma quae tecum esset in senio, in grabatulo, in feretro, in sepulchro: essetque tua non naturae laus aut parentum. Pulchrius est pulchrum fieri quam nasci. Illud enim casus hoc studij est. **DOL.** Corporis multa deformitas me premit. **RAT.** Deformitas quidem haec apud quosdam infelicitatis quaedam portio est. Tu crede dicentibus, non deformitate corporis scdari animum, sed pulchritudine animi corpus ornari. Non te hoc igitur inhonestat aut premit, sed honestandi animi materiam assurgendisque aditum per
virtu

virtutes aperit. **D O L O R.** Deformem natura
 parens genuit. **R A T.** Si deformem Helenam
 genuisset, vel, ut viros loquar, si deformem
 Paridem, fortasse Iliën adhuc staret. **D O L O R.**
 Deformis in lucem editus queror. **R A.** Pau-
 ci boni formã corporis amarũt, nullus opta-
 uit, quidam etiam proiecerunt: quod fecisse
 laudatur ille Tuscus adolescens qui præclari
 vultus eximiam speciẽ, quam suspectã mul-
 tis aduersamq; famæ suæ senserat & pudici-
 tiæ alienæ, illatis sibi sponte vulneribus de-
 formauit, quàm tibi dissimilis qui id optes
 quòd ille sibi abstulit, & quo rari nunquam
 innocuẽ vñ sint. **D O.** Forma careo. **R A T.** Tu-
 tius est caruisse quo in experimẽtum tui an-
 ceptis ac laboriosum sæpe venturus sis. Multis
 forma nocuit, cunctos exercuit, quosdã post
 insultus varios molliuit & vinci faciles dedit
 atq; ab honestate transuersos in culpam tra-
 fit. **D O L.** Deformis & brevis nimium statura
 est. **R A T.** Non est ut reris prosequendũ que-
 relis incommodum, longè conspectior est
 statura brevis, expeditior agiliórque. **D O L.**
 Statura perbrevis est. **R A T.** Quid vetat, ut in
 parua domo magnũ virum, sic in paruo cor-
 pore magnum animum habitare? **D O L.** Cor-
 pus exiguum est. **R A T I O.** Id scilicet lamẽ-
 ntis quod te ipso non es ornatus, sed levis &
 facilis & ad cuncta versatilis. **D O L O R.** Per-

E 3 exiguum

exiguum est corpus. **RAT.** Quis vnquam de exigua conquestus est sarcina? Iusta herele dolendi causa quod non pressus mole corpora, sed indutus, neque ipse tibi tædio, sed vsui sis. **DO.** Contemptibiti sum statura. **RAT.** Vt gloriosum nihil nisi virtus, sic contemptibile nihil nisi vitium. Nullam virtus respuit staturam. **DOL.** Exigua corporis statura est. **RAT.** Non staturam corporis virtus exigir, sed animi. Hæc si longa, si recta, si ampla, si magnifica, si decora est, sit illa altera qualifcunque, nihil ad rem: non solum domi, sed ne militiæ quidem nisi magis obesse videretur. Nosti vt Marius summus dux, non longos, sed torosos & validos milites eligebat. Id quàm foeliciter, quàm consultò faceret, crebræ & ingentes indicant victoriæ. Habet corporum proceritas maiestatis plusculum, non vigoris. **DOLOR.** Brevis est statura. **RATIO.** Hæc non impedit quin vir bonus & magnus esse possis. Insuper & rex si sors tulerit & imperator. Et si enim Africanus Scipio celsus corpore, Iulius Cæsar statura fuerit excelsa, breui tamen Alexander Macedo & Augustus Cæsar, nec eorum magnitudini breuitas obsuit, nec detraxit famæ. **DO.** Vellem esse altior & maior. **RAT.** Assurge animo, cresce virtutibus, maior eris atq; altior. Hoc vtilius, hoc facilius, incrementum. **DO.**

Cupe

Cuperem esse formosus. R A T. Disce amare atq; optare meliora. Stultum est amare periculum suum: stultum optare quod nullo studio quæri potest. Nēpe si contra naturā formosus fieri studeas, nil ultra proficies, quā ut deformior videare. D O. Formosus esse nequicquā nitor. R A T. Nitere autem bonus esse, id non frustra enim facies. Hoc inter multa præcipuū virtus habet, quæri potest, eripi non potest. Cū reliqua in arbitrio sint fortunæ, nec obstante illa quæri valeant nec seruari: sola virtus fortunæ legibus libera est, atque illa obluſtante clarius nitet.

De imbecillitate. Dialogus I I.

D O L O R.

Natura me genuit imbecillem. R A T. Ut in putri vagina ensis ferreus, sic in fragili corpore fortis sæpe animus latet. D O L. Imbecillis natus sum. R A T. Non eris idoneus vectandis oneribus aut aruo fodiendo, sed honestis studiis, sed iustis imperiis. Sic in naui robustior quisque remum agit, at prudentior clauum regit. Vita quasi naui rerum fluctibus & mūdi pelago iactata suos remos habet suūque gubernaculum: à vilioribus repulsus officiis ad nobiliora conuertere. D O. Imbecillem genuit natura. R A T. Quid si robustissimum genuisset? An perpetuum

E 4 robur

robur erat, an non robustior senectus & robustior ægritudo? Vt fileam casus innumeros qui repente totum hominem debilitant atq, enervant: animi robur optabile est, quod nec dies minuit nec fortuna. DO. Corpore imbecillissimum. R A T I O. Animum foue atque exerce suis artibus, quas meliores esse diuturnioresque non ambigis: laborem corporis linque rusticis, nautis, fabris. DO. Nullæ mihi ab origine fuere vires. R A T I O. At id ipsum non habuisse, quàm perdidisse tolerabilius est. Nempe si fuissent non mansissent: nam & Milonis senuerunt vires, & Hericulis senuissent. Non sic Socratis, non Solonis, non Nestoris, non Catonis. Melioribus utere: nil potest delectare magnum animum quod non duret. DO. Corpusculum imbecille est. R A T. Si organum inhabitanti animo sufficiens fuerit, satis est virium. Corpus namque propter animi seruitium fecisse naturam, nemo tam corporis seruus est, qui nesciat id si proprio munere fungitur: quid accusas seu quid amplius requiris? Nā qui ingenio fragiles, corpore prævalent, hi beluis proximè accedunt, & sæpe quod miserum est, aliis seruiunt. Sæpe verò quod miserrimum atque ubi humanæ miseræ summa est, animū ipsi suum seruire corpori suo cogunt seruitute foedissima. DOLOR. Corpus inualidum est mihi. R A T. Vera

Vera & generosa vis hominis in animo est. Corpus est quasi quædā domus animi, quā robusta, quā fragilis, nihil ad hospitē, paucorum præcipuè dierum, modò ne corruat, tunc migrandi necessitas in aliud, idq; perpetuum domicilium hinc exclusos transfert. Plus dicerem si plus capere posses, nec vulgari strepitu prorsus obsurduisses, corpus ipsum non animi domum esse, sed carcerem, nec amicum certè, sed domesticum hostem, cuius tibi fragilitas sit optanda, quo tu liber maturius sis ac victor. D O. Nullæ sunt mihi vires. R A T. Nullæ penitus dum valeas, non sunt: quod si non vales, alia est querela. Non ergo nullas vis dicere, sed paruas vires. Non es robustus, ut ille coætaneus tuus, neque is ut ille alius, neque ille ut bos utque elephas: suus cuique virium modus est, cuique quod sat esset indulgentior natura distribuit parēs optimæ, & suorum fortium amantior quā quisque sui. Non potestis de defectu queri, de imparitate querimini. Turbidum genus & querulum, qua sublata mundi decor intereat necesse est, sic quod optimum est in rebus, id fertis ægerrimè.

De adversa valetudine. Dialogus III.

D O L O R.

A T adversa valetudo est. R A T. Quod expectabam audio, cognatæ etenim sunt
 E ; que

querelæ. At si caro spiritui hostis est, vicissimque contra se militant, quod in se expertus ille magnus veri amicus, in omnibus verum dixit, cōsequēs est, ut quod alteri obest, prosit alteri. Quod si spiritus carne nobilior meliōrque est, cui maximē sit fauendum, vides ac fortassis intelligis valetudinem, quam aduersam dicis, esse prosperrimam. D O. Invalida valetudo est. R A T. At est valida hortatrix parsimoniz, debortatrixque libidinum, & magistra modestiz. D O L. Mala est valetudo corporis. R A T. Si valetudo animi bona est, pone sollicitudinem, quicquid corpori euenerit, saluus es. D O. Corpus ægrum infirmumque est. R A T. Multis ad salutem animæ profuit corporis ægritudo. Ille vir altus ex humili ex aquis vectus ad sidera, cælique clauiger effectus, cuius vmbra sola morbos corporum molestiasque pellebat: interrogatus aliquando cur filiam ipse suam graui morbo pressam sineret, respondit: sic expedit, ei. Tu quid scis, an & tibi sic expediat? D O. Diu corpore sic affectus sum. R A T. Ille idem de quo loquor, filiam mox ut tutò sanam fieri posse cognouit, & sanauit, & sanandis aliis habilem fecit. Et tu facito ut secura tibi sanitas tua sit, fortasse sanabere. Denique, quod tuum est, animum cura cælestique medico curandum offer. De reliquo

vnum

unum hoc intrepidè dixerim, & si non quod iuuat, at profectò quod expedit, spera. D O. Valetudo anxiosa est. R A T. Est quæ obliuionem somnūque discutiat & torporem abigat. D O. Valetudo infirma est. R A T. In infirmitatibus gloriare & virtutem perfice : duo hæc vnius magistri ore dedicisti. D O. Valetudo misera est. R A T. Comes iniucunda, sed fidelis quæ te crebrò vellicet, iter signet, & conditionis admoneat, optimum in periculis, monitor fidus. D O L. Valetudo corporis extrema sine remedio est. R A T. Sile & gaude ruinoso carcere vinctum te egrediere facilius ac citius.

De ignobili patria. Dialogus IIII.

D O L O R.

Ignobilis patriæ ciuis sum. R A T. Esto tu nobilis: nam nil vetat, nihil cum patriæ nobilitate tua nobilitas mixtum habet. D O. Paruæ vrbs incola sum. R A T. Et magnæ vrbes paruos ciues habent: immo ferè ex his constant, & paruæ magnos quosdam habuere: Quia in syluis abiectus ac nutritus Romulus, omnium vrbiū reginam urbem Romā condidit, quam euertere voluit in maxima vrbe genitus Catilina. D O L O R. In exigua patria natus sum. R A T I O. Magnificare illam stude. Nihil æquè ciuitates amplificat ut
cuium

ciuium virtus ac gloria. Qui hoc edificiis aut
 fertilitate melius atque opibus fieri putat,
 fallitur, vt singulos viros, sic & vrbes & regna
 & imperia, non vetustas, non turres ac moe-
 nia, non plateæ, non palatia ac templa mar-
 morea, non statuz, non picturæ, non aurum,
 non gemmæ, non campi legionum & clas-
 sium pleni portas, non peregrinis referta
 mercibus emporia, & lucri amore equor om-
 ne sulcatum, non postremò ciuium forma
 vel numerus, non rerum copia exundansque
 cibis forum, non purpureæ chlamydes viro-
 rum, onustæque miris cultibus, non fastus,
 non delitiæ, non voluptates, sed virtus sola
 nobilitat, gestarumque rerum fama quam
 viri pariunt, non muri. DO. Parui municipij
 ciuis sum. R A T I O. Nescis Biantem Prie-
 neum fuisse, Pythagoram Samium, Anachar-
 sim Scytham, Democritum Abderitem, Ari-
 stotelem Stagyritem, Theophrastum Les-
 bium, Tullium Arpinatem. Chous Ægei ma-
 ris brevis insula, & poëtam non ignobilem
 Philitem tulit, & medicorum patrem & scul-
 ptorum ac pictorum principes, Hippocrate
 scilicet & Phidiam & Apellem, vt intelligi
 possit ingeniorum magnitudini locorum an-
 gustias non obstare. DO. Ignobilis est patria.
 R A T. Nobilitare tu illam pro virili parte si
 velis, potes, cum te illa facere non possit
 igno

ignobilem. Nec Numæ quidem Pompilio ad Romanum regnum, nec Septimio Senecro ad Imperium obstitit soli natalis humilitas. Summo hominum Augusto, & si recens Romana, quia ipse scilicet in palatio natus sit, origo tamen gentis antiquior Veliterna est. Cajo Anthiū, Vespasiano autem vici incogniti Reatini. Contrà verò Larissæam famam vulgavit Æcides, & Pelæum à sæculis fuscum nomen atque humile, quod Philippus crexerat, Alexander ad cœlum tulit. Nō satis est ciuibus obscuritatem patriæ non nocere, nisi ciuium claritas patriæ profit. Asylū ignobile atque opus pastorium Roma fuit, quæ non ante claresceret, quàm res illam gestæ & suorum virtus excellens ciuium illustrasset. D O. Obscuræ patriæ sum addictus. R A T I O. Lumen virtutis accende, quo inter tenebras eniteascas, in quibus hoc saltem boni erit, vt vel parua luce clarissimus videre, sic vel illa te clarum faciet, vel tu illam. D O L O R. Humilis patriæ habitator sum. R A T I O. Esto & tu humilis, habitatorque tui animus humilis sit. Habes publicæ matris exemplum, ne te nido latius extēdas nisi his tantum quas tibi virtus alas fecerit. His enim vti licitum, vsosque sceleriter complures modò diximus. Proinde mortalis hoc saltem insolentiæ frenum tene. Quidam de
sola

sola patriæ nobilitate superbiunt : stultum genus.

De originis obscuritate. Dialog. v.

DOLOR.

Obscuris parentibus natus sum. R A T. Non est forsan ut tu reris odiosa cōditio, nescio an & optabilis ignobilem nasci, utramvis vitæ viam spectes. Nam seu voluntatibus obsequi, vulgique vestigiis tritum iter sequi statuis, excusabilior fiet ducibus domesticis carens error, cessabitq; improprium illud acerrimum degenerantium a parentibus claris, eò quòd nulla tibi domis sit claritas quam obscures. Sin virtutis semitam raro pede signatā eligis, eo clarior fies, quo maioribus tenebris pressus ac circumuentus emergeris, tota claritas tua erit, rerum particeps tuarum nullus occurret. Nullā partem gloriæ decerpitura erit imitatio: nihil tibi parentes eripient, nihil ani proauique, nihil consiliarij ac magistri: quicquid bene gesseris, solus inde famam metes, solus inde laudaberis, solus auctor generis fundatorque vocaberis, quod non fieret si nobilis natus esses. Vides ne igitur quanta tibi nouæ laudis occasio data est: nobilem per te fieri, & nobilitatem dare non accipere. Dabis hoc posteris tuis ut nobiles nascantur, quod pa-
ren

rentes tibi non dederunt tui. Plus est multo nobilitatem fundare quàm fundatâ ab aliis inuenisse. D O L O R. Noua & rudis origo est. R A T I O. Atqui clarior est habitus ille pastori vrbis Romæ conditor, quòd in syluis arcem posuit, & facili culmo exiguam ac squalentem regiam texit, quàm tot postea principes qui ingentia moenia testudinésque marmoreas atque aureas erexere : tanta semper nouitatis egregiæ ac magni principij laus est. D O L. Ignobili primordio genitus sum. R A T I O. Stude vt fine sis nobili. De principiis enim labor, de fine fructus, qui si immaturus carpitur, longæuus esse non potest. D O L. Radicem gloriæ præcidit ignobilitas. R A T I O. Non præcidit quidem, sed infodit altius vt validior licet serior surgat. Cæterum non ignobiles modò, sed ignotos ex omni genere hominum dabo, qui virtute atque industria euasere notissimi. Et sanè si verum nobilem virtus facit, non intelligo quid quenque volentem fieri nobilem impediat, aut quid ita facilius sit nobilitare alios quàm seipsum. D O L O R. Ex ignobilibus parentibus descendo. R A T I O. Quid Socrates, Euripides, Demosthenes? quorum primus marmorarium patrem habuit, obstetricem matrem secundus, matre patrè, que vltimus non solùm humilibus sed incertis.

tis. Vester ille Virgilius rusticanis parentibus
 fuit: nec se libertino ac præcone patre natum
 Flaccus erubuit: ambo tamen ad insignem
 gloriam & summi principis gratiam perue-
 nere, vsque adeò vt cui reges omnes colla
 submiserant, cuius è manibus magna omnia
 poscebantur, atque vnde omnium ferme
 mortalium præcipuèque nobilium spes pen-
 debant, cuius demum familiarem promeruis-
 se noticiam summis licet hominibus sum-
 mum erat: ipse horum duorum ignobilium,
 quos Romam scilicet Mantuanum Venufi-
 nūque rus miserat amicitiam & conuictū,
 ceu grande aliquid blādis ac dulcib⁹ episto-
 lis flagitaret, & quam multos tunc in palatio
 nobiles vt sæpe sunt, inutiles atque indoctos
 credimus fuisse, quibus horum nobilis igno-
 bilitas atque inuidiosa, nec immerito vide-
 retur. DO. Parentibus sum obscuris. RATIO.
 Non mouent animum hæc exempla: altio-
 ribus agam. Marcus Cicero, vt de illo scri-
 ptum est, ex ordine natus equestri de radice
 humili per egregias artes pèrque honestos
 gradus ad consulatum venit, quo nescio an
 alter vnquam salubrior reipublicæ cōsulatus
 fuerit. DO. Rustica & ignota patrum series est
 mihi. RATIO. Sordent hæc vt video: altius
 etiam nunc aspiras. Certè & Marius rustica-
 nus vir, sed verè vir vt conciuis suus ait Ci-
 cerō

cero, diu arator apud Marfos fuerat : Romæ
 septies cōsul fuit: tanta gloria, vt bis Italiam
 obfidione & metu feruentis liberasse eum
 compatriota licet: idem suus verè dixerit : &
 Marcus Cato plobeiæ vir originis paruique
 oppidi diu quidem obscurus incolæ, pōst in
 maxima vrbe clarissimus aduena, mox ciuis
 eximius & consul & censor fuit. Si ne id qui-
 dem satis est, & fortasse regnum cogitas: pro-
 fectò neque illud sperare suffragio merito-
 rum humilitas vetat originis: tertiū & quin-
 tum & sextum Romanorum regum ad me-
 moriam refer: Tullus Hostilius, vt probati
 perhibent auctores, cū apud alios de illo ta-
 le nihil scriptum sit, infans in agresti tugurio
 educatus, in adolescentia pastor fuit. Tarqui-
 nius Priscus patre negociatore aduena, nec
 Italicæ insuper originis. Seruius Tullus, ser-
 ua, quauis, vt alij volunt, captiua quidem,
 alioquin verò nobili matre natus, virtute re-
 gnum Romæ meruit. Nec miraberis si Pla-
 tonicum illud tenes: neminem regem non
 ex seruis, neminem seruum non ex regibus
 descendere. Sic res hominum, longa ætas ac
 fortunas permiscuit. Sileo cæterarum reges
 gentium: è pecudum gregibus vilissima-
 rumque artium tabernis ad inopinum subi-
 tō diadema subuectos. Alexander Macedo
 hortulanium in Asia regem fecit. Ex fuit ex
 illis.

E

illis.

illis actibus laudatis iste non vltimus. Contraque, alios sileo, è regni fastigio ad seruitium vsq; prolapsos. Sic suas res fortuna moderatur, tamen plurimum potest vitus. Per illam tutò conscenditur ad supremos gradus, cuius valle deserto, sciant reges se in tremulo stare, neque descensum modò instare, sed ruinam. Quenā igitur, vt ad te redeam, ista calamitas nascendi, cui nec spes regnandi eripitur nec successus? DO. Obscura de radice prodeco. R A T. Omnis radix obscura & squalida est, vnde tamen & floridi & frondentes rami prodeunt: non vnde quicquam prodierit, sed quale sit quarritur. D O L. Parentibus infimis natus sum. R A T. Sentio summum ad imperium stilum vocas. Septimius Seuerus de quo supra diximus, equestris & ipse ordinis: Helius Pertinax & ipse libertini filius, & lignorum vilis vtique negociator mercis, vtérque Romano præfuit imperio: cui & Philippus pater ac filius Arabes humillimi generis, & Maximinus & Maximus præfuere. Obscurissimis ille parentibus ac barbaris, quorūque cum arrepto imperio pūderet, hic ferratio an lignario patre genitus interitum. Certè Vespasianus inter bonos principes numeratus, è non clarissimis clarissimus, & rempublicam gessit exitiè, & duos ex ordine filios successores imperij videtur

teris vnum habuit : quanquam quid minora
 prosequimur, cum super ipsius Augusti Cz-
 saris origine ambiguitas multa sit? Summa
 est humane cursum sortis origine non præ-
 uerti : vnde cunque licet assurgere, seu for-
 tuna manum porrigat seu virtus. D O L O R.
 Humile nimis atque infimum genus est. R A-
 T I O. Quod ad humane potentie gradum
 spectat, exempla posuimus, quibus iam iri
 altius non possit, vnum restat, non impe-
 rio aut regno sed suapte alia quadam ma-
 iestate memorabile. Ventidius Bassus Escu-
 lanus matre humili, patre ignoto, capta pa-
 tria, iam pubes in triumpho Cnei Pompeij
 Strabonis, qui Pompeij magni genitor fuit,
 inter captivos alios ductus, idem postea va-
 riante fortuna, dux populi Romani contra
 Parthorum regem & antiqua potentia &
 recenti victoria insolentem, felicissimo pu-
 gnauit eventu, & filio regis interfecto, ce-
 sisque hostium legionibus, quod ad eum
 diem nulli Romanorum ducum fata pro-
 miserant, insignem illam Romanorum stra-
 gem, & Crassorum mortem magnificentif-
 simo exitu, ipsum in quo victus alienos cur-
 su remanebat, ac carcerem victus intraue-
 rit, victor & triumphans capitolium, propriis
 curribus honestauit, & Romanum carcerem
 acie captiuorum hostium impleuit. Et quo

gratius spectaculum esset mirabiliorque victoria, eodem ipso die parva erat reuolutis annis, quo clades illa terribilis apud Carras accepta fuerat. Quis ambitiosus adeo, tamque avidus regni est, ut non hanc gloriam sine regno quam inglorium regnum malit? Et quid oro nocuit Ventidio ad feliciter & ad summum decus, quod humiliter natus esset, & prima ætate fortuna humili usus ac misera? Certè virtutis Esculi despectum Roma suspexit, & claris suorum civium nominibus illud peregrini fuscum nomen infecit. Hæ sunt ad ascensum scalæ, hi virtutum gradus, quibus non ad gloriam modo altiorémque fortunam nitendo, sperando, vigilando, sed ad cælum usque peruenias. Proinde & tu natus humiliter, ut cõscendas enitere, primum & ultimum virtutis in vestigio pedem figens, nec declinans alicubi, nec subsistens. DOBOR. Humile principium fuit. RATIONO. Illud præterit, quæ sequuntur cogitant nec me latet, ut primus & ultimus vitæ dies quibusdam visi sunt humanæ conditionis statum maxime moderari, siue, ut ipsi dicunt, continere. de ultimo nempe confestim, de primo autem non ita. Res enim ut ipsi volunt, plurimum interit, quibus auspiciis inchoetur: etsi cum his sentiens Sarricens, ubi de ipso loquitur Ventidio, ita scripsit

pferit. Distat enim quæ sidera te excipiant,
 modò primos, incipientem ædere vagitus &
 adhuc à matre rubentem : nos tamen ista re-
 spicimus, & hæc auspicia, & hanc tantam si-
 derum vim negamus, conditori almo fide-
 rum omnia relinquentes, à quo creatum nul-
 lum penitus ab hoc virtutis & felicitatis &
 gloriæ calle secludimus. D O L O R. Humili-
 tas generis multa est. R A T I O. Quid tu au-
 tem? Multam ne superbiam esse mallet? Aut
 quid hinc tibi nunc deesse sentis, nisi ne fu-
 mosis imaginibus atrium truncisque statuis,
 bustumque familiæ semesis plenum titulis
 spectaculo prætereuntibus, tibi insanix sit,
 quæ in triuiis de his quos non noueris ela-
 to supercilio fabuleris? D O L O R. Ignobi-
 lis natus sum. R A T I O. Ignobilem non nasci
 tantum, sed & viuere quibusdam felicitas
 visa est. An in Tusculano saltem à Cicerone
 positum non legisti illud potentissimi regis
 anapæstum, qui laudat senem & fortunatum
 esse dicit, quòd inglorius sit, atque ignobilis
 ad supremum diem peruenturus.

De obscena origine. Dialogus VI.

D O L O R.

ORigo non tantum humilis, sed obscœ-
 na est. R A T. Vera & summa obscœni-
 tas vna est animi; illam si dempseris pulchra
 sunt

F 3

sunt omnia. D O. Malè natus sum. R A. Qui bene viuit bene nascitur, bene moritur. At qui malè vixerit bene natus esse nō potest. Nam quid refert quàm fulgido tramite cæcus in-
cesserit, aut quid refert vnde venias, si in mi-
seriam & in culpā venis? D O. In peccato ge-
nitus sum. R A T. Desitet hoc quidem ille vir
maximus. Et profectō nemo non in peccato
nascitur. Cauere autē grauiora superaddere,
quanquam ne his quoque purgatio sua desit,
sed prima illa deformitas in ipso sæpe vitæ
limine sacris vndis abluatur niueusque ani-
mam candor subit. D O L. Malè me parentes
genuere. R A. Quid ad te quisquis malè ge-
nuerit, tu bene genitus fuisti, nisi alieno fla-
gitio tuum iungis. D O. Fœdæ pudet originis.
R A. Iam quod alieno tumescitis non miror:
& alieno simul erubescitis: & omnino vbiq̃ue
potius quàm in vobis & bona & mala vestra
reponitis, quæ alibi tamē quàm in vobis esse
non possunt. Quòd nisi pudendū ipse aliquid
pœnitendū me egeris, quod tuum crimen,
aut quis pudor impudicus pater? tu modò ne
paterni dedecoris hæreditatem adeās caue,
atq; illi dissimillimus hac in parte fieri stude.
Qui te ignarū genuit, inuito tibi suas macu-
lās impressisse nō potuit. In te sit & ex te pro-
deat necesse est vnde obscurus aut clarns
fias. D O. In honestis parentibus in lucē veni.

R A T.

R. A. Omnis parens honestus filio videri debet, sed non ut verendus, sic sequendus omnis filio parens: est ubi deseruisse consilium sit. Eia igitur in diuersum abi, si verus parens deferri volet, seque non suum vitium amari optabit. Vnus hic inuentus est modus, quo parentum nomen premere & calcare gloriosum filiis ac decorum sit viuendo aliter, castius scilicet ac sanctius. De parentibus inhonestis lingua filij taceat, di similitudo vitæ, morum, actuum non taceat. Pulchra laus filij, cui à tergo dicitur, ô quantum sene suo modestior adolescens: contraque nulla grauior senilis nota lasciuiz, quàm admota illi pudicitia iuuenilis: equidem si parentum gloria filiis malè viuentibus onerosa est, quanto fasce verecundiz filiorum laus patrum malè viuentium premit infamiam? **DO.** Damnata de Venere procreatus sum. **R. A.** Atqui malle debes impudici patris honestus filius esse & dici, quàm honesti impudicus. In omni enim seu laude seu vituperatione illa præcipuè æstimanda sunt quæ cuiusque sunt propria. De alieno nemo iuste reprehenditur seu laudatur: & si ut dixi, vestrum quicquid id est, conspectius fiat suo contrario admodum. Cæterum ut cuiusq; propria laus aut infamia est, sic laudis aut infamiz propria causa sit oportet. Neque verò ut vnus gladio

F 4 alter

alter perit, utque vnus flammis res alterius
 vritur, sic vnus culpa etiam fama perit al-
 terius, eo quod animi bona solidiora sunt
 quam corporis aut fortunæ, ut inuito ne-
 queant possessore violari. **D O L.** Contra fas
 contraque leges genitus sum. **R A T.** Nil tu
 contra leges, sed parentes tui egerunt, tu se-
 cundum leges age omnia. In hoc quidem
 nullum penitus tuum crimē fuit, de ortu tuo
 alij, tu de moribus tuis rationem reddes. Et
 quanuis odio vagæ libidinis in immerentes
 filios vtrio legum ciuiliū extendatur, deus
 tamen quenque suis finibus metitur, nec
 filij iniquitatem patri imputat, nec filio, pa-
 tris. Ipsam quoque philosophiam iudicare
 aliter solitam, quam leges ab ipsis philoso-
 phis accepisti. Legibus ergo oppressus diui-
 no simul ac philosophico iudicio releuatus,
 habes animum vnde soleris: neque enim tibi
 ut priuati patrimonij, sic publicæ virtutis hæ-
 reditas interdicta est. Illa enim institutis ho-
 minum, hæc meritis datur, & antequam na-
 sceretur, ut nil gloriæ, sic profectò nihil in-
 famiæ meruisti. **D O L O R.** Origo illicita &
 incesta est. **R A T.** Quid de incestu, quidve
 de adulterio nasci queat, indicio sunt Ro-
 mulus & Alcides. Perses Macedoniæ, Iugur-
 tha Numidiæ rex fuit, vterque legitimis fra-
 tribus regno exclusis, male quidem more
 pesti

Pessimisq̃ue artibus, sed exclusis tamen. **A**lexander Macedo Philippi dictus, cuius verè sit creditus audisti. Denique Philippum extremo vitę Alexandrum non suum filiũ prædicare solitum. Idq̃, sibi vltro confessam Olympiadem, hancque ob causam repudio dimissam scriptores rerũ prodidere. Constantinus ipse ex cõcubina genitus licet insigni, præ legitimis fratribus ad imperium venit. Adderem his Arturum regem nisi quod historiis miscere fabulas nihil est aliud quàm mendaciõ veri fidem imminuere. Ad summam verò, non est: quod te deiciat origo: Vndecunque ortos virtus extulerit satis est glorię. **D O L.** Malè natus sum. **R A T.** Bene viue, bene morere, qualiter natus sis, nec tuum est, nec meminisse quidem potes, nec magnopere inquiras, quod ad te non pertinet, nisi fortè vt humilior mitiorque, non vt mæstior sis. **D O L.** Turpiter natus sum. **R A T.** Morum candor & claritas vitę, non maculas modò, sed memoriam omnem fœdę originis delebunt. Hoc remedium dum licet, arripe, aliud mihi crede nullum est. **D O L.** Pudet infamium parentum. **R A T.** Pone hunc pudorem, vnus omnium pater Deus, vna omnium mater terra.

F s

De

Seruus in hanc vitam intraui. **R A.** Ne do-
 leas, liber egrediere velis modò, sicut
 multi qui ex aduerso intrarunt liberi, serui
 exhibunt. **D O L.** Seruilitèr natus sum. **R A T.**
 Liberaliter vive, meliore tui parte liberum
 esse nil prohibet. vna est peccati seruitus gra-
 uissima, sed quæ premere nescit inuitos: illam
 excute, liber eris. **D O L.** Seruum fieri voluit
 fortuna. **R A T I O.** Potest velle contrarium:
 Et si moribus suis vtitur, scis quid speres. No-
 sti monstrum illud, nosti ludos & præstigia,
 non liber modò, sed domini tui dominus fie-
 ri potes, quanquam quid vellet aut quid nolit,
 nihil ad rem, vt sit inexorabilis, quod inter-
 dum est, nullum illá tamen in animum ius
 habet. In omni autem aduersus illam certa-
 mine, ab illius hoste poscendum auxilium.
 Sæpe quem fortuna seruum, liberum virtus
 fecit. **D O L.** Seruitio premor graui. **R A T.** Iu-
 gum qui fert volens leue efficit. Ostendam
 tibi lenimen vnicum ac peculium immorta-
 le, dominique tui quanuis potentis arbitrio
 exemptû, quod te liberum atq; ipso domino
 ditiozem faciet: sapientiz studio incûbe: illa
 te in libertatem asseret. Dictum Catonis est
 à Cicerone firmatum: solus sapiens liber est,
 ea scilicet libertate qua certior nulla est. **D O.**
 Sub

Sub durissimis dominis vitam traho. R A T.
 Nulla te melius quàm fide & obsequio mol-
 lientur, & fortassis adeo vt quod multis acci-
 dit, inde tibi ventura sit libertas, vnde te ser-
 uum luges, forsan & aliunde. Hunc siquidem
 temporalis dominus liberat, hunc æternus.
 Scis quãto periculo Malchus minas heri per
 sequentis euaseris, sed euasit tamen. Interim
 de domino sic cogita, hic te nutrit tuque cu-
 ram omnẽ in se transtulit, cùm libertate soli-
 tudinẽ amisisse, quid nisi vtile damnum vo-
 ces? Multis serua libertas, multis est libera
 seruitus. Non tam graue iugum hominum
 quàm curarum est, qui hoc excusserit, illud
 ferat æquanimis. Huic tu seruus, huic vni es
 deditus, immo hic tibi, hic tuus est dominus,
 immo procurator est tuus. Non habebis ho-
 nores, equidẽ, nec labores publicos, nõ simu-
 latũ studiis, non forensibus procellis, & con-
 siliorum volubilitate rotaberis; non nauigij
 tarditas, nõ agri sterilitas aut annonæ caritas
 te torquebit. Has molestias domino tuo lin-
 quens, sæpe illo dormies vigilãtes. D O. Diffi-
 cilis & imperiosus est dominus. R. Non sine
 causa illi in sortẽ obuuisse te in animo tuo
 pone. Quicquid igit iustũ iubet, Deũ ipsum
 iubere credito. Sin iniustum aliquid, maioris
 domini meminisse conueniet, qui vt te ad
 honesta quanuis difficilia seruum patitur, sic
 ad in-

ad inhonestam vult liberum: sic intelligo quod
 gloriosorum terrarum verumque; fidei principum,
 alter seruos dominis carnalibus obedire per
 omnia, alter, verò subditos esse in omni ti-
 more dominis præcipit: illud adiiciens, ut hoc
 non tantum bonis & modestis exhibeant, sed
 etiam dyssolis, neque enim de domino iudi-
 care seruum decet, sed mores eius qualescun-
 que perferre. Quo enim imitior dominus,
 eo clarior patientia serui est. Et hæc est gra-
 tia cuius apud horum alterum fit mentio: nec
 tamen ut mores pati, sic & imperia exequi
 semper oportet. Sunt enim quæ iustissime re-
 cusentur, si imperio domini superioris ad-
 uersa sint: cui si conferatur hic tuus domi-
 nus, non dominus, sed conseruus habebitur.
 Sic ergo per omnia dominis obediant ser-
 ui, si iusta præcipiunt, non difficultas retra-
 hat, non labor, non obsequia vel negata præ-
 mia, vel quod est in rebus amarissimum, ir-
 rogata supplicia. In omnibus obediant, mo-
 dò iniustitia atque inhonestas abfuerit: alio-
 quin contumacia & libertas, atque ipsum pe-
 ctus & ingulus iniquis præceptis ac turpibus
 opponendus est, seruandumque memoriter,
 quod præmissorum alter ait, qui cum seruos
 obedire per omnia dominis præcepisset ad-
 didit: non ad oculum seruientes quasi homi-
 nibus placentes, sed in simplicitate cordis
 timen

timentes dominum. Ex his vides status mi-
 cōditio quæ nam sit: nō totus est servus qui
 ad indigna imperia cogi nequit. DOLOR. Su-
 perbo domino servo. R. A. T. Quid scis an ille
 superiori domino serviat? Forſan vxori, for-
 ſan meretriculæ, forſan his ipſis quibus im-
 perat: quot ſuorum ſervorum ſervos vadiq;
 cernimus? Poſtremò quæ duriffima omnium,
 eſt ſervitus, forſan & ipſe ſibi, hoc eſt vitiiſ &
 paſſionibus ac violentis affectibus ſuis ſer-
 vit. Quid vis dicam? Pauci in veritate ſunt li-
 beri, & ſi qui ſunt, eo illis laborioſior vita eſt
 quo altior. Multo enim citius multòq; faci-
 lius fidelis ſervi quàm iuſti regis implentur
 officiâ. Diocletiani iam privati & de præteri-
 to iudicantis, & experientia edocti dictum
 memorabile eſt: nihil difficilius quàm bene
 imperare: propter quod videri poteſt ipſum
 quidem imperium dimiſſiſſe. Tu igitur for-
 tem tuam lætus amplectere, fulcam fateor
 atq; humilem, ſed facilem ac trāquillam niſi
 fortè feclicjoſiorem ſeris in ſpectaculo anhe-
 lantem quàm in cubiculo quieſcentem. DOL.
 In ſervitium mea me forſ impulit. R. A. T. Li-
 bens facito quod oportet: eſt & illud quoque
 noſſiſſimum, ac neceſſitatibus humanis apriſ-
 ſimum conſilium: cupias quodcumq; neceſ-
 ſe eſt, ſic vim ipſam neceſſitatis claſeris: fer-
 fortunæ ſarcinam patienter, quam quidam
 etiam

etiam sponte subiere: utq; alios seruitio liberarent, sibi seruitium delegere. In quibus est clarissimum Paulini nomen Nolani præsulis, cuius spontaneæ seruitutis exitus foelix, ut debuit, fuit. Quidam paruo se precio vendidere, ut serui effecti suos dominos peccati vinculis absoluerent, atq; ad veram reduceret libertatem, in quibus Serapion quidam Ægyptius eremicola nobilitatus est. Hæc tibi magis exempla profuerint quàm lamenta. Experire & tu tale aliquid, quo vel utilis alteri, vel facilis tibi saltem seruitus tua sit. Nō id quidem quod non habeas optare, sed eo quod habeas bene uti sapientis est. Illud omnibus contingit, hoc paucis. DOLOR. Mortali domino mortalis seruiο, R. A. Immortali seruire iucipe: ille tibi & libertatem spondet & regnum, quamuis & in hoc statu nec honestis artibus operam dare, nec sperare meliora sit vetitum: & Terentius seruus fuit & didicit haud seruili quidē ingenio, & Comœdias scripsit, haud seruili stilo, quo & libertatem & inter poetarum duces meruit locum. Quomodo ergo virtutem solidū animæ bonum seruitus impediet, quæ nec aduenticia studia, nec externam gloriam impedire potest? Plato ipse in seruitium delatus, tamē ut scriptum est, quia philosophus maior emente se fuit, generosa professio, quæ maiorem domi

domino seruum facit. Et est haud dubiè ser-
 -nus eruditus eo maior indocto domino, quo
 fortuna qualibet maior est animus, & in li-
 bero corpore serua mens habitat, & in seruo
 libera. Obstare seruitus potest fori actibus,
 non animi. Curia seruum respuit, at non vir-
 tus, non industria, non fides. Tiro Ciceronis
 seruus fuit, sed his artibus libertatem ade-
 -ptus, elegantem de patroni iocis librum po-
 -steris liquit. Non potest seruus Imperator
 exercitus aut Senator esse, at philosophus, at
 orator, at vir bonus potest: aliquando etiam
 discussio seruitio imperator & rex quoq;, ne-
 -que ad regnum modò & imperium ab hoc
 gradu peruenisse aliquos nouimus, sed ad
 -cælum ipsum. Nò potest seruus militare ho-
 -mini, Deo potest, eiusq; militiæ stipendium
 rest regnare. Dei seruus rex est omniù, socius
 -angelorum, horror dæmonum. Dei autè ser-
 -uus & seruus hominis esse potest: atque ita
 -coelesti felicitàti terrena seruius nihil no-
 -cet. *Seruus sum. R. Si semper fuisti, con-*
-suetudo luctù leniat. Si minus spera posse te
-iterum non esse quod quandoq; non fueris.
Seruus sum. R. T. Si speras, mali finem,
-minuas spes dolorem. Si desperas, patientiæ,
-neque malum malo cumulas, neque te ap-
-gas superuatue sciens volensque, quæ totius
-humanae demeritiæ summa est. Sed, certe nihil
 est

est desperandum, si cuncta defuerint, mors
aderit quæ te inuito domino dissoluat ac li-
beret.

De paupertate. Dialogus VIII.

DOLOR.

PAupertate pressus sum, assurgere ne-
queo. R A. Sæpe quidem paupertas mo-
destiam persuasit reluctanti animo, quodq;
æquaquam philosophia tentauerat, hæc im-
pleuit. DOLOR. Paupertas meum limen obsi-
det. R A. Non obsidet, sed custodit, neq; hoc
illi nouum aut insolitum, ut quæ urbem Ro-
mā multis olim sæculis custodiuit. Inter ten-
toria equidem paupertatis sobriez atq; solici-
tæ: luxur iners, sopor marcidus ac vitia lan-
guida & enervata nō subeunt. DOL. Domum
meā paupertas inuasit. R A T. Vltro illi ut oc-
curras consulo. Venientem læto animo bipa-
tentibus valuis excipies atq; amplectēs, pri-
ma enim frōte rigidula ac subtristis, nec im-
merito viatori ac viro, armato exæquata, eo
quod celer minaxq; sit aduentus eius ac cum
in familiaritatem admissa fuerit, & minime
sumptuosa & sectura ac facilis hospes erit.
DOL. Foribus meis paupertas insultat. R A T.
Aperiocius antequam vectes subita vi con-
fringat, atque ostis vultis à cardine rictrix
introducatur.

introeat, vt enim resistentibus permolesta, sic cedentibus periuenda est. D O L O R. Domum meam paupertas irrupit. R A. Aduersus fures & peiores furibus voluptates peruigil excubatrix, aduersus vulgi morsus & insulsa iudicia atq; anariciæ ceu prodigalitatæ infamiâ, quæ raro alibi quàm locupletum sedet in limine: ab his malis nullo melius ingenio custodiri potuit domus tua quàm illam custodiret paupertas: vt diues & si largus sit, si quid tamen sibi reseruat, avarus vulgo dici solet, si pauper cupidus quoq; largus habebitur. Inuidet opibus viciniâ, pauperiem miseratur. Illas cupit ac vituperat, hanc horret & laudat. D O. Domum meam occupat paupertas. R A. Iam nullus tibi superbix locus erit, nec inuidiæ, nec dânis insignibus, nec damnorû metui, nec suspicionibus mille, nec insidiis, nec nausæ, nec podagræ diuitum hospitibus, quibus exclusis habitatura latius tecum quies & tranquillitas & virtus: cui eo plus loci erit, quo fortunæ minus. D O L. Larcæ meos dura subiit paupertas. R A T. Quid queraris scio: mollius diuitiæ subiissent, sed paupertas tutius. Nullæ autem opes sunt, quibus non sit anteponenda securitas. Cùm ad felicitatem enim omnia quæcunque agunt cupiunt ve homines, disponantur, esse illa sine opibus quidem potest sine securitate nō potest.

G test.

test. DOL. Paupertate importuna diu premor.
 RAT. Vt nihil importabile diu fertur, sic nihil
 breue difficile. Sed hoc dicis grauius: excute
 autem illam cū diuitiis, an plus auro tribuis
 quā virtuti? An & hoc in paradoxis Stoicis
 non legisti, quod solus sapiens diues est? An
 legisti forsitan, sed spreuisti? quod plerique
 faciunt legentes, vt fabulentur ornati, non
 vt melius viuant, nihil ad honestatem, omnia
 ad scientiam atque eloquentiam referentes,
 quo nihil est vanius.

De damno passō. Dialog. I R.

D O L O R.

O Pes cunctas trux fortuna præripuit. R. A.
 Non tibi fecit iniuriam, suum tulit, sed
 vetus & nota hæc ingratitudo est; dati im-
 memores, meministi ablati. Itaq; raræ ac te-
 pentes gratiæ, crebræ ac feridæ sunt quere-
 læ. D O L. Fortuna ferox vitæ quoq; necessa-
 ria subtrahit. R. A. Necessaria subtrahere po-
 test nemo, quandoquidem verè necessarium
 est nihil sine quo bene viuitur. Dico autem
 bene, nō voluptuosè, non insolèter aut splen-
 didè, sed prudenter, sed sobriè, sed honestè: in
 quibus nullum sibi ius esse quāuis insolens
 fortuna fatebitur. Et certè cū nec toto,
 quod est vsquam auro, neque omni gemma-
 rum

rum pompa atque omnigenum rerum copia
 cupiditas expleatur, paucis admodum, & si
 defint, leui linguæ vel manus artificio com-
 parandis tollitur aut lenitur necessitas natu-
 ralis, sic virtuti modicū, vitio nil sufficit. D O.
 Victum vestitūque necessarium auara fors
 negat. R A T. Aliunde petendum. Virtus libe-
 ralisior quam fortuna est, nihil negat nisi quod
 & permissum noceat & negatum profit, nihil
 eripit, nisi quod habuisse damnosum, amisis-
 se vtile sit. non differt, non imperat, non re-
 trahit manum, non rugat frontem, non attol-
 lit supercilium, nullum despicit, nullum de-
 stituit, nullum fallit, non sequitur, non irascitur,
 non mutatur, vna semper & vbiq; est, nisi
 quod magis magisque degustata dulcior in-
 dies, & propius conspecta sit pulchrior. Vt sit
 igitur verus diues, ab hac peste non te fasti-
 diet nec repeller, quannis exerceat: diffici-
 les habet aditus primos, cætera prona, iu-
 cunda, facilia. Semel verò vbi ad illam per-
 ueneris, non senties paupertatem. D O L O R.
 Spoliauit me bonis meis omnibus fortuna.
 R A T I O. Fallit te opinio, malum commu-
 ne mortalium: nam profectò non bonis, & ut
 bona permiserim, non tuis, sed quæ tua fur-
 fitan vulgi more credideras: mirorq; si non-
 dum intelligis aliena: D O L O R. Fortuna me
 nudum liquit atque inopem. R A T I O. Vir-
 tus

tus te vestiet; ni respuis ac ditabit, nisi fortè pluris aurum & purpuram quàm decorum generosæ mentis habitum facis: quod si faceres, tunc verè inopem nudumque te dicerem. **DOLOR.** Cōtra fortunæ impetum & inopix molestias nullo satis artificio tut' sum.

R A T. Quid miraris? artificium tuum omne & arma quibus te tueri cogitas in manibus hostis sunt. Illa capulū tenet, in te cuspis obversa est. Si consilium quæris, his omiſſis age aliud, artib'q; illis ingenium applica in quibus fortuna ius non habet. Non diuitiis virtus, sed virtute diuitiæ quæritur. Virtus vna contra fortunam omnē contrāq; pauperiem ars optima. Legisti vt ad littus Rhodiū naufragio eiectus Aristippus, & ipse nudus inopiq; rerum omnium, quas dare potest fortuna vel auferre, dum locorum nouitate captus, vt fit, oculósq; circumferens, fortè illos in quasdam descriptiones geometricas defixisset exclamans consolatus est comites, & bono animo iussit esse, neq; enim desertis locis applicuisse, cernere se hominum vestigia: inde oppidum introgressus ad gymnasium literarum recto callē contendit: atq; ibi philosophicis disputationibus admirationē primò, dehinc amicitias optimatum & munera meruit, quibus nō tantum sibi, sed etiam sociis victum ac vestitum & profectioni necessaria

cessaria ministraret. Cúmque digressuri quærent, quid ille nūciari domi vellet, hoc vnum iussit, nunciarent eas opes filiis parādas quæ naufragio non perirent, quas nec maritima nec vrbana nec bellica tempestas eriperet, præclare. **D O L O R.** Rerum atque animi inops sum. **R A T.** Primum te expeditum, secundum planè inopem facit & miserū. Sed ut Aristippi consilium, sic & Theophrasti dictum te legisse arbitror: quid verò lectio sola profuerit? & meminisse oportet & in vsus tuos lecta conuertere. **D O L.** Domo, familia, necessariis atque ornamenti omnibus spoliatus, quid agā, quò me vertam? **R A.** Ad eas opes quibus spoliari nequeas, quæ te vndique comitatum diuitem & ornatum præstent. Et quoniam ut video, excitanda memoria est, Theophrasti quod memorabam dictum, ad hunc se habet modum: doctum ex omnibus solum, neque in alienis peregrinum, neque amissis familiaribus & necessariis inopem amicorum, sed in omni ciuitate esse ciuem, difficileque fortune sine timore posse despiciere casus; at qui non doctrinarum sed felicitatis præsidiiis putaret se esse vallarum labidis itineribus vadentem non stabili, sed infirma confictari vita. **D O L O R.** Patrimonium paternum habui, perdidit: quid consilij capiam? **R A T I O.** Patrimonium paternum duplex: alterum ex

G 3

rebus

rebus pereūtibz, quod fortuna moderatur, ex virtutibus & doctrinis alterum, quod extra fortunæ regnum procul in tuto positum lædi nequit. Hoc est illud quod imprimis amantissimi patres filiis tradunt, quod nisi repudietur, eos in finem & post finem vitæq; exitū, exornat possessoribus suis, non æquæuum modò, sed vinacius multòq; perennius. Idq; attendens illa nobilis morum & eloquentiæ & legum parēs Athenarum ciuitas, cū Græcarum omniū leges vrbium indistinctæ filios ad præstanda parētibus alimenta compellerent, eos solos statuit ali oportere, qui liberos erudissent, quod hi soli patrimonium certum suis stabile relicturi essent.

DOLOR. Multa mihi ad vitam desunt. **R A T.** Cui pauca sufficiunt, quomodo desint multa non video. Sed deesse vitæ dicitis quod auaritiæ deest, ita fit, vt non multa tantū sed omnia vobis desint, & quæ habetis & quæ cupitis, quod & illa tangere non audetis, & hæc assequi non valeatis, vtròq; par vel miserū vel egestas. **D O L O R.** Nimum pauper dēgo. **R A T.** Solare animum comitibus magnis & illustribz: Valerius Publicola vnus ē Roman. libertatis auctoribus, Menenius Agrippa Romanæ sequeſter pacis, vnde scelerentur quia de proprio non erat, de publico habuere. Paulus Emilius Macedonū regum

regum victor finitorque regni famosissimi & antiqui, tam diues glorię, tam pecunię inops fuit, vt nisi agello tanti viri vendito, restitui coniugi dos non posset. Attilius Regulus, Cneus, Scipio, Quintius Cincinnatus Romani imperij defensores, tanta rei familiaris inopia fuere, vt primus in Africa maximas res gerens, secundus in Hispania, ille propter villici mortem, hic propter filię dotem, missionem à senatu petere cogerentur, & obtinuissent nisi senatus reipublicę consulens optimorum ciuium succurrisset inopię. Quintio autem quaterna agri iugera aranti, senatus & populi consensu rebus in extremis summum imperiũ deferretur. His accedant Curius hortulo diues, & Fabritius paruo potens, qui oblatas contempserit diuitias, & nihil præter ferrum dextrasque & animum habentes ditissimum, Gręcię regē ac potentissimum Italię populum domuere. Auro ipsi æquē ac ferro inexpugnabiles & inuicti. Et quid loquimur ciues, cum & ipse populus Romanus omnis eximię fons atq; exempla historię tamdiu bonus fuerit, vt dicere cœperam, quamdiu pauper fuit. At libidinibus, probrisq; Nero obrutus, opes suas metiri ac dinumerare nō poterat. At Varius Heliogabalus effœminatissimus turpissimūque hominum ac vestri pudor imperij, vëtris

onus, dictu scdū & auditu, sed pro scdā cupiditate mortalium forsitan non silendum non nisi auro excipi dignabatur, cū nor superiorum modō talium virorum cœnas, sed deorum sacra fictilibus agi solere meminisset. O vrbs misera ad tam turpes manus fatis lapsa voluentibus: sed ô aurum auaritię votum ingens, ô spes vltima & laborum terminus humanorum, in quos vsus oculorum stupor ac mentium vertebaris. Laudarem factum, aut certē non arguerem, quod errori hominū tam obsceno nulla aptior esset irrisio, si ab homine sanę mentis id fieret: nunc præclaras optandāsque diuitias, quis negare audeat, quę si ferro ac scelere peti velint, dū sic spretis optimis, sic pessimis assunt? D O. Puuperem in laboribus vitam duco. R A T. Cleantes hauriendę aquę & rigandis oleribus, Plautus sarcinas molę manuariz locare operas virgente inopia coactus est. Quantus ille philosophus, hic poëta, simulque quā pauper ille hortulanus, hic pistor reliquias temporum necessarię debitas quieti, tanta animi vis erat, philosophicis ille vigiliis dedicans, hic scribendis, quas venderet, Comædiis. Lactantius Firmianus vir doctrinę multiplicis, rarique inter suos eloqui, filij quoq; summi principis magister, idem summa rerum omnium, etiam communū ege-
sta

state vitam egit. Pauper natus est Flaccus, inops vixit Pacuvius, inops Statius. Vterque victus causa, fabulas vendidit. Inops denique aliquando Virgilius, donec præter suum morem, opes ingenio accessere. Multa sunt talia quolibet hominum in statu: & omitto illos quoniam nimis multi sunt, qui cœlestium opum desiderio, non inopiam modò, sed famem, sitim, nuditatem & extrema omnia in terris, non æquis tantum, sed lætis atque exultantibus animis elegerunt. Si his quasi exemplis humilibus atque terrestribus non moueris, ipse cœli dominus hic pauper fuit, ut exemplo doceret hanc inopiæ viam esse, qua tamen ad veras diuitias pergeretur. Ipse inquam per quem reges regnant, pauper natus, pauper vixit, nudus obiit, cui cuncta interim obsequiebantur elementa: tu homuncio domini tui sortem fers moleste, nec ineptæ pudet insolentiæ: Certè quisquis illum cogitans se virtute vallauerit, in ipsa paupertate ditissimus nulliusque egens rei, opes regias non requirit. D O L. Nulla mihi opum copia est. R A T. Ut animo inopi ac deiecto nullæ sufficiunt opes: sic diuiti atque erecto nulla non sufficit paupertas: nempe ille alieno nititur, hic proprio fidit, ædificare in alieno iactura est, quæstus in proprio. D O L. Pauperrimus sum. R A T. Si necessitatibus obsequeris, pauper

G s num

nunquam esse potes : si cupiditatibus , nunquam diues. DOLOR. Hactenus pauper, immo mendicns sum. R A T. Fortuna hominū non stat, & vt summis ex opibus ad inopiam extremā, sic à paupertate vltima ad diuitias magnas creber est transitus. Legisti reor apud Quintum Curtium historicum, vt Abdolominus quidam Alexandri iussu seu permissu, ex hortulano inopi Sidonis rex, & cōtemptu regni maior est habitus quā regno. Certē quod non legisse non potes : & Romulus ē pastoralis tugurio tantæ vrbis conditor Romanum primus diadema suscepit : & regum sextus ex humillima, vtrūq; aliqui credidere, ē seruili fortuna ad ipsam regni culmen ascendit, nec Alexandri Priamidæ, nec Cyri illius inter Persarum reges famosissimi inter opulentiora primordia, aut alia ferē sunt rudimēta quā Romuli. Gaius Marius qui fuisset & futurus sæpe esset Romæ consul, & antequā honorum gradus vllos attingeret, mercenarius arator primos in aruis vitæ annos egerat, & deinde post tot victorias ac triumphos, interque illos suos septem consulatus, præter latebras palustres ac carcerē exiguum quoque mendicauit panem. Iulius Cæsar futurus mundi dominus, & testamento dominos mūdi relicturus adolescēs pauper fuit. Tu hac talium comitiua non potes aut sperare

rare opes aut contemnere. DO. Solito pauperior sum. R A T I O. Bene habet & solito eris humilior expeditior, liberior. Vacui amant incedere qui arduum iter agunt. Carebis solitis opibus, simulque solitis muribus ac furibus & protervis servis, hisque quibus solent abundare diuitiæ, fictis amicitiiis, sequacibus atque tenacibus parasitis, totoque illo grege domestico arridentium tibi teque ridentium atque rodentium. Denique si amissas opes cum amissis tædiis conferas, lucrum voces. Certè ut securitatem fileam, humilitatē, sobrietatem, requiem, modestiam paupertatis comites, si nihil boni aliud illa secum afferret quàm quòd & fallaciū gregibus adulantium & seruorum tyrannide superborum liberat, abunde erat causæ ut non ferenda modò esset sed optanda, immo etiam arcescenda pauperies. Sed iam satis fit: maior enim quàm pro re querela est, quam in te mirarer, nisi olim ferme in omnibus notassem nullum grauius, nullum crebrius lamentum, adeo nihil inter homines paupertate melius, nihil odiosius. D O L O R. Pauperior sum in vita. R A T I O. Eris latior in morte. Nemo tam pauper vixit, ut moriens uellet vixisse pauperior.

De

Tenuis victus est mihi. **R A T.** Et tenuis voluptas & munda sobrietas. An tu gulæ studio contrarium malles? **D O.** Asper est victus. **R A T.** Æquanimis fer gulæ illecebris caruisse, cum ad manum sint aliæ dulciores & quæri faciliores & seruari. Habet & suas virtus illecebras. Ciceronis vtor verbo, has gustare & ruminare cum cœperis, illas magnopere non requires. **D O.** Durus est victus. **R A T.** Durities amica virtutibus, mollities voluptati. Quot autem magni viri vltro se voluptatibus abdicantes, hunc quem tu refugis victum elegere, quorum aliqui cum possent lautè vesci, panem & aquam in delitiis habuere? An vero voluptati quæquam sic obnoxium opinemur, ut non illam valde oderit si adiunctum illi dedecus intueri oculis possit? Sed funesta suauitas, virtutum hostis acerrima & titillatio bestialis, quam qui sequitur, homo quidem videri potest, verè autem animal brutum est. Ad hæc & familiaritas contracta cum vitiis & consuetudo rerum pessima, mortalem præstringit obtutum, ut discerni nequeat quàm decorum sit quod torqueat, sordumq; quod mulceat. **D O L.** Nimis angustus est victus. **R A.** Immo nimis ampla, nimiumque capax gula est. Vnum visum angustum

stum, te autem vnum omnibus in animam ir-
 ruentibus vitiis patēs iter. Hac flamma libi-
 dinum, hac torpor ingenij, hac irarum & iur-
 giorum feruor ingreditur, hac imperiosa cu-
 piditas omnia pati iubens, atq; facere dū ne-
 cessaria creditis, quæ damnosa sunt & muni-
 men vitæ dicitis, quod ruina est. Hac inuidiæ
 faces & æmulatio implacata indignantibus
 animis, tam gulæ alium obsequentem quàm
 vos esse gloriamini, inde laudem sperantes,
 vnde pudor metuendus erat. Hac postremo
 superbia dum inflatus nec se capiens venter,
 animo suum affricat tumorem, & persuadet
 illi esse se homine aliquid maius, quod am-
 brosia & nectare pastus sit. Vides vt vitiū vnū
 est omnibus aditus, neque hunc si aliter ne-
 quit inopiæ vectibus clausum cupis. O pau-
 pertas amabilis, quæ continentix tibi sumis
 officium: vtile est cogi ad id quod facere tua
 sponte debueris. DOL. Tenuis me victus ex-
 tenuat. RAT. Malles ne igitur tumesceri?
 Hæc tenuitas podagrâ tuis pellet è finibus,
 dolorem capitis auferet cerebrique vertigi-
 nem vomitumque & ructum & nauseam &
 sudorem tædiūque & fastidium tui ipsius,
 pallorem alternum ac ruborem, odorem
 quoque & oris & corporis tibi atque aliis
 importunum sistet. Præterea pedes instabi-
 les, manus tremulas, nutans caput, quodque
 est op

est optimum, animum ipsum moderabitur frenabitque. Et quid igitur tam multa corporis atque animi bona paruo cibi desiderio ac momentaneo gustus incommodo tibi parta conquereris dignus his perdisis gustui deseruire? DO. Tenuis victus me fatigat. RATIO. Contrarius fatigaret, nisi fortè onus requiem vocas. Num legisti lautioris vitæ tædia magna esse, ita ut quinque diebus continuis non possit sine fastidio tolerari ab hominibus temperatis & altiora spectantibus quàm palatum & ventrem? DO L. Supra modum victus est tenuis. RAT. Fuit ætas, quando hic fuisset & est adhuc gens aliqua ubi esset victus amplissimus, verum mundo in deterius lapso, vos deterrimi omnium esse nimirum publicæ semper principes ruinæ, ut qui optimi omnium fuistis, versis vsquequaque vestigiis suis omnium pessimi, & in temporum vitiis ac locorum præcipuum teneatis gradum. DO L O R. Victus tenuis mihi non placet. RAT. Victum tenuous & virtutis & voluptatis amatores ac patroni laudant: tu quàm hæresim sis amplexus, nescio. Plato Syracusias mensas damnat, nec vllò modo sibi placere ait, bis in die saturum fieri. Epicurus in oleribus suis voluptatem ac delicias ponit, & hunc quem tu fugis victum, rebus ac verbis probat. Denique ut ait Cicero: nemo de tenui victu plura dixit

dixit: tu duarum notissimos si viarum duces
 spernis, quid est reliquum, nisi ut impetu tui
 erroris & virtutis hostem, nec amicam vo-
 luptatis onerosam sequaris ingluuiem, sœ-
 dum finem nec tam hominis quàm iumentum,
 quòdque indignanter ac dolenter dixerim,
 iumenta multum quidem sed pro capto suo
 ventri ingerunt: soli vos animantium do-
 mini mensuram vestram & nescitis & frangi-
 tis. Neque de nihilo est quod multi miran-
 tur, quia patrum & auorum memoria, vineæ
 multo pauciores essent, homines autem toti-
 dem aut plures, vina tamen viliora erant: sic
 indies crevit ebriorum sitis. D O L. De lauto
 victu ad tenuem sum redactus. R A T. Bene
 habet quod modestia neglexit, implet ino-
 pia. Optimum est sponte agere quod debeas,
 proximum vel coacte.

De originali inopia. Dialog. XI.

D O L O R.

IN paupertate etiam natus sum. R A T. Quis
 non nudus utero matris egreditur? Nil hîc
 præcipuum habent reges. D O. Antequam nas-
 cerer pauper fui. R A T I O. Bonæ memoriæ es si
 meministi, delicatissim^o si sensisti. D O. In pau-
 pertate sum genitus. R A T. An tuæ tibi que-
 rimoniæ parum sunt? Hæc non tua quidem,
 sed parentum fuerit. D O L O R. In paupertate
 natus

natus sum. R A T. In paupertate moriturus: similis principio finis manet, nisi fortè morietis languoribus mederi aurum censes quod in arculæ fundo est. D O. In paupertate vitæ mihi principium fuit. R A T. Medium falsæ sæpe diuitiæ, at principium & finem vera paupertas tenet, nudum nasci, nudum mori, humana verè conditio est: nam quid quæso purpureum cubile, quid funeralis lectus aureus, & quæcunque sub ipsum vitæ finem mortalis ambitio meditata est, quid ad febrē, quid ad mortem ipsamque de qua loquimur morientium nuditatem? An ut equum phaleræ, sic parietē aula delectat? Mulcere ista oculos possunt intuentium. Sensu carentibus delectabile aliquid inesse potest, delectatio autem nulla. D O. Nudus inops natus sum. R A. Humanas res penè omnes alterna fors variat: eadem quasdam æquat quo reliquarum soletur imparitatem, harum prima & maxima est ipsa hæc originis ac mortis æqualitas. Multi & varij viventium sunt amictus nuditas vna nascentium atque morientium, nisi quòd illi multa reperiunt ignari, hi omnia deserunt scientes, ut exigui damni sensum debeat ipsa rerum pereuntium lenire cognitio. D O L. Nudus in hanc miseram vitam veni. R A T. Id recolens animo æquiore abibis nudus.

De nu

De numerosa prole gravi sarcina. Dial. XII.

DOLOR.

Numerosa prole prægrauatus sum. R. A. Auro etiam atque opibus imbecilles humeri premi possunt, nemo tamen id queritur, sed sic premi gaudet. Atqui prima inter vestrz forlicitatis dona numerantur filij. His ne te igitur prægrauatum & non potius subleuatum dicis? D. O. Multos inter filios inops sum. R. A. T. Immo verò filij diuitiarum tuarum sunt: quomodo inter diuitias sis pauper videris. Id enim non nisi auaris & bonorum suorum ingratias accidit. D. O. L. Filiorum in turba egestare, sordida laboro. R. A. T. Filij non labor sed requies sunt parentum, lenimen laborum, atque omnis solatiū fortunæ si boni sunt, aliquin non de numero sed de moribus est que rela. D. O. L. Filiorum acie coarctatus sum. R. A. Cur non potius comitatus & vallatus & ornatus? Certè non tantum patres: sed & matres ornamenta sua filios vocant. Non audisti, vt Cornelia Africani magni filia, dū prædixes mulier Campana, quæ fortè in domum eius hospitij iure diuerterat, muliebriter gloriabunda, sua illi longè preciosissima ostendisset ornamenta, generosam velut ad æmulationem provocata, colloquium de industria produxit, donec & scholis filij eius remearent, parui tunc pueri qui magni post
H fuerit

fuere viri. Quibus illa conspectis versa in
 hospitam: ornamenta mea, inquit, hæc sunt.
 Præclare quidem & vt tanti patris filiam de-
 cebat: tu autem ornamenta hæc tua vocas
 impedimenta. D O L O R. Quis tot pascet
 filios? R A T I O. Is qui te à iuuentute tua
 pascit in senium, qui non solum homines,
 sed pisces & quadrupedes pascit & volucres.
 D O L O R. Quis tot natòrum corpora ve-
 stiet? R A T I O. Is qui non tantum animan-
 tia, sed agros herbis ac floribus & frondi-
 bus sylvas vestit. Et quid scimus adhuc for-
 san hi filij te non modò pascant ac vestient,
 sed etiam tuebuntur, sed etiam honesta-
 bunt. Humanarum rerum, vt à voluptate
 aliz incipiunt, in laborem ac dolorem desi-
 nunt, sic econtra aliz amaro principio in-
 ceptæ dulci fine clauduntur: qualis est sors
 virtuosarum omnium ferè actionum, quæ
 ingressos cruciant ac progressos mulcent.
 D O L O R. Pauper cum filiis multis sum. R A-
 T I O. Miraris quasi fecundam virorum non
 legeris paupertatem. Diuersa sunt operum
 genera & varia dona fortunæ. Nulli omnia
 contingunt, aliis vagæ morces, aliis rigens
 tellus, exangue aliis metallum, viuæ tibi
 diuitiæ obtingere filij, an verò boves & pe-
 cudes & asini, canes & profugæ apes & co-
 lumbæ & pulli & pavones, serui denique &
 ancillæ

ancille in dinitiis habebuntur, soli filij excludentur? DOLOR. O quam multi mihi sunt filij. RATIO. O quam plures aliis. Quinquaginta fuere Priamo, triginta Orodi Parthorum regi, centum quindecim regi Persarum Artaxerxi, septingenti autem Erothainio regi Arabum, quorum fiducia fines hostium alternis aggressus incursibus, Ægyptum, Syriamque vastauit. Et est sane potentiae genus quoddam multos filios habere. Scio autem quid dicturus sis: hi quos memoras magni omnes reges fuerant, mihi longe alia sors est. Nunquid verò rex fuit Appius Claudius? Profectò ne diues quidem prisco illo sæculo, videlicet quo probrum diuitiae habebantur, & paupertati cæcitas accesserat ac senectus, & tamen de eo scribens Cicero, quatuor inquit robustos filios & quinque filias, tantam domũ tantas clientelas Appius regebat & cæcus & senex. Neque id mirari est quòd priuata bene reget, cùm tot obsessus incommodis, ipsam quoque rempublicam gubernaret. Humanorum defectuum magna pars in moribus non in rebus est. Non erat Appio sors regia, sed nec optabar, sua sorte cõtentus, exiguos non lautitiis, sed virtutibus adornabat lares, & victu tenui amplã familiã nutriebat. Quòdque multi reges mœsti faciunt & quæruli

H 2 latus

lætus ille & æquanimis faciebat. Non enim fortunam appetitui, sed fortunæ æquauerat appetitum. Non erat Appio fors Cræsi regis nec concinis quidem sui Crassi sed foellicior quædam alia quâuis angustior sua fors, nec ad alienam sortem, sed sicut boni omnes faciunt, ad suam propriam se formabat ac suos. Certè nec ego exigo, vt tu sorte alia quàm tua in tuis vtaris & in te, neque vt cibo aut amictu regio tuos pascas aut vestias. Vescuntur lautius regij, iuuenes & vestiuntur insignius, sed non viuunt melius nec diutius nec lætius, & quod constat, nec securius nec honestius certè nec sanctius. Pro his omnibus vnum habent quo excellent, pomposius, hoc est stultius viuunt. Suus cuique viuendi modus, sua est mensura, nec idcirco melior, quo maior: vnde fit vt in tugurio sæpe lætos videas, mœstos in regia. Non est omnium vna capacitas, sed vnus est fons gratiæ: vnus ille cui dicitur: aperis tu manum tuam & imples omne animal benedictione. Quid ad rem vasorum seu magnitudo seu paruitas, vbi par est omnium plenitudo. Sed multa desunt pauperibus, quanto plura desunt regibus, cùm sit illud Flacci verissimum expertumque, quòd multa petentibus, desunt multa. D O L. Laboriosum negotium multos filios genuisse. R A T. Quid sub
certo

cœlo mihi non laboriosum dabis, præter
 vnam, vt creditur, voluptatem, qua tamen
 nihil est in fine laboriosius, nihil quod tot in
 animis linquat aculeos? An non legis apud
 Flaccum, vt nil sine magno vita labore dedit
 mortalibus? An non audis, quid poëta alius
 non ineleganter hac in parte luserit? cùm
 enim bona omnia gratis nobis donata esse
 diuinitus, pij omnes vno ore fateantur non
 donata dicit ille, sed vendita, & precium sta-
 tuit labores. Sic enim ait, laboribus vendunt
 dei nobis omnia bona. D O L O R. Molesta
 est tantorum sollicitudo filiorum. R A T I O.
 An non inter veras sententias illa est: non
 posse inueniri vitam hominis carentem mo-
 lestia? Nec minus illam: omnem vitam esse
 tormentum. Quid filij meruere qui si de-
 sint, curæ alię subibunt? Crede mihi, quocun-
 que te vertas, quemlibet fortune gradum ar-
 ripias, & labores & molestiæ & difficultates
 vitæ aderunt: quid lamentis inanibus opus
 est. D O L O R. Filiis multis premor. R A T.
 Sic dicis quasi felicitate deprimaris tua, &
 vota prima mortalium tibi cumulatiùs ob-
 uenisse fers grauius, mirum genus impa-
 nentiz. D O L O R. Quid verò tot faciam fi-
 liabus? Quis tot dotes expediet? R A T I O.
 Vnus est & foeminarum deus & marium.
 Is & filios tibi pascet & filias. Vtque illis in-

genium & viuendi artes, sic is suas dotes dabit. Itaque sic scriptum est, spera in eo & ipse faciet: quod in te est, optimum dotis genus fuerit, sic filias formare, vt vel absque dote recto iudicio placere valeant atque amari. Dotem habuit Romanum imperium Faustina: & quot reris indotatz, castiores, eaque feliciores fuerint? Non facit faustum coniugium dos, sed virtus. Fac si potes, vt tuarum non pecunia optabilis sit, sed pudor, sed modestia, sed integritas, patientia, fides, humilitas: his ornatz gemmis filiz tuaz, hoc onustaz, auro, his ancillis comitatz, limen adeant coniugum, non diuitum, sed proborum, vbi tutior sepius pudicitia vitaque dulcior quam in thalamis atq; atriis regum fuit.

De amissa pecunia. Dialogus XIII.

DOLOR.

PECUNIAM AMISI. R A T. Et cum illa curas multas, periculumque perpetuum. D O L. Perdiidi pecuniam. R A T. Et laborem custodiz & perdendi metum. Sic perdendo pecuniam, duo bona, vnumquodque & prastantius amisso securitatem & requiem inuenisti. D O L. Pecuniam perdiidi. R A T. Bene si te illa non perdidiit, quod iam multis possessoribus suis fecit, Noxia enim pecuniaz forma est, venenosus fulgor ac pestifer. Itaque velut
ser

serpens squamis aureis placens, mulcendo oculos, animam ferit. Proinde si hinc saluus es, gaude tibi ablatum vnde infici posses, tēque illæsum inter pericula transiuisse, lætus stupēnsque recogita. Sin infectus, extirpata mali causam scito, quo facilior ad salutem reditus sit. D O L. Amisi aurum atque argentum. R A T I O. Quid cœlesti animo cum terrestribus purgamentis? Qui viriliter philosophantur argentum atque aurum inter bona non numerant, qui mollius, bona dicunt, sed non animi: horum quicquid elegeris siue non bonum siue non tuum fuit, æque nulla tibi est materia querelarū. Nam ut omnino bonum dici velis, quod multi magnisque negant viri, non tuum ceterē sed fortunæ bonum vel inuitus dices. Ita nec tu de tuo aliquid, nec de suo illa quidem perdidit sed transtulit. D O L O R. Amisi pecuniam. R A T I O. Ut non amisisses si tua esset, sic si tua non erat amittere nequiuisti, verē autem non tua sed illius erat quem secuta est, immo ne illius quidem, sed fortunæ, ut dixi, quæ eam cui visum fuerit, breuem ad vsum magno sub fœnore mutuat. discere iam tandem à propriis aliena secernere. D O L. Pecuniam amisi. R A T I O. Si te adeo non tuæ quoque cruciant iacturæ, tibiq; vel alienum aliquid demi doleas, discere illa conquirere quæ tua

sint propria atque perpetua, quorum & ac-
 quisitio faciliior & possessio nobilior certiór-
 que. Virtutem si quæsieris non amittes, vos
 autem sapientiæ contemptores, cultorésq; &
 amatores pecuniæ facti estis: obforduisse vi-
 demini salubribus consiliis ac monitis, quæ-
 cunque per sanctos atq; eruditos viros cōtra
 hanc præsertim humanæ partē insanix dicta
 sunt. Audisti Satyricū vestrum protestantem,
 nam dives qui fieri vult, & citō vult fieri, at-
 que his dictis addentem: sed quæ reuerentia
 legum, quis metus aut pudor est vnquā pro-
 perantis auri? Hanc sententiam Hebræo-
 rum Sapiens quàm paucis absoluerat: qui fe-
 stinat ditari inquit, non erit innocens. Audi-
 stis alium ex vestris, seu Satyricus sit ille, seu
 Lyricus, dicentem: non domus aut fundus
 non æris aceruus & auri ægroto domini de-
 duxit corpore febres, nō animo curas. Dixe-
 rat hoc externus sapiens: ille breuissimè non
 proderūt diuitiæ in die ultionis. Et addiderat
 quod prodesset: iusticia enim inquit, libera-
 bit à morte. Cū ergo pecunia quā amissam
 luges in necessitatibus summis, nec corpori
 possit opem ferre, nec animo, mirū cur tanto-
 pere vel optari absens valeat, vel amari præ-
 sens? His atq; aliis motus orator vester nihil
 est, inquit, tam angustæ animæ, tamque parvi
 quàm amare diuitias. At orator Ecclesiasti-
 cus,

cus, avaro inquit, nihil est scelestius; nihil est iniquius quā amare pecuniā. Et quā multorū in hoc vnū consentit, immo quā nullius dissensit auctoritas, frustra quidem prævaluit sapientum sententiis vulgi furor. Itaque vt nullū iniquius, sic nullū ardentius votum quā pecuniæ est: vt ex qua pendere omnia quæ optātur persuasum sit. Clamāt ab aduerso doctissimorū voces hominū, clamat experientia & veritas, clamat vetus & recens exemplorū turba: magnā pecuniā nulli vtilem, multis fuisse pestiferam, cum peccato ac labore quærendam, cū sollicitudine ac pauore seruādā, cū querelis ac mœrore perdendam. Dicant pecuniæ amatores, quid vel in his verbis falsi, vel in suis opibus boni sit. Et vt vera sit æstimatio tam laudatæ rei, quid de hoc quisque viderit aut legerit integrum ac syncerum, spretis vulgi clamoribus sepositisque fulgoribus metallorum ad memoriam reuertatur. Quia verò non omnibus videndi experiendique sors eadem fuit, illa animum subeant quæ famosis ab auctoribus scripta nulli vnquam docto legendi audiendique defuit facultas. Nonne ergo pecuniam peregrinos mores intulisse, & molles diuitias turpi luxu, sæcula prius integerrima fregisse? Nonne ipsas quoque diuitias, auariciam & abundantes voluptates, deside-

H s rium

rium per luxum atque libidinem pereundi
 perdendique omnia inuexisse, & scriptum
 & re ipsa sæpe compertum est? Nónne aua-
 rum semper egere? Nónne nocens ferrum
 ferroque nocentius aurum, sacrámque auri
 famem, nil non mortalia pectora cogere, pe-
 cuniæque aspectu debilitatos spiritus? Nón-
 ne aurum per medios ire satellites, & per-
 rumpere saxa potétius ictu fulmineo, atque
 hinc pudicitiae simul ac vitæ insidias proue-
 nire? Imbre aureo Danaes expugnata virgi-
 nitas, ac vatis Amphiarei Argolici casus pro-
 bat: auaræque simul coniugis, vna siquidem
 ruinæ duplicis causa fuit aurum fatale quod
 bene speratum Argiæ Eriphilæ male opta-
 tum, malè partum illius penates irrupit, sce-
 lerumque ingentia semina nouit. Nónne
 opes falsas & caducas neque præstare posse
 quod spondeant, neq; lenire animi sitim, sed
 accendere, neque curas fugare sed arcessere,
 neque necessitates tollere, sed augere, verissi-
 méque & propriè dictum: crescit amor num-
 mi, quantum ipsa pecunia crescit? Et illud:
 neminem pecunia diuitem facit immo con-
 tra, nulli non maiorem sui cupidinem incus-
 sit. Neque illud minus: crescentem sequitur
 cura pecuniam, maiórque fames. Atque illud:
 multa petentibus, desunt multa: &, permul-
 tis eos indigere qui permulta possideant.

Deni

Denique quicquid sint, non esse perpetuum nec longuum quidem, ut quod possum sit in manibus fortunæ sine intermissione volubilibus subiectum casibus & saltem morte perdendum. Dives enim cum dormierit nihil secum auferet: aperiet oculos suos & nihil inueniet: neque id ipsum suum nihil in quem volet transferet, quia in imagine pertransit homo, sed & frustra cōturbatus, thesaurizat, & ignorat cū congregabit ea. His ac mille similibus circumquaque sonantibus doctorum vocibus hominum obstruxit aures infinita cupiditas, ut iam frustra diuitibus huius sæculi præcipiatur, non sublime sapere nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abūde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in operibus bonis: nam qui volunt diuites fieri, harum scilicet quæ vulgo optantur diuitiarum, incidunt in tentationem & laqueum diaboli & desideria multa & inutilia & nocua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Non magis hunc audiunt consultorem, quàm qui ait: nolite sperare in iniquitate & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Neq; hūc magis quàm ipsius filium dicentem: qui confidit in diuitiis suis, corruet. Neque rursus his
 omni

omnibus magis illum qui super omnes est, cuius doctrina cœlestis, nisi ab infans planēque furentibus contemni nequit, qui profectò diuitias & diuitiarum comites, voluptates atq; sollicitudines spinas dixit, semē verborum salubrium suffocantes: dixit hoc cuius in ore non est inuentum mendacium. Viua inquam hoc dixit veritas: veruntamē putas inuenerit fidem in terra? Nullam prorsus aut raram. Quas igitur ille spinas suauitatem vnicam atque dulcedinem mundus vocat. Et quod ait quidam, gemmas & lapides, aurum & inutile summi materiam mali, summi omnis materiam boni putant, certatimque omnes vt summum bonum præq; omnibus appetunt. Iamque in vrbium plateis haud ironicè proclamatur: ô ciues ciues, quæreda pecunia primum est: virtus post nummos. Atq; illud alterius: vende animam lucro, mercare, atq; excute sollers omne latus mundi. Sic pondum intellectum Dei munus, sed magnum Dei pauperies opprobriū iuber, quid vis & facere & pati Verumque quotidie cernitur quod ab alio dictum est: pars vilissima rerum certamen mouistis opes. Quis enim quæso non hodie sceleris insigni premio & occasione proposita fas omne abrumpit, Polydorum obruncat & auro vi potitur? Pone fidos fratres, ponē vuanimes amicos in consilio,

filio, in cōuiuio, in chorea dehinc modicum inter illos, non dicam pomum aureum, sed pomi frustum iaciat discordia. His olim armis vti solita gladiis seria iocsq; frangentur. Sicut autem auro nihil scelestius quæritur, sic vt ad rem redeam, nil mœstius perditur. Peccatum nempe ingēs animæ iactura contemnitur proximumque illi famæ damnum spernitur, & amissum tempus inter leuia numeratur. Lentè flentur fratres perdit, lentius parentes, lentissimè coniuges, sæpe verò latissimè: solæ opes flētur acriter. Verissimūque est illud ploratur lachrymis amissa pecunia veris. Sed multa iam diximus, de quo nunquam satis, nunquam parum, semper minus dicitur, quia pecuniæ ad amorem obstinatis animis, nil dicendo aliud quæritur nisi odium aut contemptus, quicquid vulgatis obstat erroribus, vel simulatū creditur vel insanum. D O L O R. Perdidi pecuniam R A T. Experrectus es: te diuitem somniabas. D O L. Pecunia quam amabam perijt. R A T. Pecuniæ neq; amorem neq; odium, sed frugalitatis studium avaritiæq; fugam laudo. Vt amare enim pusilli animi, sic pati non posse aurum infirmi est parūmq; sibi fidentis atq; auro succumbere metuentis. Magnus ille est, inquit Anneus, qui fictilibus sic vtitur quemadmodum argento: nec ille minor est qui sic argen

argento vitur quemadmodum fictilibus, vt
 intelligas seu vitium seu virtutem non in re-
 bus esse sed in animis. Nec amatorem pecu-
 nix nec osorem, sed absentis contemptorem,
 præsentiſque dispensatorem egregium, ma-
 gnum putes. Hanc sententiam me dictante
 scripsit Cicero: cùm amorem enim diuitia-
 rum angustū parūſque animi dixisset, adiun-
 xit: & nihil inquit honestius magnificentiūſ-
 que quā pecuniam contemnere si non ha-
 beas, & si habeas ad beneficentiam liberali-
 tatēque conferre. Vtor in re certa claris te-
 stibus: & ô vtinam nihil simūlque illis om-
 nibus fides esset: nusquam enim humanum
 genus tam incredulum, seu tam surdum ef-
 ſet. Inexhaustus labor hominum quærendī-
 que ardor terrāſque & maria versans pro-
 bat, avaricia, atque amore cultūque diuitia-
 rum non modò virtutibus, sed vitæ odium
 indictum. DOLOR. Pecuniam magnam ami-
 ſi. R A T. Magnum pondus & durum & gra-
 ue: simul custodis officium vt incipiens dixi:
 nempe de dominis vos custodes imperiosa
 cupiditas fecit, omnia facere atque omnia
 pari iubēs, sola vt pecunia cumuletur ac ser-
 uetur. Ita quæ in oportunitates vſūſque ho-
 minum inuenta erat, in metum ac sollicitudi-
 nem versa est. Timere & angi & circunſpice-
 re domorum incendia, furum insidias & ser-
 uorum

eorum fugam, neq; aliis prædesse neque sibi,
 sed exanime tantum & inutile aurum incu-
 bare, hæc diuitiæ vestræ sunt. DOL. Pecuniam
 domi dimissam abstulit nescio quis. RA. Vile
 & caducum est & certè non proprium quod
 furto vel vi eripi potest. DOLOR. Pecuniam
 in loculis consignatam non inuenio. RA. Di-
 cam tibi non antiquam rem. Fuit nuper apud
 Italos nobilis & egregius quidam vir, posses-
 sionum antiquarum diues satis, ditior virtu-
 tum, sed pecuniæ nõ, ita vt cuius non custos,
 sed dispensator ac dominus esse didicisset.
 Erat illi filius primogenitus, fori negociis ap-
 prime industrius, qui vigili cura & pausimo-
 nia ingenti magnas opes multumque auri
 quæsierat: & erat mirum visu, in patre sene
 inuuenilis largitas, in iuvene filio senilis tena-
 citas. Sæpe illum pater hortabatur ne suum
 ingeniũ fraudaret, ne pietatis obliuisceretur
 ac famæ, neve in comparisonem auri & de-
 cus & debitum & naturalia sibi iura vilescer-
 rent. Denique vt sibi met & annosæ matri,
 & fratribus paruis & consanguineis, & ami-
 cis, & egentibus prodesse aliquando diui-
 tias suas vellet. In hos enim vsus non in
 custodiam tantum ac supplicium partas es-
 se dicebat, hoc pater. Sed frustra vel sur-
 do canitur vel auaro. Contigit tandem pro
 republica filium abesse, & cum electis vi-
 ris

ris ad Romanum pontificem proficisci. Quo digresso, statim pater occasione arrepta, novis thalami arculæq; clauibus introgressus, thesaurum nulli vtile è latebris eruit, seque & cōiugem & filios familiamq; omnem exquisitissimè induit, Emit equos ornatissimos, vasa argentea, supellectilem speciosam, vltimò domum amplam, sed minimè cultā, novis auxit ædificiis, & picturis insignibus adornavit muniuitq; rebus omnibus, quas liberalis & lauta & abundans vita, exigit, multa præterea pauperibus dedit. Sacculos verò in quibus aurum illud filij fuerat, harena lapillisq; flumineis plenis obstructosque & obse-rata omnia, quòq; prius in statu fuerant, dimisit. Quæ cuncta breuissimo tempore gesta sunt, quod & voluntas egregij senis & pecunia prompta esset. Redeunti dehinc filio, fratres obuij fuere: quorum ille occursum hæsit, indumēta atq; habitum miratus qualem antea nō vidisset, quæsiuitq; cuius essent, equi, vnde illæ vestes, læti atq; omniū ignari simplicitate puerili, domini patris esse, multosq; alios domi in stabulo substituisse dixerunt, vtrumq; etiam parentem multiplici ac regio esse vestitu. Magis ille magisq; singula cœpir mirari. Inde vbi paternæ domus limen attingit, vix parentes, vixque ipsos parietes recognoscens, nec admiratione iam simplici, sed

stupo

stupore plenus atq; ecstasi thalamum atque
 arculam festinus adiit, vbi cū exterius nil
 mutatum cerneret, parumper animo cōquie-
 uit. Et quoniam collegarum præsentiæ ac fe-
 stinatio amplius non sinebant, raptim arcu-
 lam aperuit sacculisq; conspectis solito mo-
 re turgētibus atq; obtrusis iam securus abiit,
 mox negotio publico expedito, domum re-
 diēs, in thalamo se inclusit, arculam aperuit,
 sacculos introspexit, aurūmq; in harenā ver-
 sum reperiens exclamavit. Accurrit pater &
 quid inquit rei est fili quid quereris, aut
 quid fies? Amisi, inquit ille, pecuniam quam
 multis quæsitam vigiliis, multisq; laboribus
 in his sacculis dimiseram, spoliatus tua sum
 in domo pater. Ad hæc genitor, quomodo ait
 spoliatus es, nōne sacculos omnes plenos
 video? Ille autem gemens: harena inquit, pa-
 ter, non pecunia est. Simul hæc dicens, aper-
 tos patri sacculos ostentabat. Tū senex fron-
 te nihil mota, quid inquit refert fili apud te
 harena ne an pecunia pleni sint? Memorabi-
 le dictum, præclaræque sententiæ. Siquidem
 apud multos ociosa pecunia est, nilque agit
 aliud nisi quod locū occupat atq; animum,
 apud plures malè atque improbè operosa,
 apud paucos demum fructuosa est. DOLOR.
 Amisi pecuniam quam amabam. R. A. Turpi
 amore relaxatus es. Nā amor pecuniæ aua-
 ricia

ricia est. Minus hanc amabis, minus hanc optabis. Nam & illud Satyricum experimento cognitum, quod minus hâc optat qui non habet: optanda autê amissio est: magni etiam boni, cui inseparabiliter malum maius adiutum sit. D O L. Amisi dulce vitæ præsidium. R A. Quid scis an amarum potius excidium. Plures multo propter opes quàm propter inopiam periere.

De radimonio. Dialogus XIII.

D O L O R.

VAdimonio exagitor. R A. Amissam modo pecuniâ, querebare, iam proiectam quereris. Nónne vitro te obligans pecuniam proiecasti, vulgaris infania plurimorum, qua perfacile & pecuniâ perdideris & amicum? D O L. Pro altero fidem obstrinxi meam. R A T. Pro teipso eam solves, & nil debere ac sine compedibus agere quàm iucundam sit, tuo disces incommodo. D O L. Vadem pro amico dedi me. R A T. Da post hæc amicis egëtibus, aurum, argëtum, vinum, oleum, frumentum, vestes, domos, prædia, consilium, solariû, cum amicis demum omnia partire, vnam tibi habere nullique vnquam tuam dederis libertatem. D O L O R. Promisi pro altero: en soluendi dies adest. R A T. An tu affuturam ignorabas, an te victurum non sperabas, an non hæredem

dem saltem tuum cogitabas, quem spontaneis vinculis inuolueres? Bene autem habet quòd in caput errantis poena redundat erroris. Sentio autè, dilatio te fefellit. Media promissionis inter ac solutionis diem spacia vana mente metimini, quæ ut reliqua tempora longa videntur, dum spectes, dum præteriere brevissima. Volant enim horæ, dies, noctes, hebdomadæ, menses, anni, lustra, sæcula, & quæ distantissima iudicantur in foribus sunt. Itaque quòd in paucorum interstitio mensium, nunc stupetis, si aperti essent oculi, clarè quidem multis in sæculis videretis: sed vos, quasi tempus desiderio vestro pareat, non naturæ suæ, non euenturum vobis terminum, nec ituros dies fingitis, atq; hæc spe velut oculis clausis præcipitium præteruecti verbo placidi vobis esse videmini & urbani, pro alio promittentes, quasi non verba hæc & promissa clãdestina mox in publicum eruptura, tumultusque rerum maximos allatura sint. **N O L O R.** Despondi pro meo amico. **R A T I O.** Amicorum indigentis scis præsentis, si quod adest, remedio succurrendum. Non te illaquees utque in crastinum nil promittas: quod non dicerem si succurri aliter quàm promittendo non posset, nunc quid attinet promittere, quod si implere non possis, stultè facias, at si possis superuacue?



uacue? Sed vos rerum auarissimi estis & prodigi promissorum, quasi verò res ipsas promissa illa non exigant. Quod si dicas defuisse in tempore ferendæ opus facultatem, fuisse autem de futuro spem, qua postmodum destitutus sis: nondum ergo didiceras, ut fallacissima rerum omnium spes est. Nihil inuenias quod tam crebro vos fallat. Nihil est tamen cui tam cupidè credatis, tam subdola & tam blanda est, ita se dulciter ac latenter insinuat, sic inuita diuellitur. **D O L O R.** Vadimonio me addixi. **R A.** Credo oblitus illud Thaletis Milesij celebre documentum: vadimonio adesse noxam. Et quid de hoc ille vir sapiens dixerit, quod memorasse non inutile crediderim, quodque in Latinum versum ab Ausonio, ad hunc modum sonat sponde inquit, noxa præsto tibi est. Per mille possem currere exempla, ut probem pedes vadésque poenitudinis reos, sed nolo nominatim quæquam dicere. Sibi quisque verum dicat & secum putet, spondere quantis damno fuerit & malo. **D O.** Memetipsum sponse obligans erravi. **R A.** Error hic purgatorio igne post obitum non egebit, ubi admissus est purgabitur. De illorum enim genere est, quæ suum supplicium secum ferunt. **D O L O R.** Promissione me obstrinxi. **R A T.** Solutione te libera, & quem lingua vinculis innexuit, manus soluat,



uat, proderit vinctum fuisse, cum euaseris,
laqueos semper horrebis.

De amissione temporis. Dialog. xv.

DOLOR.

Temporis amissionem fleo. **R A T.** Esset
hæc eo iustior quàm superior querela,
quo leuior est pecuniæ iactura quàm tempo-
ris, quòd nec necessaria ad bene viuendum
est pecunia & amissa restaurari potest, tem-
pus & necessariũ & prorsus irreparabile est,
nisi quia nolenti pecunia, volenti autem tem-
pus eripitur, quanuis illud fatear grauiora
damna esse quæ culpa patientis exaggerat:
iustam tamen querelæ causam nego, vbi qui
patitur, volens patitur. **D O L.** Nolens ego tem-
pus amitto. **R A T.** Quis nolentem cogit nisi
cupiditas occupationum mater? Solum hoc
vnum vitium, ait Comicus, affert senectus
hominibus: attētiore sumus ad rem omnes
quàm sat est. Senes hic quidem notat. Omnes
verò iam senes in hac attentione facti sunt.
Omnem ætatem, omnem statum, omnem se-
xum inuasit auaricia, hæc tempus miseris &
respectum vitæ brevis hominibus eripit. In
hanc vnā rem solliciti, æuum omne consu-
mitis, vestri & vestrarum penè iam inme-
mores voluptatum, quæ pestis si nolentes in-

uaderet, posset & nolenti tempus eripi, & iusta esset super preciosissimæ rei amissione querimonia. **DO.** Non mihi cupiditas tempus extorquet, sed necessitas. **R A T.** Quænam quæso necessitas ista est, quæ tibi præcipiat quod vnum ex omnibus tuum est? Ita dico diuitias, honores, potentiam, clientelas, imperia, & quæ sunt huiusmodi suo iure dat atque eripit fortuna, tempus inuito non eripitur, sed ipsum per se sensim defluit, non utenti paulatimque consumitur. Nec antè perperditis quàm consumptum est, tum querelæ sonant seræ & inutiles, fletur temporis amissio, sed filetur culpa. **DO.** Me necessitas sola cogit tempus amittere. **R A T.** Quæro iterum, quænam hæc tam violēta necessitas, nisi fortè dominorum negotiis implicitus tua negligis, quasi verò non adhæc te sola cupiditas & inexplēbilis lucri spes impellat? Pone cupiditates proprias, dominorum cupiditatibus non parebis. Sed hoc virus immedicabile venis infusum, & pererrans viscera, sensum hebetat, & non solum tempus, sed libertatem vitamque ipsam non sentientibus eripit. Quod si fortè nec tuis, nec alienis cupiditatibus, sed curis honestioribus tuæ reipublicæ tempus impenditur, non hæc temporis amissio, sed laudabilis est impensæ, rem charam rei omnium charissimæ quæ in terris sunt,

sunt, largitus, & viri boni & ciuis egregij
 functus officio es, quanuis non ignorem ho-
 mines, quicquid præter avaritiæ studium
 agitur, vulgo tempus perditum vocare,
 cum id demum maximè verèque sit perdi-
 tum quod illi studio tribuitur, & quid scimus
 an tu quoque populariter perditum tempus
 voces? Quod si crederem, ommissa incurabi-
 lius morbi cura, non iam tēpus sed teipsum
 malè perditum faterer. Nam si tempus quod
 maluerim, Deo tuo, non dicam donas, sed
 restituis, quod sine vera non geritur piete-
 te, ingens atque inextimabile lucrum sci-
 to. Pro paruo enim temporis impendio,
 æternitatem quæris, quis vnquam merca-
 tor permutatione tam prospera vsus est?
 D. O. L. Prorsus alia mihi perdendi temporis
 causa est. R. A. T. I. O. Non intelligo, quam tu
 mihi causam dicas, nam si propter iram, pro-
 pter mœsticiam, propter amorem seu aliam
 animi passionem cogi credis, falleris. Om-
 nium eadem est ratio, quam avaritiæ dixi-
 mus, omnes voluntariæ, nulla est violenta.
 Quod & sano patet intellectui, & à Ci-
 cerone multis in locis disputatum & cre-
 berrime repetitum est. Si nil horum est
 in causa, quid aliud est quam torpor & igna-
 via? Sic ad id reuertimur quod ait Seneca,
 turpissima est iactura quæ per negligentiam

venit DOLOR. Ut amittam tempus, mæsta
 necessitas me cogit. RAT. Nôdum capio quid
 rei sit: nam si te hostis in vinculis habeat, si
 mors instet, possunt, fateor, actus bonos im-
 pedire, sed non pios sanctôsq; cogitatus,
 qui maximè in eo statu eminent atque efful-
 gent. Quibus enim curis tempus certè non
 perditur, nec scio an alibi vsquam minus:
 quæ profectò & in dolum Reguli, & in tau-
 rum Phalaridis introire possunt, & in crucem
 Theodori Cyrenensis ascendere. Sic quo-
 cunque te verteris, in te vnum amissi tempo-
 ris culpa reflectitur. At vos ex more naturam
 accusantes, quæ volubile tempus fecit, cum
 hîc non esset æternitas: in omnibus vos mer-
 ipsos absoluitis, cum rei omniû soli sitis. Om-
 ne enim ferè tempus perditis, immo proiici-
 tis, & quasi rem vilem abiectamque contem-
 nitis, quod vtinam in virtute saltè aut glo-
 ria poneretis, non in summa semper infamia
 inextinguibiliq; dedecore, quanquã verè, quic-
 quid non in eos vsus vertitur in quos datum
 est, perditum dici possit. Ad hoc sanè nasci
 hominem, ad hoc ei tempus dari constat, ut
 creatorem suum colat, amet, cogitet, quic-
 quid hinc excidit, perditur haud dubiè. Vi-
 dete igitur quantum perdit tempus, quan-
 tumque non perdit.

De

De aduerso ludo Taxillorum. Dialog. XVI.

DOLOR.

T Axillorum in ludo peridi. **R A T.** Nonne tibi dixeram dum vinceret, fœnus id esse non lucrum? **D O.** Ludo exhaustus sum. **R A T.** Hic est ludo illi mos, qui medicis per exiguo ingesto plurimum exhaustire: crede autem mihi nunc potius gaudendum quàm dum falso gaudio exultabas. Melior est acris castigatio quàm blanda fallacia. Illud te lucellum ad ludi voraginem vocabat, hoc te damnum inde retrahet. Satius est turpi freno rectum iter agere, quàm habenis aureis præceps in deuium agi. **D O L.** Amisi in ludo taxillorum. **R A T.** Vicisti in ludo morum, si quid egeris profundius attendisti: alioquin morbo insanabili frustra remedia cogerentur, si ab hoc baratro nec te damnum reuocat nec pudor, vbi rebus nil proficitur, nec quicquam verbis aggrediare.

De sponsa alteri adiudicata. Dialogus XVII.

DOLOR.

S Ponsam mihi sententia iudicialis eripuit. **R A T I O.** Ast aliis fraus, aliis vis aperta. **D O.** Iudiciali sententia sponsam amisi. **R A T.** Quidam dolis, ferro alij, quidam, quod fœdissimum genus, auro ipsas coniuges amittere. Nihil proprium est homini, hinc furta &

I S inf

insidiar, hinc rapinar, hinc preces, hinc precia, hinc vltima rerum mors. Per hanc rotam temporalium bonorum dominia voluntur, quodque est vnus fit alterius, mox ad alios transiturum: quod si in rebus vtilibus ferendum, in damnosis ac grauibz plaudendum est. Quid miri autem volui humana? Homo ipse voluitur & non stat, sed vt scriptum est, quasi flos egreditur & conteritur & fugit vclut vmbra & nunquam in eodem statu permuetu sponsam quereris amisisse, qui fugiendo & in horas decrescendo assidue te amittis. D O. Sponsam in iudicio amisi. R A T. In campo alij: tutius est iure congregi quam bello, legibus decertare quam gladiis. Legisti apud Virgilium, inter illos Lauiniaz competitores quanta lis, & quis belli finis. Victorem sponsa sequitur, victum mors, tibi sponsa perdita, salua est vita. D O L O R. Iudex me priauit sponsa. R A T I O. Adulter aut raptor forsitan te priuasset. Leuius est sponsam amisisse quam coniugem. In illa enim spes perditur, in hac res. Minor est autem sperata quam possessa rei, siue vt aliter idem, leuior spei iactura quam rei. D O L. Amisi sponsam in iudicio. R A T. Non amisisti, sed tuam non esse didicisti. D O L. Amisi sponsam, R A T I O. Qui amittit coniugem, multipli ægritudine liberatur, at qui sponsam, præ

præſeruat, utrumque bonum, ſed ſecundum melius. Quid ni autem ſit melius, nullum pati vulnus quàm inſiſto vulnere remedium inueniſſe? Sed vos animorum impulſu, ut Satyricus ait, & magna cæcâque cupidine ducti coniugium optatis, quod adepti perpetuis tædiis & immortalibus agitetis querimoniis, & tum facti pœniteat, cùm non factum eſſe non poteſt, cùmque inefficax pœnitentia & inanis eſt. D O L O R. Sponſam & ſpem prolis amiſi. R A T. Noli lamenta miſcere. Illa enim pars eſt altera præcipitis mortalium voti. Sic enim ait, coniugium optatis, partumque vxoris. At non ſemper placitura, ſed profutura dant ſuperi. Tenes apud Apuleium Madaurenſem, ut latronum lapſa in manus miſella illa virguncula, vnam triuij in partem vbi periculi plurimum loro ſelectit eum cui inſederat aſellum, ille in aduerſum nititur, qua ſecurum iter erat, & incautam puellam in ſua damna tendentem tacitus arguit. Quibus ita luctatibus, latrones quos euafiſſe videbantur, interueniunt, à quibus in captiuitatis miſerias virgo in ſuam perniciem ſtudioſa retrahitur, haud abſimilis inter diuinam prouidentiam & humanam ſtulticiam de itinere vitæ huius eſt quæſtio. Illa futuri præſcia eò vos agit, vbi dulcia & ſecura

secura sunt omnia, hæc obuititur cæca quidem & miseris suis fauens, inter moras sæpe quæ vitari poterant obsequendo & credendo inopina vos mala corripunt. DOLOR. Succubui in iudicio & amisi sponsam. R A T. Dignus es vicisse: nam duobus de vna muliere certantibus, qui mulierem habet is perdidit, qui vicit is est victus, qui vincitur is est victor ac liber.

De vxoris amissione. Dialogus XVIIII.

DOLOR.

VXorem heu perdidit. R A T. O præposterum ingenium stupendumque hominẽ qui vxoris in funere lugeat, salter in nuptiis. DO. Vxorem perdidit. R A T. O demens: Hymeneum cane. Nũc est tempus, coronatum, vinctum vidimus dignioribus iam sertis accingere. Magno prælio vicisti & longa obsidione liberatus es. DO L. Vxorem perdidit. R A T. Sic dicis perdidit, quasi qui febrem perdidit aut scabiẽ. Interdum lucri species est perdere. DO L. Vxorem perdidit. R A T. Nunquam tibi fortassis opimiorẽ quæritum vna lux attulit: quantis compedibus elapsus es, quanto naufragio enatasti. DO L. Sed vxorem bonam perdidit. R A T. Solent id quidem omnes dicere, & qui cõtrarium sciunt: ego autẽ, & si bona vxor vel omnino mulier bona, rarũ mirũ

mirumque animal sit in terris, vitæ tamen
altercationis causa permiserim vxorem tibi
qualem dicis amissam: neque ideo responde-
bo quod olim dum hæc eadem quæstio age-
retur apud Senecam, respondi posse te aliam
bonam, vel si feceras facere, vel si inueneras
inuenire. Muto sententiâ: nolo te sæpius rem
periculosissimam retentare, quod & si semel
bene cesserit, stultè repetitur. Citius centum
sui similes mulier mala quàm vnâ bonam
reperiet. Quamobrem qui malam habuit, si-
milem timeat. At qui bonam, similem ne spe-
ret: sed vterque pariter, ille aduersitatem cu-
mulare, hic prosperitatem suam deformare
caueat. Sic in omnem casum secundo coniu-
gio abstinendum. Tu nunc ergo si vt ais bo-
nam coniugem amisisti, præterito potius gra-
tulare quàm futuri spem concipias: neque
quod puppe integra litus attigeris, crebro
nauiculam ventis credas. D O L. Cōiugij vin-
culum quo tenebar mors dissoluit. R A T. No-
li te rursus innectere, cogita quàm optabilis,
quàmque incomparabilis sit libertas: & con-
siliū Ciceronis amplectere: qui vxorem
vixatissimam & aduersus quam frustra mor-
tis auxiliū expectandum esset, dum repu-
dio dimisisset, hortantibus amicis vt aliam
duceret, non posse simul se vxori & sapientiæ
studio dare operam, respondit. D O. Vxorem
bonam

bonam perdidit. R. A. T. Quid si hoc etiam non
 iactura, sed lucrū, & magni fuga periculi est?
 ut enim sit bonā reperire, constantē ubi qua-
 remus? Notū illud summi varis: variū & mu-
 tabile semper foemina. D. Q. Vxorem bonā ac
 iuuenili ævo floridam amisi. R. A. T. Parū ne
 igitur noti foeminei mores sunt? Quā mul-
 tas pudicissimas adolescētulas, impudicas ac
 lascivas anus vidimus? Ardor nēpe libidinis
 quoriens vetulæ ossibus incubuit, quasi ignis
 in ligno arido violentius æstuat. Vel instantē
 ergo vitæ mutationē, vel ut inde periculū nō
 esset, venturæ utiq; senectutis pondus ac fa-
 stidiū declinasti. Graue iuuenibus cōiugij iu-
 gum, senibus grauissimum, durum, importa-
 bile. D. O. Amisi iuuenem vxorem. R. A. T. Seu
 proles ex cōiugio queritur, seu voluptas, quo-
 rum alterum mariti est, alterum adulteri, ad
 vtrumlibet aptior iuuentus. Siue his autē ab
 vxore perceptis, siue horum altero, eō illam
 peruenire optabas, ubi inhabilis ad vtrumque
 esset: siue ad hanc naturā inhabilem senio fie-
 ri posse habilem sperabas, quid nisi votum su-
 peruacuum, spes infusa est. D. O. Amissa dulci
 coniuge solus sum. R. A. T. Inuidiosa verō so-
 litudo est, malis caruisse comitibus. Vacuo
 nihil est mollius cubili, nihil durius occupa-
 to; animis dulces somnos & vigilias honestas
 amantibus honestūque aliquid, aliquidque
 verlan

sanctibus, nil egregiis coeptis infestius muliebri consortio. Nec me fugit quid aduersus hæc dici solëat ab his quos miseræ delectat suæ, matrimoniorum iniquiunt expertes, matrimonia condemnant, & ut est in prouerbio vulgari, vxorem verberat qui non habet, ego contrà, nullos de coniugio queri solitos audiui, nisi qui sarcinā cōiugij pertulissent. DO. Coniugem amisi optimam. R A T. Et quæ optimæ quæq; virorum amantissimæ videntur; zelo ac suspicionibus aliquāto cæteris acrius inardescunt, quo incendio conflagrare pacem domesticā est necesse. Quorsum igitur querelæ? Perdidisti vxorem, inuenisti libertatem, celibatum, pacem, somnum, requiem. Iam tranquillam sine litigio noctem ages. D O L. Sine vxore sum. R A T. Et sine aduersario iam tui rerūque dominus tuarum esse incipies. Ante lucem lectulo matutinus domo egredi, vespertinus regredi, solus aut cum quibus voles rotas dies agere, nullo rationum exactore permitteris. D O L. Vxorem perdidisti. R A T. Perdita dudum ac repudiata requies in cubiculum reuocanda erit. Illa tibi vxore quolibet vtilior comes. D O L O R. Vxorem bonam ac decoram perdidisti. R A T I O. Stulti est compedes suas quauis aureas amittere.

De

VXorem patior molestam. **RAT.** Felicius amisisses : atqui modò perditam querebare. **DO.** VXorem patior inquietam.

RAT. Primo labori venia forsàn aut miseratione, secundo non nisi odium deberur, & quem vna vxor non castigat, dignus est pluribus.

DOLOR. Infestam patior vxorem. **RAT.**

In aliis vtunque fortunam culpes, in vxore autem & præsertim altera non alium quàm te ipsum, hoc tibi malum tu fecisti. **DOLOR.**

Vxorem patior procacem. **RAT.** Vdas succende paleas, regulas frange, de reliquo tibi prouisum est : ita verò cumulate quæ te domo pellant aderunt, fumus, stillicidum atque vxor. **DO L.** Perfidam patior vxorem. **RAT.**

Iam periculo res non vacat : vxor Agamemnonem, vxor Africanum mori dedit, vt Amphiareum, vt Deiphobum, vt Sansonem filiam aliòsque quos numerare longum est.

Illi quidem prorsus innumerabiles, quos vxores nec mori cogunt, nec viuere patiuntur. **DO.** Mala mihi notissima explicas remedium quero. **RAT.** Erunt qui suadeant vt castiges,

& prauos mores ad rectum reuoces, totum te huic vni negotio impendas : ego autem quid? castigandam vxorem si castigando proficias, non nego: si id frustra est, sola restat

pati

patientia. Hanc amare, quódque inuitus faceres, volens fac. Est Varonis Satyra: Menippeam vocant, de officio mariti. Ibi de hac re illius docti viri consilium breue, sed efficeax his verbis expressum leges. Vitium vxoris aut tollendum, id est corrigendum, aut ferendum est. Et dicti ratio breuis quoque, sed elegans hæc affertur. Qui tollit vitium, inquit, vxorem commodiorem præstat, qui fert, sese meliorem facit. Quod dictum scriptores alij, sic interpretati sunt: eiusmodi vitium vxoris, si corrigi non possit, ferendum esse, quod fieri à viro salua possit honestate, quod vitia nempe flagitiis leuiora sint, eaque non aliam sententiam fuisse Varonis.

D. O. Procax & morosa est vxor. R. A. Fer mores, si immutari nequeunt, & qualiter foris viuas domi discas cum Socrate. Et si ille duas firmas perculat, alij plures, vni ne succubas sarcinas. D. O. Molestā vxorū habeo. R. A. Cui verò non possit vxor molesta contingere, nisi qui se nuptiis constanter abstinere, cum & Hadriano principi, & quo nil alius, nil mirius Augusto, Sabina illi, huic Scribonia, vtraque coniunx dura ac peruersa: moribusq; asperis digna repudio: & Cæoni Censorio tam rigidamq; iniqui viro animi, cum Paula, quadam violenta vxor ac superba contigerit, quod miseris, humiliter iam orta progenie, ne

K
quis

quis hominum speret ignobilitate vel inopia vel omnino aliter quam perpetuo coelibatu coniugij subterfugisse molestias: sed quas fuga non euaserit, patientia perferēdas sciat, nec luctando, nec calcitrando se torqueat ac iugum sponte susceptum iactabundus exasperet. DOL. Importunam proffus & indomitam fero vxorem. R A T. Bene agis, ferendum est etenim quod deponi nequit etfi premat. D O L. Molestissimam habeo vxorem. R A T. Habes vnde patientiæ laudem quæras, vnde discas requiē optare, vnde peregrinari ames, reditūque oderis vbi vocem exerceas ac bacillum.

De raptu coniugis. Dialogus XX.

D O L O R.

VXor mihi præripitur. R A T. Violentum omne molestum patienti fateor: at res ipsa si per te illam æstimes, quam quæso tantæ molestiæ causam habet? cū profectò si importuna est vxor, eius amissio magni oneris sit leuamen. D O L. Rapta est coniunx. R A. Si incommodum corporis curanti præmium debetur, quid non leuanti animi angores ac molestias debeatur? Si quis tibi medicus tertianam febrem abstulisset, & gratiam illi haberes & præciū dares, quid nunc facies continuam auferenti? R A D O L. Rapta est vxor. R A.

Ne

Nescis quid raptori debeas, cura ingens indecisumq; litigium vna cum coninge forsitan & graue periculum tuæ domus limē excesserit. Multi perierunt qui vixissent si vel raptu vel aliter coniugibus caruissent: inter vitæ mala nihil peius quàm intestina discrimina. D O. Rapta vxor abiit. R A T. Si coacta iuit, ignoscito: at si volens, vno actu duplex tibi queritur vindicta. Nam & adultera suum ad raptorem abiit, & ille tuum virus suam transtulit in domum. Qualem enim mœcho speret quæ talis fuerit marito? D O. Vxor cum raptore libens abiit. R A. Sine paululum: alteri quidem alterius fastidium non longa dies attulerit. Si ante flagitium cogitarent homines, non eousque præcipientes ad peccandum essent, nunc feridos appetitus sera damnat poenitentia. Nil nisi post factum cernitis, à tergo oculos habetis, cæca frons est. D O L. Rapta est vxor mihi. R A T. Hoc genus iniuriæ nec reges euadere potuerunt: & Syphaci Masanissa, & Philippo Herodes suam abstulit. D O L. Rapta est mihi coniunx. R A. Quod semel tibi, bis accidit Menelao.

De impudica vxore. Dialogus XXI.

D O L O R.

Impudica vxor domi est mihi. R A. Mallem rapta esset aut etiam importuna, moribus

K 2

bus

būsq̄ue asperis potius quā lasciuīs ac turpi-
bus. Ferenda tamen omnia ingenti nisu in-
gentique animo, & rerū mortalium contem-
ptore. Innumerabiles sunt hominū miserīæ
quibus omnibus vna virtus obijcitur. D b l.
Impudica mihi est vxor. R A. Pudicitia infi-
gnis imperiosas efficit matronas. Nihil me-
ruit quæ sibi nihil est conscia. Huic malo igi-
tur hoc saltē boni inest, esse iam molesta mi-
nus incipiet minusque insolens. Læsa enim
conscia forniceum premit animi tumorem,
& sæpe obsequentior in reliquis viræ est, quæ
se meminit impudicā. D o. Lasciuia est vxor.
R A. Non mirandum si formosa, non curan-
dum si deformis. D o. Vxor impudica est. R A.
Pulchra dum limen vxor subit, subire debet
animum illud Satyrici: rara est adeo concor-
dia formæ atque pudicitie: nam si turpis in-
sanat, prope gaudendum est causam adesse
diuortij. D o l. Adultera vxor est. R A. Adulter-
ium sæpe quidem æquè ardentius expetiti
coniugij, sæpe vnum alterius adulterij pœna
est, eoque iustior si multorum. Cogita an tu
vnquam alij feceris, vnde hoc tibi fieri ab
alio nunc dignum sit. Iniusta enim atque im-
pudens est querela, pati quod feceris indi-
gnantis: & ab alio expectare, alteri quod fe-
ceris, lex moralis iubet: & facere aliis, quod
tibi ab aliis fieri velis, sanè adeo dignum est,

ut illud prophani etiam cogente sententiae
 grauitate atque æquitate laudauerint. Sed
 mortalis petulantiae licentia, legum salubrium
 abrogatrix, omne fas, nefasque confundit. Ita-
 que passim adulteri occurrant, qui cum tha-
 lamos vicinorum coniugiæque fœdauerint,
 suas interim coniuges vel in publico cerni
 nolint: & si quis in illas oculum deflexit, in-
 saniant. Sic seuerus aliis, sic indulgens sibi, sic
 iniquus rerum arbiter quisque est. D O L O R.
 Coniugalîs mihi fides frangitur. R A T I O.
 Vide ne tu hanc aliis non maritis tantum,
 sed vxori tuæ fregeris. Nam sunt qui ab vxo-
 re exigunt quod non præstant. Qui lasciuia
 suam titulo vrbauitatis excusent, alienam ut
 grauißimum scelus seuerissimè punientes,
 qui cuncta sibi cum permiserint, cuncta aliis
 negent. Iniquissimi iudices: qui de pudici-
 tia iudicent impudici, impune passim agunt
 omnia, & seu soluti legibus, vaga libidine
 rapiuntur. Vxor oculum parumper inflexe-
 rit, adulterij rea sit, quasi verò domini non
 mariti ipsi quidem: illæ autem non vxores
 diuinæ atque humanæ domus sociæ, sed
 captæ ex hostibus aut emptæ precio sint an-
 cillæ, cum & si obsequij plusculum, fidei ni-
 hil, plus tuæ tibi coniunx debeat quàm tu
 sibi: par debitum, æquus amor, mutua con-
 iugij fides est. Non excuso vxores, viros ar-

K 3 guo,

guo, primamque illis culpæ partem tribuo.
 Persæpe enim vxori dux atque exemplum
 lasciuiæ vir fuit, & inde mali processit in-
 tium, vnde remedium debebatur, quauis
 autem pudor fœminæ proprius, viro certè
 prudentia atque constantia sua esse debet.
 Itaque omnis in viro quàm in muliere de-
 mentia animi leuitas, eo est fœdior, quo viro
 debita magis est grauitas. **D O L O R.** Coniu-
 gis adulterio mœstus sum. **R A T I O.** Vñtatur
 dolor, vetus iniuria, nec minus crebra. Vix
 crebrior coniugij quàm adulterij vsus est.
 Denique hoc est, quod, vt ait quidam, nec
 permitti, nec prohiberi potest, quia scilicet
 alterum honestas, libido alterum fieri verat.
 Tunc tibi ergo fœminam vnã tuam to-
 tam atque integram voluisses, quod nec fe-
 rocissimis tyrannorum, nec regum maximis
 potuit tua ætate cõtingere nec priore potue-
 rat? Mitto recetia, ne quos fortè præsentium
 offendã: tutius est Herculé ferire quàm villi-
 cum. Nec verò cuncta veterũ attingam: for-
 midatissimorũ summorũq; hominũ famæ
 parcam. Nosti autẽ, hĩsque vel in silentio ge-
 mitum tuum fræna, alioquin urbem lustra,
 scrutare viciniam, dextera leuaq; aderũt qui
 vel neglectum genium calcitatũq; thori fĩ-
 dem lugeant, vel ignari soli vulgo noti deco-
 ris rideantur. Crebriora illa quidem nun-
 quàm

quàmq; non auribus modò, sed oculis, quocunq; terrarũ perrexeris defutura. At maioribus maior inest consolatio. Reges cogita quos vidisti ac terrarũ dominos, dehinc scriptis famãque cognitos recordare. Respice & Arthuri fabulã & historias reliquorũ: in mentem redeat Olympias. Philippi, Cleopatra Ptolemæi, Agamemnonis Clytemnestra, Menelai Helena, Pasiphaë Minois, Phædra Thesei, nèue ipsam urbẽ Romam olim quodcumque dum quoddam quasi pudicitie templum esset, mali huius expertem credas. Redeat ad memoriam Metella vxor Syllæ illius, qui si eius noscet adulteria, nõ sanctorum Romæ, perque omnem Italiã vulgata, sed quæ Athenis etiam per Græciam cantabantur, minimè, ut arbitror, felicitis nomen sibi prorsus indebitum usurpasset. Post hæc Iulia Agrippæ, quam hinc à flagitio viri virtus, hinc maiestas patris absterfisse debuerat, simulque huius filia & nomine & lasciuia matri par, harumque seu vitæ seu fortunæ vestigiis hærens Iulia Seueri, non sit pudicitie faustam nomen. Quid Domitiani coniugem Domitiã? Quid Herculanillam Claudij, seu quando hic adulterarum fortunatus coniugum princeps fuit, eiusdem Messalinam summum imperij probum loquar, quæ secordem virum ac ensareum deserens cubile, noctu lupanaria

circuibat illa faciens quæ referri etiam pudor prohibet? Quid has ego, quidve alias stringam, seu quis fornicæ angustis meretricibus non angustus sit, quarum commemoratio fateor, nec honesta est, nec illa ex parte adulterij crimen leuat, quin potius grauat? Habet tamen haud spernendam consolationis efficaciam similitudo conspectæ miseriæ ac paritas ærumnarum, nõ quod alieno quicquam nisi maleuolus delectetur malo, sed quòd humilioris fortunæ hominem indignanter pati, quæ totiens mundi dominos passos nouit, vel non ferenda mollities, vel superbia videatur. Toleranda cuique sua fors. Illa requirit, quam communem paruis constat ac maximis inuidiosissimisque mortalium. Proinde non hominibus tantum pupas, sed deo etiam desponsitas, in hæc flagitia labi solitas vides, ac, prohi pudor, nec tanti sponsi reuerentia, infelicem præcipitemque animam frenat. Cui autem pareat effræctis ac rabida libido, quæ nec celo parcat nec celestem meruit vindictam? seu quibus abstineat, quæ nec deo sacris corporibus abstinendum censet? Nec verò tantum hac ætate monstra hæc tam fœda libidinum cernuntur, quamuis nulla inquam recto iudicio fœdiora esse potuerint, totq; maioris iam meritis sed suo illo quo ita prodigum scelus erat,

erat, ut nunc virtus visa equidem ac punita
 noscuntur. Virgines ipsę Vestales quarũ exa-
 ctissimę castitati tribunitiam ac censoriã po-
 testatę cessisse non puduit, quas suorum trium-
 phantium curribus insedissee, ne à quoquam
 fortę triumphus impediretur, quas postremo
 noxios casu obuios à supplicio retraxissee, le-
 gũque & capitalis sententię vim fregissee,
 sola virginitatis maiestate comperimus, qua-
 rum præterea ex diuerso nõ facinus tantũ
 turpe, sed habitus aut sermo liberior, pœna
 graui atq; infamia nõ carebat, & honoris ta-
 men & decoris immemores, & terroris in-
 cestive damnatęq; & defossę sub terrã viuę
 per historias occurrabunt. I nunc, ros exēplis
 & tam claris & tã sacris obrutus, in tanta pu-
 dicitię ruina tot probris illustriũ concussam
 paululum humilioris cubiculi fidę desce. D O.
 Vxor adultera est. R A. Id nonnullis mutandę
 in melius vitę causa fuit, qui maritali com-
 pede liberati, reiectoq; graui fasce ire altius
 cœperũt. Quid te vetat coniugis fœditatem
 primum quoque tibi gradum, facere ad vitę
 liberioris ascensum? Sæpe & pondus, sæpe &
 comes pedes expeditissimos retardauit. Ibis
 ocius quocunque decreueris solus ac va-
 cuus. D O L O R. Turpitudine vxoris infamor.
 R A T. Ex alieno peccato damnum dolorque
 nasci potest, non infamia, sicut ex aliena vir-

tute gaudium, non gloria: tua te virtus aut vitium gloriosum efficiet aut infamem. D O. Coniugis vxor infamia. R A T I O. Vel file, vel fuge, vel vlciscere. Medium fecit ille vir sanctus nactus de simplicitate cognomen, & profecto primum molle nimis, tertium prædurum, medium honesti humaniq; consilij videatur, his præsertim quorum media itidem est fortuna. Nam superbis potentibus frustra lex ponitur. Voluntas, libido, ira, impetus, hæ potentis insolentiæ leges sunt. Omne vulnus ferro rescindendum putant: multa sunt autem quæ non ferro egeant, sed fomentis. D O L O R. Impudica est vxor. R A T I O. Si pati eligis, ætas fortassis illam franget, & labor, & filij, & morbi, & rei familiaris angustia: quibusdam frænum vtile pudor fuit. D O L O R. Vxor infamis abiit. R A T I O. Opta ne redeat, ne abierit serum votum. D O L O R. Vxor adulterum est secuta. R A T I O. Malles ne tuum in cubiculum adulterum induxisset? Hic saltem pudor impudicæ fuit turpem vitam procul agere, pepercit oculis erubuitque præsentiam tuam. Impudicitiam potes accusare, non fugam. D O L. Fœda vxor abiit. R A T I O. Si de hoc doles, dignus & vt manserit, dignus vt redeat.

De

DOLOR.

Sterilis vxor est mihi. **R. A.** Vnum cōiugal-
 lis incommodi remedium sterilitas obse-
 quiosas facit atque humiles. Quæ plurimos
 parit, iam non vxorem se credit esse, sed do-
 minam, sterilis autē flet & tacet. An nō Hel-
 canæ meministi? **D. O.** Vxor mihi sterilis obti-
 git. **R. A.** Modò de coniugis impudicitia que-
 rebaris, nūc de sterilitate conquereris. Atqui
 si ea querimonia iusta fuit, hæc iniusta est.
 Expedit impudico viro vt sterilis vxor sit, nō
 pascet filios alienos, quod est in omni vxoris
 iniuria ac fœditate durissimū, si miserū, vxor
 adultera, miserrimum & fœcunda. **D. O.** Vxor
 est sterilis. **R. A.** Quid ergo, tu puerperam eiu-
 lantem audire & nutrices ligantes & vagien-
 tes infantulos maluisses? Sterilitas omnia tæ-
 dia hæc submotit. **DOLOR.** Sterilis vxor est.
RATIO. Vide, ne quod multi faciunt, vitium
 tuum alteri obiicias. Multæ vni viro nuptæ
 visæ steriles, nuptæ post aliis peperere. **D. O.**
DOLOR. Sterilis est vxor. **RATIO.** Quid scis
 qualem tibi filium pareret si fœcunda esset?
 Quarundam partus fœcunditatem odiosam,
 & sterilitatem fecit optabilem. Non tulis-
 set imperium Romanum portenta illa fera-
 lia, Caium, Caligulam, Neronem, Commo-
 dum, Bassianum, si Germanicus, si Domi-
 tius,

tius, si Marcus Antonius, si Septimius, Seuerus aut nullas uxores, aut steriles habuissent.

De filia impudica. Dialig. XXIII.

DOLOR.

Delicata nimis est filia. R. A. Duas se habere filias delicatas, sed ferēdas tamen, rempublicam scilicet & Iuliam dicere solitus fertur Augustus Cæsar. Iuliæq; animum lætum quidem vsq; ad speciem procacitatis sed reatu liberum. In utraque tamen ita sentiens princeps sapientissimus fallebatur: nam & respublica iam pridē ab illa sua prisca virtute fornicari cœperat, & filia non tam delicata quàm probris solum patrem latentibus deformata erat, quæ tandem serò licet eripere: secundum tamen hanc sententiam delicata potest esse filia, sed pudica. Quod, ut permiserim, negari illud certè non potest: pronum & breuē iter ad impudicitiam esse delitias. D O L O R. Filia lasciuire incipit. R. A. Occurre principiis, dura ferro, tenera digitis conuelluntur. Qui sibi vel alteri habitū querit, à teneris annis incipiat. Facile & tractantur mollia & flectuntur. D O L O R. Lasciuire incipit filia. R. A. T. Lautas dapes & vestes illi molles ac fulgidas, annulosque & armillas detrahe, & quicquid est aliud quo & ipsa sibi placeat & placere aliis studeat. Obiice illi
dome

domesticas curas, pensa, acus & colos, & si quid est operis quod suaves ac molles manus in callum durent. Seduc eam à spectaculis, à concursu populi. Festis etiam diebus illam domi contine: nullum vagis ac dyfcolis cogitibus tempus linque. Occupatio & labor & incultior habitus & victus asperior & secessus, inque vnum aliquid iugis intentio: ad hæc testis charus ac verendus, frequens admonitio, dulces minæ, & si quādo res exigat, asperæ: hæc sunt castitatis aduersus impudicitiam seræ ac vestes, qui & insultantes ocioso animo passiones arceant & ingressas eiiciant. D O. Filia impudica est. R A T. Ecclesiasticum consilium: super filiam luxuriosam confirma custodiam, ne quando faciat te in opprobriū venire. Etsi autem nihil penè tristius pati possis, modò tamen paterni officij nihil omiseris, est vnde mæstum te soleris. Tuus enim potest esse dolor, sed non pudor quidem nec crimen: nam præcipitem in libidines animum frænare difficile est valde, & nisi deus ipse manum adhibeat, impossibile homini. Tantus est enim imperus tamq; effrægis, vt contra eum frustra sæpenumero parentes, frustra & fratres, frustra etiam ipse vir laboret. Neque id mirum cum sit scriptum: aliter non possum esse continens nisi deus det. Neve hinc pudicitia extulatio vlla sit,

fit, dat hoc deus pia fide poscentibus, quódq; in se est annitentibus, ac scientibus cuius sit hoc donum, ritéq; & ipsum æstimantibus & auctorem. D O L. Filia adultera est. R A. Si nupta, habes participem generum doloris : habes & ipsum Cæsarem Augustum & iniuriæ comitem & vltionis exemplum.

De aduentitio dedecore. Dialog. XXIIII.

D O L O R.

A Lieno crimine infamior. R A T. Dicebam modò, & sic est: alieni te criminis dolor attingere potest, nõ infamia. Verùm loquor. Falsa enim vt sit dura, durabilis non erit, & infamiam & gloriam vt longæua sit, tuo tu quidem ex agello animi propria vitem falce messueris. D O L O R. Alieno crimine moestus sum. R A. Credo hercle. Esto autem tua lætus innocentia, nisi magis alieno tangeris quàm tuo, non vt patrimonij hæreditas, sic & famæ est, & si esset repudiari posset. Onerosam & infamem hæreditatem adire nemo cogitur. Nunc vt dixi, nominum successio nulla est. Nulli agnationum aut cognationum gradus hac in re, seu tu clarum tibi, seu tu fuscū nomen optaueris, à te illud non ab alio petendū erit, tuis opus est meritis. Est quando quidē alienis nec fardari potes nec ornari. Quid tabellionem aspicias, quid restantem, quid
amas

amantissimo clarissimoque seni tuo fidis, seu quid horres obscurum, nec verum decus inde, nec dedecus? Nō legatur fama sed quaeritur. D O. Meorum grauior infamia. R A. Immo tua te premit opinio, humanæ miseriæ radix ingens. Pone illam, falso fasce leuaberis. D O. Meorum criminibus infamior. R A T. Nego id quidem fieri posse, sed ut fatear, præstat tamē alienis te flagitiis infamem esse quā alios tuis. Multo est enim grauius peccati pōdus quā infamia, vbi peccatum, illic miseria vera est. Cōtrā autem, falsa infamia veræ miseriæ nihil habet, falsa gloria, plebeios licet animos illa pungat, hæc mulceat. D O L O R. Meorum infamia non tangi nequeo. R A T I O. Tangi pium, sterni miserum. Proinde dum reliquæ spei sunt, summo studio tuorum famæ atque inde susceptæ perturbationis tuæ consulæ. Si spes omnis abierit, illis omissis solitudinem atque angores deponendos censeo: nam & incassum niti & tristicæ materiam aucupari, par dementia est. D O L O R. Seruilibus probris notor. R A T I O. Meritam patientiæ poenam luis, cum diluere notam possis, scelerum pulsus auctoribus. D O. At meorum qui tam facile pelli nequeunt vror probris. R A T I O. Quorum quæso? Iam parentum castigatio, filiis nullo iure permissa est. Inde tibi igitur nihil infamiæ, quin
potius

potius recto iudicio quasi quidam fulgor ex tenebris nasci potest : nam cum virtutis proprium difficultas sit, multo difficilius est obscuris quàm claris ducibus rectum iter tenuisse. Sin vxoris, quid hic verò te agere oporteat. & quorū pro remedio meminisse, paulò suprā monui. Si natorū, respice qui viri quos filios habuere. Fabius Maximus ac Scipio Africanus & Pompeius magnus : (non enim imperij atque opum, sed ætatis & gloriæ sequor ordinem,) quem aut Vespasianus ultimum, aut Aurelius Antoninus vnicum, aut Severus primum : quos in genere alio Hortensius ac Cicero : quam postremo filium Augustus Cæsar, aut quem filium Germanicus, magna de luce magnas tenebras videbis, & intelliges hoc prolis infortunium, nescio quidem unde, sed in maximam quamq; familiam suo iure familiaris scandere, & cuique suas vomitas domi esse vel ignotas vicinæ vel neglectas. Nec fratrum nepotumque detrahit exempla. Illa postui quorum propior & gravior videri pudor solet. Omnium una est regula. Alterius quisquis ille sit, maculas invito alteri nec affigi posse nec hære.

De infamia. Dialog. x & v.

DOLOR.

MEa premor infamia. R. A. Pissui tuæ conscientia premebitis. DOLOR. Infamia

mia premor graui. R A T I O. Si iusta, non infamiam, sed infamiae causam defle. Sin iniusta, errores hominum alto animo proculcās, tua te conscientia solare. D O L. Graui infamia laboro. R A T I O. Ventoso fasce suspiras, sic suapte natura leuem sarcinam ferētis imbecillitas grauem facit. D O L. Grauis, in meum nomen surgit infamia. R A T. Refert quibus orta radicibus, si veri, viuet, augebitur, alioquin mox arescet ac defluet. D O L O R. Magna mihi infamia conflata est. R A. Bene ais. Flatus est enim fama: saepe etiam impuri oris qui vos adeo quatit ac territat. Atqui magna infamia, magnae famae principiū multis fuit. Puduit vulgus, & vt iure suo errori adderet errorem, rebusque modum cunctis excluderet, modicam infamiam immodicis laudibus tandem vicit. D O. Multa vndiq; pulsor infamia. R A T. Circumstantibus ventis in portum redi, & ab aurium procellis in cubiculū cordis ingredi, cui si tranquillitas sua est, habes vbi iurgiorum fessus requiescas, & vt dici solet, in sinu gaudeas. D O L. Fusca fama, conscientia clara sum. R A T. Tu ne igitur fama esse clarissima, conscientia turpi cuperes atq; obscura? Ita ne penitus verum est illud Flacci falsus honor iuuat, & mendax infamia terret? O rem vanam, vera quidem & iuuare possunt & terrere, umbras metuere non est

L viri.

viri. D O L. Infamiz sarcina ingens est. R A T.
 Si flagitio collecta, grauis fateor, si casu, fa-
 cilis, si honesti studio, gloriosa. Siquidem bo-
 nis artibus quæ sita infamia laus est. Insultæe
 fatui, tu exulta lucro nobili, virtutem nempe
 rarissimam mercem, magno licet & quo nul-
 lum maius famæ precio comparasti. Is vir-
 tutis cultor verus est qui in illa nihil penitus
 præter illam cogitat. Sed cum reliquorū cla-
 rus, tū clarissimus est contemptus famæ vir-
 tutis studio susceptus, cum profectò fama vi-
 ris fortibus, non auro tantum, sed vita etiam
 fit charior. Qui amore virtutis hanc spreue-
 rit, is spreturus omnia credi debet, quod præ-
 clarum, sed perrarum scito, quandoquidem
 magna pars eorum qui videri volunt virtuti
 operam dare, fama eius apprehensa, sic con-
 festim in actione lentescant, ut intelligi de-
 tur vnum hoc illos quod apprehenderint in-
 tendisse. D O L. Multi grauitè me infamant.
 R A T. Plures olim Fabium, & grauius plures
 etiam Africanum, quæ res illis eximiam in
 gloriam versa est. Communem cum talibus
 sortem quæri de sine, paucissimis accidit, om-
 ni semper infamia caruisse. Delicatissima res
 est fama hominis, & quæ sæpe rubiginem le-
 uibus contrahit ex causis. Et ad summam, ut
 nil clarius fama est, sic nil obscurari pronius,
 atque peregrinarum, ut sic dixerim, capa-
 cius

citus impressionum. DOLOR. Graui vror infamia. R A T. Pestis hæc verendis maximè infesta nominibus, viris quoque sanctissimis non pepercit, quorum princeps omnis expers culpæ, & ipse tamen ab impiis infamatus ostendit mali huius immunitatem, quæ nec deo obtigisset, hominibus non sperandam. DOL. Dura atteror infamia. R A T. Virtutem invidia non tentari vix possibile dixerim, sufficiat non conuelli, siue gloriam cum obtrectatione collidi, si pura, si solida est, splendescet attritu. DOLOR. Acri vexor infamia. R A T I O. Vulgaris aura cæcis ignorantie pulsa turbinibus summa rerum cacumina verberat, sed non quatit, vel si quatit non euertit. Excellentie tibi cuiuspiam signum sit, in vulgi linguas quasi scopulos incidisse. Humilia enim & circa terram depressa nomina, nec præclaræ laudis lumen excipiunt, nec magnæ infamie tempestatē: sæpe quod spernitur & quiescit. D O L O R. Malè de me vulgus loquitur. R A T I O. Bene quòd in linguas, non in calamos incurristi: vehemens sermo vulgi est at, minimè diuturnus: leuibz aut falsis orta causis breuia sint oportet, tacebunt cum multa latrauerint. Fatigari citius solent qui cæpere feruentius. DOLOR. Vulgi linguis exagitor. R A T I O. Quid si oratoris aut poëtæ insignis in stilum im-

L 2 pegis

pegisses? ut multi olim quos infames post e-
 ritati traditos inimici eloquentia videntur,
 ut sicut nobile mihi suspirium Alexandri re-
 gis, Homerum Æacidae invidentis, sic merus
 nobilis Alexandri principis videtur litera-
 tos disertosque viros ne quid de se asperum
 scriberent, formidantis, quanquam nec lite-
 ratas obrectatoribus succumbendum, sed
 vel pati stilo refellenda calumnia: quod Tul-
 lius Crispo, quod Demosthenes Æschini,
 quod innumerabilibus fecit Cato, vel insigni
 fiducia & omne theatrum superante animi
 testimonio resistendum esset, dicendumque
 quod Caluo Vatinius petorante: uo quia ipse
 disertus, idcirco ego damnatus sum: at nunc
 periculi nihil est, siquidem vulgus ut multum
 strepat, quando ramen id faciet, cito vel vo-
 lens vel coactum desinet. Veniet dies quæ
 strepidulis his cicadis, loquacibusque silen-
 tium pacis penat. D O L. Malam famam apud
 vulgus habeo. R A T. Ut apud ipsam, utq;
 apud bonos bonam ac perpetuam veramque
 habeas, enitere. Nempe ista quam queris,
 evanesceat. Inane genus ac trepidum morta-
 les, quid ad vos vel adulatium vel detrahen-
 tium breue istud & obscurum inermat? Ve-
 nient qui liberius iudicet atq; æquus? Et qui
 sunt, inquires, hi iudices? Nolle illos non po-
 testis, sed ab illis nosci. Illos dico qui possunt vos
 nasci

nascentur, quos nec vestri odium nec liquor,
sed nec amor nec spes torserit aut metus. Si
vestrarum æstimationem rerum ac senten-
tiam incorruptam vultis, hos iudices expe-
ctare. Brevi est mora: properant, ecce mōxq;
aderunt. D O L O R. Infamiam factis egregiis
& virtute contraxi. R A T. Est vbi amor dam-
ni alitur, crescitque laboribus, inque amaro,
dictum mixum, & maligno solo radices agit al-
tius, vnde fit vt factionum amantissimos sæ-
pe illos videas, qui multa & graua pro fa-
ctionibus passi sunt: nota quidem & nimium
trita res vestris in vrbibus. Proinde nemo vel
iustitiæ vel veritatis amantior, quàm qui pro
hac flagellis sese obtulit ac morti. Et tu igitur
virtutem ama, magisq; ac magis illā co-
le, pro qua famam, rem pulcherrimam arque
charissimam amisisti, pro qua non leue sup-
plicium fers infamiam, perdisq; & spretis
omnibus, eam ipsam quā tibi nemo vnquam
eripiet, virtutem solam solus amplectere, at-
que illi dicere: hæc quidem ô regina pro te
valens patior, tu me in integrum restitues,
aut certe vna mihi pro omnibus satis es: tu
me sola sinu pio resoue, sic nō famæ tantum,
sed vitæ quoq; damna non sentiam. D O L O R.
Vulgo passim in trivis laceror. R A T. Boni
consule. Notum te vulgus faciet, clarum vir-
tus, conscientia securum.

De quaesito ex indignis laudibus pudore.

Dialogus XXVI.

DOLOR.

LAudasse arguor indignum. RA. Malum quidē quod est bona sæpe oritur radice. Boni enim & innocui quales ipsi sunt, tales alios opinantur. Hinc ad laudandum æquo etiam proniores sunt: & quanvis indignum laudare malum fatear, vituperare tamen immeritum, multo est peius. DOLOR. Laudavi indignum. RAT. Si id sciens, reprehensibilis: at si ignorans, excusabilis. Minus est malum falli quàm fallere: falli enim alienum, fallere autem proprium fallentis est crimen. DOLOR. Aliena laus in meam vergit infamiam. RAT. Immo quidem tua, vel culpa, vel ignorantia. Ex alieno enim ut laus, sic infamia nulla est. DOLOR. Laudasse indignum valde doleo. RAT. Vide ergo ne id ipsum sæpe doleas. Caue ne temere ad laudandum vituperandumq; pro-
siliās. Est enim utriusque rei libido, & ut dicā propriē, morbus ac pruritus quidam linguæ mobilis & quietis insciæ: cuius frænū ac custodia inter opera perfectionis eximie numerantur, dicente scriptura: si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Quia in re nimis sæpe fallimini. Et heu nimis illud eiusdem Apostoli verum fit, quod linguam nullus hominum domare potest, inquietum ma-
lum.

lum. Ad mentiendum ergo quotidie vos illa
 præcipitat, quos hinc suus vrget impetus, in-
 de falsa rerum species trahit. Sunt enim qui
 aspectu vel eloquio vitia morum tegunt:
 quod de Alcibiade accepimus, de multis vi-
 dimus. Sunt qui virtutes velo occultant con-
 trario, seu id natura vultus scilicet aut sermo-
 nis austeritate insita, seu etiam arte quadam
 studioque aduersus id quod vulgo concupis-
 citur adhibito. Nam vt multi qui se bo-
 nos, sic aliqui qui se malos fingerent sunt re-
 perti, quo vel humani faudris pestilentem
 auram vel inuisam honorum temporalium
 sarcinam declinarent: quod de Ambrosio
 lectum est. Accedit amor atque odium, ac-
 cedit ira & inuidia, spes & metus, affectus-
 que animi varij & occulti, hisque ipsis inter-
 dum quorum sunt incogniti: semper autem
 iudicij veri hostes. Accedit quod viuētis laus
 diuino eloquio propter vitæ mortalis incon-
 stantiam prohibetur, quanto igitur magis vi-
 tuperatio? Deinceps itaq; ad laudandū tar-
 dus, ad vituperandum tardior veni, cum vter-
 que enim, vt dixi, malus error sit, peior est vl-
 timus. DO. Laudādo immeritum erravi. R. A. T.
 Errando discitur, & sæpe error vnus multis
 obstat erroribus, dūmq; errasse semel pudet,
 ne similis iterum error obrepāt, occurritur.
 Laudasti incantē, linguam frena: hoc boni

saltem illi insit malo. DO. Indignum laudasse
pudet ac poenitet. R A T. Pudor & poenitentia
& dolor scilicet sunt & gradus quidam ad re-
sipiscentiam & salutem. Pauci sunt qui ad re-
ctum iter nisi per devia multa cespitando
perueniant, multosque ideo voluptatis ser-
uos in iuuentute vidimus, qui virtutis amici
in senio euaserunt.

De amicis infidelibus. Dialog. XXVII.

DOLOR.

DE amicis queror. R A T. Quid hic hosti-
bus faciat qui de amicis querimoniam
instituit? D O L O R. Amicos exterior infide-
les. R A T. Impossibilem rem narras. Ne for-
se autem amicos credideris qui non erant,
nempe id non modò possibile, sed commu-
ne est. D O L O R. Infideles sunt amici. R A T.
His querelis plenus est orbis terrarum : verum
amicitia infidelitasque non coeunt. Qui infi-
delis esse incipit, definit esse amicus, seu,
quod potius crediderim, nunquam fuit.
Cumque omnis virtus immortalis sit, omnis
fictio autem brevis, non fides est sublata, sed fi-
ctio. DO. Infidos exterior amicos. R A T. Ami-
ci falso habiti, si nunc primum infidelis ani-
mi latebras pandunt, erroris tui finem latus
aspice, & caueto interim ne morbi contagia
in te serpent : sed quicumque illi fuerint, tu
ami

amicitiæ fidem serua, & si non propter im-
 meritos, at propter te meritum aliena peste
 non infici, quod libentius facies, si quantum
 tibi displiceat illorum perfidia, ipse tecum
 acriter excusseris. Sæpe vitij odium, calcar
 ad virtutem fuit. D O L O R. Immeritus amico-
 rum odia contraxi. R A T I O. Odiosi ciues,
 odiosi socij, odiosi cognati, odiosi coniuges,
 odiosi fratres, odiosus demum patri filius &
 filio pater. Et ad summam, nulla necessitudo
 est quæ non odiis esse possit infecta. Sola qui-
 dem amicitia sincera mali huius ignara est.
 Intérque hanc & reliquas hoc interesse diffi-
 niunt, quòd illæ omnes adiuncto odio du-
 rant noménque suum retinent huic viui non
 modò si odium accesserit, sed si amor absce-
 serit amicitia iam non est, neque verò magis
 odiosus amicus esse potest quam amor etiã
 odiosus. D O. Perfidos patior amicos. R A T.
 Si quid spei reliquum perfer, dum in fidem
 redeant, & ardentè ama. Multi enim tepido
 amore amicitias extinxerunt, aut parum fi-
 dendo perfidiam docuere. Si nec ita proficis,
 spēsque omnis interiit, vt re confilio Cato-
 nis, qui amicitias quæ non placēt, sensim dis-
 suendas censuit, non subito discindendas ne
 geminum graue damnum simulque & amici
 perdiri videantur & quæ sit hostes, nisi fortè
 acrior casus ac moræ impatiens maturo con-

L § filio

filio vti vetet, qui si incidat, inter ærumnas amicitiarum ultimas numerandus erit, ferendus tamen alto animo, ut reliqua, cedendumque necessitati & parendum tempori: sed hic casus veræ vix amicitiz tunc notus est.

De ingratis. Dialogus XXVIII.

DOLOR.

MULTOS experior ingratos, graue vitium. **M**RAT. Ingratitudinem vituperare superuacuum: omnium nempe mortalium hæc sermo condemnat. Non est laborandum ut suadeas, quod omnib⁹ persuasum est & inextirpabiliter insitum. Est qui summum, est qui solum in virtute bonum locet, est qui neutrum, sed in voluptate virtutis hoste ponat omnia. Sunt qui castitatem pulcherrimum ornamentum vitæ dicant. Sunt qui hanc ipsam in se spernant; in aliis verò vel ridiculam, vel difficilem certè longèque laboriosam putant: quod Augustinus tantus vir futurus in se sensit ubi Ambrosij cælibatum laboriosum sibi visum ait, qui aliis non laboriosus modò, sed damnable vitæ status visus erat. Vnde illud Platonis: qui cum cælibem castamque vitam diu tenuisset, ad extremum sacrificasse legitur naturæ ut sibi illam placaret, quam sic viuendo violasse & in quâ grauiter peccasse videretur. Mirum id tam docto homini videri potuisse
sed

sed visum esse non est dubium. Erunt quoque qui fortitudinem eminentissimam clarissimamque virtutem ducant: vulnera aduersis excepisse pectoribus, campum rutilo sanguine cruentasse, intrepidisque demum animis mortem oppetiisse. Erunt qui hæc omnia summæ tribuant insanix, & nil melius securo atque imbelli ducant ocio. Venient denique qui iusticiam gubernatricem, rerum humanarum & virtutum matrem censeant, qui religionem iter ad æternam vitam credant & ad cælum scalam. Venient contra qui iusticiam ignauix, religionem amentix ac superstitioni ascribant: hi sunt de quibus scriptum est, quoduis habent in viribus, qui omnia virorum fortium esse confirmet. Neque solum ex hoc genere violentorum hominum raptorumque, sed ex ipsa doctorum acie, quantos oppugnatores habeat iustitia, facile est in libris reipublicæ Ciceronis advertere. Sunt qui fidem & promissorum obseruantiam magnis & meritis laudibus efferant. Sunt qui fidem frangere non fallere dicant esse, sed plus scire & esse ingenij melioris. Quæ licet vulgo multorum hodie sit opinio & multorum vox, apud Lactantium nominatim Mercurio tribuitur dicenti, sicut ille ait: non fraudis esse decipere sed astutix: pulcher enim ingenij, Deus & eloquij. Et ad summam
sul

nulla virtus tam laudata est quin vituperato-
 res inueniat: gratitudinem nulla barbaries
 gentium, nulla morum immanitas non lau-
 dabit, nemo vsquam non vituperabit ingra-
 tudinem: sit fur, sit sicarius, sit proditor, sit in-
 gratus, vitium suum excusare non audebit,
 sed negare. Quæ quanuis ita sint, nihilomi-
 nus tamen innumerabiles sunt ingrati. Nec est
 ferè vitium aliud quod tam multis verbo
 damnatum, tam multi rebus ipsis amplectā-
 tur ac teneant. Quid concludam? Damnan-
 dum vtique non solùm verbo, sed animo ma-
 ximè atque iudicio & in se, cuique bono fu-
 giendum ac vitandum, in altero tolerādum,
 sicut cætera quibus humanum scatet genus,
 quibus mali abūdant, boni exercētur. Perfer
 igitur, & gaude potius ingratum ferre quàm
 ingratus fieri. D O. Ingratos multos inuenio.
 R A T. Vide ne quid in te culpæ sit. Multi enim
 dum benefici dici volunt, iactatores sunt atq;
 exprobratores. Onerosum genus quorum be-
 neficia plus offensæ præferunt quàm gratiæ.
 Idq; nihil est aliud quàm precio odium pa-
 rere: mercimonium infanum, D O L. Benè me-
 ritus, multos malè memores & ingratos pa-
 tior. R A T I O. Tunc hoc illis inuides, tuam-
 que cum illorum sorte commutatam cupist.
 Noli obsecro cuiuscunq; sit vitium, virtus tuā
 veniat in partem, D O L. Multos habeo ingra-
 tos

tos. R A T. Quid expectas audire, benefacere
 ut desinas, deq; alterius culpa tuum ipse dā-
 num facias? Quin tu potius contrariū fac, &
 qui multos habes, cura nunc etiam ut habeas
 plures; habebis autem si multis benefeceris.
 Multi enim semper ingrati, sed plures hodie,
 vereorq; ne confestim gratum esse porten-
 tum sit ita indies retro eunt omnia. Ea peten-
 tium improbitas, & ea debetium obliuio at-
 que superbia est, neq; ideo desistendum, neq;
 cæcorum æmulatione eructi oculi, quos po-
 tius facere debet aliena cæcitas chariores.
 DOLOR. Mihi multi sunt ingrati. R A T I O. An
 tu multis idem fuderis recordare. Vna enim
 ingratitudo aliam punit, sicut in reliquis, vnū
 sæpe peccatum alterius poena est. DOL. Mul-
 tis ingratis profui. R A T I O. Multis indignis
 profuisse satius quàm vni digno defuisse.
 Proinde perge, neu malorū odio bonos mo-
 res exuas, nec prodesse aliis cesses, quod ab
 aliis malè sit cognitū. Cognoscent hi fortasse
 melius, si ne id quidem, nosse Deum, nosse te
 satis est: non est vera virtus, cui conscientie
 præmium non sufficit. D O. Profuisse multis
 infortiuit cessit. R A T. Caue ne vnus crimē
 obicit alteri, quodque est grauius, tibi. Expe-
 rire alios, cedit fortè scilicet. Quidam præ-
 seras diu ingrati vigente animum pudore,
 tandē fuisse gratissimū, magnoq; cū fœnore
 spes

spes amissa rediit. Ad hæc sæpe quod requisitus debitor negavit ultro non debitor obtrahit: nullum bonum opus vnquam perit. Qui bene agit ante alios se cogitet. Vna quidem virtus multis prodest, sed prima & maxima pars virtutis in agentem redit. Itaque vt mali omnes & ingrati sint, non ideo vir bonus beneficio cessabit: nam quæ in multos spargit, in se cumulat, sibi ipse beneficus vni saltem non ingrato. D O L. Proieci beneficia in ingratos. R A T. Atqui gratis dare nec avarus metuat: eo autem liberalitas maior, quo spes præmij minor est.

De seruis malis. Dialog. XXX.

D O L O R.

MAlis seruis obfideor. R A T. Nunc rectè
 Mais obfideor, olim tibi circumfultus videbare, sed obfessus eras, non familiari solum exercitu, sed hostili. D O L. Indomitis seruis premor. R A T. Tux acies contra te militant, insuaue negotium. D O. Superbis seruis obfessus sum. R A T. Eosque qui te obsident pascere cogeris, inamœna necessitas. D O L. Seruis obfideor pessimis, voracibus, furibus, mendacibus, impudicis. R A T I O Quid seruorum epithetis affluere est opus? Seruos dico, omnia dixeris. D O. Seruis obfideor, quid consulis? R A T. Quid consulam, seu quid dicam nisi Terentianum illud æquæ res in se neque modum

modum, neque consilium habet vllum, eam consilio regere non potes. Nota sunt tamen hac in re Senecæ consilia: viuendum cum seruis familiariter, comiter, elementer, familiarem esse iubet. At quibus? Nempe his quorum familiaritas contemptus est genitrix. Addit, Non verborum sed verborum castigatione utendum, erga surdos scilicet torpentésque dominicamque mansuetudinē duro pede calcantes. Admittendos præterea in sermonem, in consilium in conuictum. Et quos quæso? Vtique procaces, stultos, ebrios, perfidos, insolentes, qui neque sermonem teneant neque consilium habeant & conuictum forcent, salutis vitæque domini & patri monij & famæ segnes, gulæ autem propriæ atque libidinis vigilantissimi curatores. Verum ille ideo fortassis hoc consuluit, quia in seruo verum opinatur, quod iam antea de amico dixerat: fidelem si credideris facies. Credo non cogitas ex optimo genere hominū amicos esse solitos, seruos ex pessimo. E quidem non si mille annis lupum agnum credideris, agnus fiet. DOLOR. Obsideor & seruis, quid consilij affers? RAT. Nunquam aliunde quaerieris quod in te est, non obsideberis nisi dum voles, neque verò nunc obsiderent nisi quòd in vrbibus malè pacatis accidit, vna pars animi quæ factio seditiosorum civium

ciuium obsidētibus faueret. Vis hoc malo liberari, purga animi tui statum. Seruos enim castigare, neque his Senecz consiliis, neque aliis potes. te si velis componere nemo uertuerit: pompas abige, pelle superbiam. Ita enim vel fugabis seruorum inimicam aciem vel imminues. D O L. Multis seruis obsideor. RAT. Bene, si strepitus vel inanis quæritur iactantia, sin obsequium aut iucunditas, nil peius. Serui & si boni sint, quod inter prodigia numerem, nunquam tamen multi bene seruiunt. Inter se enim dissident, murmurant, altercantur, alter ad alterius respiciens manus, ipse interim ociosus complōsisq; suis sedens manibus, domini habitum induisse, suum decus existimat, & nil censer honestius quàm nihil agere, cūcta pollicitus. De his namque nunc loquimur, qui falsa professione ventris ignavi negocium agentes, seruitiō humili, non tantum voluntarię, sed importunē sese offerunt. Innumerabilis turba, sed vilis, qui cum tot pateant artes, abiectissima elegerūt. Nempe illorum quos non voluntas propria, sed aliena vis & sua sors & seruitium traxit, ut numerus rarior, ita crebrior virtus & notior fides. Nimirum, aliud est seruire velle, aliud cogi. Hi ergo fortunę memores, ut eosdem se in omni statu præbeant, neu virtutem cum libertate perdiderint, quod inuiti faciunt

Faciunt aliquando fideiiter faciunt, cum id nequeant quos volentes somnus, venter, gula, cui cupiditas, mali duces in seruitium deduxere: in quo mirum non est si ducibus suis student, atque id agunt quod secuti falsum simul atque hamilem titulum seruitutis assumpserant. Contra, hi qui tale nihil quod sequerentur habuere, naturam securi ac fortunam, sepe quod liberi fuerant, serui ostendunt. Et si fortasse de talibus intellexit, possum inoffensis auribus Senecam audire. DOLOR. Multi domum serui occupant. RATIO. Multa igitur lites, multa bella, de re qualibet pugna erit. Noua quotidie crimina proferantur ac purgentur, & tu medius inter partes sedes oportet. Iudex factus ex domino, non potes litigium domo expellere, litigantes potes. DOLOR. Obsideor famulis sine quibus viuere nequeo, quid agam? RATIO. Si eoque peruentum est, vt sine hostibus tuis esse non audeas, paucitate illorum ac vilitate tibi consule: pelle formosos, pelle comptos ac callidos, pelle vel facie sibi placentes vel ingenio, vel genere. Inter paucos eosque hebetes atque incultos tutius ages, non quia meliores, sed quia minus aufuri, quos velut hyeme serpentes coacta vis veneni atque vilis inertiae torpor obstrinxerit. Denique hanc summa est, vt in seruo sola quidem aut certe

M prima

prima fides æstimanda sit. Si quid hac in parte prætuleris, crede mihi, magno cum fœnore vitiorum qualiscunque illa brevis tibi veniet voluptas: quia sanè perrara est fides, proximum remedij genus ipsa quam dixi paucitas vilitasque non plus habens boni, sed minus audaciæ.

De seruis fugitiuis. Dialogum XXX.

DOLOR.

Discesserunt serui. **R A T.** Quorum molestia præsentia erat, gratus debet esse discessus. Nihil ferme displicet cuius contrarium non delectet. **D O L.** Abierunt serui. **R A.** O si redeant videásque oculis quod animo iam vidisti, quot illos vitia circunstant, quot nequitiae, quot doli, quot mendaciorum artes, quot scelerum species, quot furtorum? Quid ni horreas comitatum, liménque redeuntibus obstruas, meritóq; gaudeas tuam domum malis exhaustam leuatámque ponderibus? **D O.** Serui simul omnes abiere. **R A.** Simúlque cum illis curæ graues molestæq; sollicitudines metúsque perpetui. Cogita quot implendi ventres, quot tegendi humeri, quot armandi stringédique pedes vagi, quot acuti ungues obseruandi? Duro te negocio liberatum dices. **D O L O R.** Fugerunt serui. **R A T.** Et cum his odia in dominum, & contemptus,

ptus, & murmura, & querelæ, quin & execrationes tacitæque deuotiones immeriti capitis, quibus immerito seruitio caruisse quis tam ambiciosus vt nesciat ascribendum licet? D O L O R. Diffugerunt serui. R A T I O. Quis vnquam de fuga hostium questus est? Iulio Cæsari tribuitur superbix, quod hostem quem intercipere cogitabat fugientem mœstus aspexerit: at modestis victoribus terga hostium vidisse satis est, quin & idem ipse alibi fugientibus parci iubet, sola hostium contentus fuga. Idem facito. Et si tui hostes grauiore supplicio digni essent, fugisse sufficiat, atque illorum fuga tuam metire victoriam, ablatamque tibi necessitatem vindictæ seuerioris intellige. D O L O R. Serui fugere. R A T I O. Sponte igitur facere quod cogendi erant, gratiam habeto, depellendis immanes beluas tibi demptus est labor, hinc quereris, fugerunt, qui nisi fugissent tu fugere debuisses. Fugerunt qui aut fugiendi erant aut fugandi: nunc tu liber, nunc securus, nunc domus tuæ dominus remansisti. D O L. Fugerunt serui. R A T. Fugitiuos iudicandi ius est domino, tu te dominum dissimula, ne hoc iure vtire. Si boni essent non fugissent, malos amisisse non iactura, sed questus est. Venenosa animalia tutius est vitare quam capere. D O L. Serui me solum reliquerunt. R A T.

M 2 Vere

Vere solum, verèque inopem, si ne solus sis
 seruili egeas comitatu, ita nec amicum ha-
 bes, nec teipsum. Quid autem, serui ne igitur
 tui sine te esse cupiunt, tu sine illis esse non
 potes? Vide ne hoc ipso seruis tuis ipse mise-
 rior sis. Quod si fortè non seruos cogitas, sed
 precium, non desiderium inane, sed turpis
 auaricia castiganda est, de quo satis est di-
 ctum, dum de amissa pecunia loqueremur.

De vicinis importunis. Dialogus. XXXI.

D O L O R.

Vicini importuni sunt mihi. R A. Vide ne
 tu illis importunior. D O. Graues vicinos
 perfero. R A. Multum cunctis in rebus valet
 opinio, leues finge animo, leues erunt. D O L.
 Vicinos malos habeo. R A. Multi suã culpam
 proximis imputant. Acutius aliena cernun-
 tur, discutiuntur exactius, seuerius iudican-
 tur, suarum rerum nemo non & mitis arbiter
 & pius est iudex. D O. Acres amarosque patior
 vicinos. R A. Ne fortassis in gustu sit vitium
 non in re, fastidiosus etiam dulcia amarescunt.
 D O. Vicinos duros ac superbos queror. R A.
 Multum sibi quisque permittit nihil alteri,
 hinc in iudicio rerum multiplex obliquitas
 & iuges offensionum causæ. Et sæpe vnde cul-
 pa est, inde primū oritur querela: quid nunc
 scimus, an tu illis qui tam duri tibi videntur,
 durus

durus & reticulus & intractabilis, videare? D. Q.
 Asperos patior vicinos. R. A. T. Duplex est re-
 medium: patientia & fuga. Primum probō, fe-
 rendi, artificia omnis mitescit asperitas. D. Q.
 Vicinos pessimos ferre non valeo. R. A. T. I. Q.
 Si nec ita proficis, quis te tenet? migra ilico,
 non ut procaces, ita & sequaces erunt, quod
 ferre non potes pondus excute, & quem pu-
 gnando hostem pariter quis, fugiendo euade,
 quid refert quo te tramite in tutum eripias?
 Nullum iter ad tranquillitatem animi diffi-
 le, indicandum est. Quod si sepe idem fecer-
 is, nec profeceris, scito culpam tuam esse,
 nec minus, forsitan alienam. Magna pars li-
 nium, vulgare quodammodo, fontes, & si forte no-
 scantur, alterum, nullū habet innoxium.
 Quamvis enim politicum & sociale animal
 dicatur homo, si eximium tamē inspicitur nul-
 lum minus; verumque est illud, Sæpicum:
 maiorem esse serpentum ferarumque con-
 cordiam quam hominum. Siquidem vrsi, a-
 pti, tigres ac leones, denique vipera, aspidæ,
 crocodili, & ad summam omne animal pro-
 ter hominem, vniūque in sua specie quie-
 scit inordinum, homo autem nunquam. Ho-
 mo hominem premit semper atque, atque,
 perpetuis bellis ac libus iniquitatem vitam
 sibi præstat ac proximo. Sic enim se res ha-
 bet, ut ubi maior est locorum vitinitas, ibi

videas maiorem distantiam animorum. Rara sine iurgiis ac rancore vicina est. Nemo vestrum, nisi fallor Arabum aut Indorum regibus invidet, Lippus est linor, longinqua non aspicit. D O L. Vicinis obfideor infestis. R A T. Si penitus ab hac peste vis absolui, in solitudinem te reconde.

De inimicis. Dialogus XXXII.

D O L O R.

Nimicitias habeo. R A. Fac ut iusticiæ sis amicus, nullum certius præsidium. Vera virtus fortunæ minas calcat ac despicit. D O. Inimicitia mihi sunt. R A. Et cautior eris & notior. Multos inimicitia illustrarunt, qui obscuri mansissent si hostibus caruissent. D O. Hostes undique mihi sunt. R A. Obstabunt ne iniussibiles animorum hostes subeant voluptates. Nō tam hostes tibi fors obtulit quàm custodes, malo malum maius arebitur. D O. Hinc illinc hostibus premor. R A. Illi quoque suis premuntur affectibus: estque apud illos vltor tuus, isque non vnus, pro te partes faciunt ira, metus, odium, inquietudo, nec dum peracti, poenā criminis exigunt, sic interdum vltio præit offensam, & fortasse non securam: armabuntur, laborabunt, sudabunt, æstuant, anhelabunt, trepidabunt, & fortassis horum nihil ad te. Multi sæpe grauibus odiis sibi

sibi non aliis nocere. D O L. Est mihi pugna cum hostibus. R A T. Et illis secum, & tutius aliquando cum hostibus quàm cum vitis pugnatur. Quisquis alium odit, primum animæ suæ vulnus infligit, proximum nonnunquam suo corpori. Nimia nempe cupiditas, ferendi nocendique multos incautos nudatosque dedit hostibus, sic semper prima pars, malorum in suum auctorem vertitur, interdumque novissima, cum sæpe interim sit ille, læsus in quem perniciēs parabatur. D O L. Undique mihi bella consurgunt. R A. Nunquam clarior sanctiorque fuit populus Romanus quàm dum multis ac grauibz bellis occupabatur. Pax initium mali fuit, secum nanque subiit libōdo blanda hostis ac pestilens. D O. Graues inimicitiaz mihi sunt. R. Magnæ inimicitiaz plerumq; magnarū amicitiarum fuere principium. D O. Habeo inimicos. R A. Habeto & fidem simul & clementiam, de reliquo quicquid euenerit, cura saltem ut humanitate sis ac virtute superior. Sunt & sua iura cum hostibus, cum quibus ita rem gere ut amicos fieri posse non dubites. Atque hoc sanius consilium scito quàm Biancis, qui sic amicos diligi iubet, ut inimicos fieri posse memineris: quod dictum quamuis ab aliis laudatum: nec mihi certè nec Tullio probatur. Est enim veram amicitiaz venenum.

In odio ergo cogitandus amor, non odium in amore: longèque Aristotelicum illud in rhetoricis Bianteo consilio præferendum, ac non oportet, ut aiunt, amare sicut odium, sed magis odire, quam amare. Quod profecto scribens Aristoteles, Biantem ipsam callidamque eius & malivolam sententiam notabat. D O L. Inimicitias habeo. R A T. Sed inuitus habe, & armato semper in pectore cor amicū pacis habet, atque ita bellum exerceas ut coactus videare, ne forte odio succumbat humanitas, ne tamen vindictę studeas quàm glorię aut salutis. Scis ut Romanis inuisior est Hannibal quàm Pyrrhus, cum uterq; hostis, & prior Pyrrhus Italiam intrasset, at non delendi animo ut Hannibal, sed vincēdi. Omnibus enitendum modis, ut in actu quolibet vera virtus emineat, sic ut nihil bello queri aliud quàm pax honesta videatur.

De præcepta facultate vindictæ.

Dialogus XXXIII.

D O L O R.

Oportet facultas eripitur ultioni. R A T. Cui peccatum eripitur, nihil eripitur, multumque tribuitur: quædam habentibus eripi lucrum est, ea ne habeantur obstat lucrum maius. D O. Facultatem ultionis perdi-

di. R A T. Fœlix iactura quod noceat amisisse.
D O L. Ab optata & sperata ultione prohibe-
re. R A T I O. Primum erat nolle male age-
re, proximum prohiberi. D O L. Necessè est
occasionem ultionis omittere. R A. Si pulcher-
rimum vindictæ genus est nolle vlcisci, pul-
cherrima est necessitas non fini. Vltro virtu-
tem amplecti optimum, proximum est compelli.
D O L. Ereptam mihi vindictam doleo.
R A T. Veniet tempus citò fortè quo gau-
deas, neque aliter accidisse vllò velis modo.
Quidam ad quæ coacti veniunt, velle inci-
piunt & amare, & de necessitate consensus
oritur, dùmque voluntas fieri incipit, desinit
esse necessitas. D O L. Videbar vlcisci posse
nec potui. R A. Non posse malum agere po-
tentia magna est, nempe quæ omnipotentis
est propria. D O. Vindicta mihi præsens exci-
dit. R A. Colubrum tibi è manibus excidisse
credito, vide ne iterũ surrepat. Nihil homini
tam cōtrarium quàm inhumanitas. Per hanc
enim homo esse desinit, idque sic esse ipsum
nomen iudicio est: nullus morbus tam con-
trarius, nec mors quidem. Illa secundum na-
turam accidit, hæc autè contra. Scire, in ho-
minem inhumanum est, quauis meritũ, non
oportet exulcerati animi motũ sequi, & pri-
uati memoria doloris naturæ cōmunis obli-
uisci. D O. Me vlcisci vestrum in perperum
M 5 dole

dolebo. R A. Forſan in perpetuum gaudebis? quotiens putas poſt inimicitias depositas & ingratiā reditū cohorruiſſe aliquos amicorum in amplexibus, cogitantes, hunc ego perditum volui, & interdum à ſucceſſu impio parum abſui? O ſors optima in quam piā partem conſilium crudele vertiſti. D O.

Iuſtam iram exequi non ſinox. R A T. Iuſtam iram vix inuenias : cū ſit ſcriptum Ira viri iuſtitiam Dei non operatur. Et ruruſ ab altero, Ira furor brevis eſt. Optimum igitur non irarſci, proximum non vlcirſci, ſed frenare iram ne animum rapiat quò non deet, tertium eſt vlcirſci non poſſe etiam ſi velis.

D O L. Pulchra mihi præripitur vindicta. R A. Pulchrior venia relinquitur, & pulcherrima omnium obliuiſio. Hæc inter omnes principes Iulium Cæſarem illuſtrauit. Innumera & ingentes viri huius victoriæ, glorioſiſſimi ſunt triumphi, incomparabilis rei militaris excellentia, altiſſimum ingenium, præclara eloquentia, nobilitas generis, forma corporis, & inuicti animi magnitudo : cū cuncta collegeris, nil in eo clariuſ elementia & offenſarum obliuiſione reperies : quæ quamquam ſibi materiam mortis attulerit, vt iure Pacuianū illud in funere caneretur : omen ſeruafſe vt eſſent qui me perderent : ex quo tamen neceſſario moriendum erat, poteſt quo

V T R I V S Q. F O R T. L I B. I I. 555
quodammodo tali ex causa optabilis mors
videri.

De odio populari. Dialogus XXXIIII.

D O L O R.

Populus me odit. R A. Habes quem præ-
dixeram popularis finem gratiæ, pro di-
lectione odium. D O L. Populus gratis odit
me. R A T. Miraris quòd sine causa odit, qui
sine discretionem dilexerat, cōsequens hoc il-
lius, vnde modestia exulat, ibi regnare impe-
rum est necesse. D O L. Odit me populus. R A.
Hæc belua iniuriæ prompta est, segnis offi-
cio: vulgi amor levis, odium graue. D O L.
Populus mihi succenset. R A T. Ab amante
plausus, ab irato populo perniciēs, impar pe-
riculum ac spes. D O L. Populo odiosus sum.
R A. Nihil impetuosius stultorum turbis, vbi
insaniam singulorum publicus furor, & fu-
rorem publicum singulorū rabies impellit,
alterque alterum tradit: nihilque periculo-
sius quàm incidere in illorum manus, quibus
pro iustitia fit voluntas, pro maruitate præ-
cipitatio. D O L. Odit me populus. R A T. Non
amasset vinam, ne nouisset quidem. Amor
malorum odio finitur. Vtrunque anceps, sola
ignorantia tuta est. D O. Populo sum inul-
sus. R A T I O. Populus odiosus leniendus aut
linquendus.

De

DOLOR.

Inuidetur mihi à multis. **RAT.** Præstat inuidiosum esse quàm miserabilem. **DO.** Inuidia exerceor æmulorum. **RAT.** Et quis unquam virtutis amicus exercitio hoc caruit? Percurre animo omnes terras, omnia sæcula, cūctas historias euolue, vix insignem virum hac immunem peste reperiēs. Nolo nūc narrationem ingredi, quæ nos lōgē nimis à proposito distrahat, sed si aliquid meministi omnium quæ legisti, non possunt ignoti tibi esse quàm plurimi, quorum comitatu, nō tantum consoleris, sed etiam gloriēris. **DO.** Inuidetur mihi. **RAT.** Linque honores & officia publica: desine incessu elato & superbo comitatu per ora ciuū volitare. Sequestra te ipsum, quantum potes ab oculis multorum inuidorum, nec vultu, nec verbo, nec habitu, digito notandum præbeas. Vulgus & liuor in plateis habitant, sic & mala ferme omnia. Quidam hostes nullo melius modo, quàm fuga vincuntur ac latebris. **DO.** Ex profugum & latentem liuor insequitur. **RAT.** Tolle malam materiam, malum omne sustuleris. Nimiis opibus modum pone, quicquid eximia specie inflammare animos potest, vel abice, vel absconde. Si quid est quo carere nolis aut nequeas, modestè vtere: inuidiam quam insolent

solentia exasperat, humilitas lenit. Sunt quæ illam extinguant efficacia quidem, sed morbo ipso peiora remedia, miseria scilicet & infamis vita. De quorum altero dictum est, miseriam solam invidia carere. De altero Socraticum illud. Interroganti enim Alcibiadi, quibus modis invidiam declinaret, respondit Socrates: & vive inquit, ut Therfites, cuius vitam si nescires in Homericæ leges Iliade. Ironicum planèq; Socraticum responsum: non est enim consilium ut invidiam vitas, vitare virtutem, satiusq; est Achillem esse cum invidia quàm Therfitem sine. quamvis illud constet, magnos interdum viros ut securi viverent, & virtutem ad tempus & ingenium occultasse. DOL. Invident mihi multi. R A. Invidiam nisi vel ignavia vel miseria vix evades, quam si sic evaseris, in contemptum incidēs, utroq; caruisse difficillimum. D O L O R. Invidia multorum premor. R A T. Est ut perhibent calcandæ aliud iter invidiæ per excellentem gloriam, sed perraro vestigio signatum, ita ut plures hoc calle gradientium in id quod fugiunt, relabuntur.

De contemptu. Dialogus XXXVI.

D O L O R.

Sed contempnor. R A T. Si iniuste quidem est, nō inficior quod doléas, ferās tamen, alio

alioquin est quod rideas. Nihil est enim ridiculosius, sed nil crebrius quàm contemni sapientem ab insanis. D O L. Spernor. R A. Circa hoc verbum vnum, quatuor bona esse dixere aliqui: spernere mundum, spernere nullum, spernere sese, se sperni, hoc tibi vltimo opus est. D O L. Spernor à multis. R A. Si à maioribus, fer, si à paribus, patere. Illi suo iure vtuntur. Ferè namq; contemptui sunt minora maioribus. Hi se contemptui offerunt: & maiores fieri quando aliter non possunt, hac tentant via: sine minoribus, sine illos insanire, neque magnifacias contemptum, qui illis infamiz sit, tibi gloriæ. spreuit Achillem Therfites de quibus modò diximus, Homerum Zoilus, Augustum Antonius, Virgilium Euangelus, Ciceronem Caluus. Et quod ex euāgelio didicimus, quódque est maximum, Herodes pessimus miserrimúsq; hominum, Christum spreuit. Quid vel contemptis hoc nocuit, vel contemptoribus profuit? D O. Spernor & irrideor. R A T. Irrisium nescio, quid & histronicum etiam esse animis solet, eoque magis quo minoribus, quid minus est opus: alter alterum ridet. D O L O R. Spernor ab aliis. R A T. Recordare an tu alios aut spernas, aut spreueris. Hic est mos human^{us}, spernere, & sperni mutuo vos vicissim odio, mutuóque premis contemptu, & vultis aliis esse venerabiles

Biles neminē venerantes: placere vultis deo,
 cuius operum nullum vobis placet eo quo
 placere debet modo: in quo pręclare quidē
 noster Cicero, si pręclarum aliquid sub deo-
 rum nomine dici posset: minimē inquit con-
 venit, cū ipsi inter nos viles neglectiq; si-
 mus, postulare vt diis immortalibus chari si-
 mus & ab his diligamur. Illud ergo pręcla-
 rius Malachiz prophetę: nunquid non pater
 vnus omnium nostrum? nunquid non vnus
 deus creauit nos? Quare ergo despicit vnus-
 quisq; vestrum fratrē suum? D. O. Speri gra-
 uiter fero. A. Et si nemo sperni velit, multi
 cupiant timeri, multo tamen est sperni secu-
 rius quā metui. Itaque quod ait Anneus in
 epistola quadam: nō minus contemni quā
 suspici nocet: non admitto. Illud ab eodē ali-
 bi dici rectius æstimo: periculosius timeri es-
 se quā despici. Proinde cum veteri Sapien-
 tum edicto, tria hæc vitāda didiceris, de qui-
 bus totidem continuis tractatibus egimus,
 & sint mala omnia, haud dubiē tamē malum
 minus hoc vltimum quanuis ignobilius, nec
 deest suum cuiq; remedium. Odiū obsequio
 denitur, liuor modestia, contemptus amicitiiis
 illustrium, & honestis artibus ac virtute. Ne-
 mo primū Bruto contemptior Romę fuit,
 nemo minus postea. Age & tu bonum ma-
 gnūque aliquid, quo contemni nequeas.

De

DOLOR.

SEro promissa complentur. **RAT.** Quid singulariter de hoc quereris quod omnibus est commune? Nulla quidem res magis munus inquinat, quàm dura frons & lenta dilatio. Sed hic est mos, citò vultis accipere, tardè autem dare, ad illud alacres, ad hoc mœsti, ad illud præcipientes, ad hoc segnes. Ingratitudinis duplex radix, duplex materia querelarum, dum & illos mora, & celeritas hos constringat. **DOLOR.** Multa mihi promissa sunt, nihil impletur. **RAT.** Magnis promissoribus minimum fidei esse debet. Nota vanitas, notæ blâditæ, nota hominum mendacia. Multa tibi vnus aliquis promisit, sufficit promississe, quære alium qui promissum impleat. Non potest vnus omnia facere, fecit hoc promissor vt eum interim diligeres. **DO.** Quod mihi promittitur non fit. **RAT.** Duarum cupiditatum, potentior est quæ tenet quàm quæ poscit. **DO.** O quot ille pollicitis abundabat. **RAT.** Aut irridebat, aut ad tempus diligere volebat, vt dictum est, & fortè dum tibi multa promitteret, vnum aliquid à te poscebat, quod vel magni precio mendacij bene partum æstimaret: sæpe autem qui diuites sunt verborum, esse inopes rerum nosse debueras. **DOLOR.** O quàm multa mihi promissa

missa sunt. R A T. Si mihi credideris, multa promittentibus nihil credes.

De repulsis. Dialogus XXXVIII.

DOLOR.

Repulsam passus indignor. R A T. Vis ne
 Rigitur quæcunque poposceris adipisci,
 ita ut negari tibi nihil possit, vide ne intole-
 randæ superbiæ sit hoc velle. Meminisse ma-
 gni Pópei, decuisset, quo nescio an eius ma-
 ior vnquam fuit, de quo tamen scriptum est,
 quæque dari voluit, voluit sibi posse negari.
 Quam multa Cæsaribus supra humanam ma-
 gnitudinem, summo etiam imperio gloriosis
 negata cognovimus, & tu grauitè vnā aut
 alteram fers, repulsam? Denique quā multa
 quotidie deus poscit ab homine nullius rei
 indigens, nec impetrat, DO. Nō possum æquo
 animo repulsam pati. R A T. Cur petendi tibi
 arrogas licentiam & negandi aliis carpis li-
 bertatem? Quid, quòd sæpe indigna petitio
 dignā repulsā præbuit materiā? Quid quòd
 sæpe etiā petens repulsā utilis fuit, cui quod
 posierat impetrasse damnosum erat? DOL. In-
 iustam, patior repulsam, R A T. Si iniusta est
 repulsā, iusta ergo petitio, gaude cuiuscun-
 que potius culpam esse quā tuam. DOLOR.
 Vnde non merui repulsam tuli. R A T IO. Mul-
 ti se magna meritos putant, vnde penitus nil
 N meren

merentur. Hinc repulsæ dolor, hinc querelæ istæ, quibus orbis terræ & omnis vita hominum plena est. D O L O R. Pudendam patior repulsam. R A T. Pudendum nihil præter culpam. Quem pudorẽ tibi inferre potuit quod tui non erat arbitrij? D O L. Repulsam patior unde non credidi. R A T. Credulitas incerta est, certa autem res: non posse quod petitur negare, non est liberi sed serui: non posse repulsam pati non est ciuis sed tyranni. D O L. Optatæ speratæque rei passus sum repulsam. R A T. Si quicquid sperant cupientq; homines assequerentur, dii essent omnes! tu verò ut indignationes multas ac dolorem fugias repulsarum, discas optare possibilia & honesta, non assequi velle quicquid inconfusus & inexplebilis appetitus optauerit, quicquid spes vana suggesserit. D O L. Non tantum repulsus ego, sed indignus mihi antepositus fuit. R A T L O. Et quotiens indigni dignissimis præferuntur, & quotiens indignos indignissimi iudicant, alienarum feruorior, suarum quisq; fauorabilis rerum iudex. Multi se indignos dicunt, pauci credunt. D O L. Paræ rei patior repulsam. R A T. Multis parua negata, magna ultro oblata vidimus. Si repulsis competerentur munera fortunæ, lætes aequabuntur, sed vos illas indignatione augetis, hæc obliuione atque dissimulatione minuitis.

nis. **DOLOR:** Dignus eram, ut arbiteror, non
 repellere. **RATIO.** Ut sit ita, an tu omnia pro
 dignitate hominum dari existimas ac nega-
 ri? Vtinam ita esset ut & plures bonos spes
 premit, & pauciores malos faceret metus
 poenae. Sed non ita est, amor, odium, spes,
 cupiditas, affectus inconditi, cuncta per-
 miscuere. In te vno fortunæ stilum publi-
 cum vis mutari, & non te potius ad com-
 munem cursum humani moris inflecti. **DOLOR.**
 Quanto indignior mihi antepositur
 competitor, **RATIO.** Et Lucius Flaminius
 mox ob indignum facinus iudicandus, & or-
 dine senatorio amouendus Scipioni. Nati-
 ce prælatus fuit, viro omnium optimo se-
 natui & populi sententiis iudicato. Ut Va-
 tinus Catoni, illaudatus laudatissimo, non
 solum populi amicorum simulque hostium
 iudicio, sed toto etiam Ciceroniano volu-
 mine quid hic dicis, ut sint graua, non sunt.
 noua quæ patetis. **DOLOR.** Multum spe-
 raham, medicum non mereor. **RATIO.** Ut mul-
 tum quoque merearis, dixi iam, non omnia pro-
 meritis dari. Quid quod semel negatum, ei-
 dem ipsum mox concessum vidimus? Quod
 in ipso de quo loquor Scipione accidit, re-
 pullarum duritiæ sæpe pertinax virtus infre-
 git. Testes sunt Æmilius Paulus, Metellus
 Macedonicus, Lucius Mumius, qui cōsulatus
 N. 2. repul

repulsam passi omnes, iidem speciosissimis consulatibus ac triumphis postmodum honestati, suis civibus quibus contempti fuerant spectaculo fieri, nunquam ad id perventuri si repulsas populi lamentis potius acerbare quam virtutibus superare voluissent. Lucius Sylla quavis in fidei civilibus discordiis irritatus, famam suam nota crudelitas infecerit, nobilitate tamen & gloria insignis civis non consulatus, sed prætura, tanto minoris rei repulsam cum tulisset, summam Reipublicæ post adeptus & præturas & consulatus & imperia, non tantum consequi potuit, sed donare. Non debet repulsa spem auferre, sed afferre, sollicitudinem ac virtutem acuerre, quæ nil tam asperam quod non leniat, idque etiam si quando non fecerit, non tamen ideo deferenda est, ne propter seipsam suumque proprium finem culta videatur. Denique hi repulsas suas forti animo tulere: ac Publius Rutilius repulsa fratris audita, quam erat passus in petitione consulatus, statim morte obiit repentina. Elige utrum sequi malis.

De iusto Domino. Dialog. XXXIX.

DOLOR.

Iniustum dominum patitur Respublica. & A.
Sed fortassis id merita, & id sceleri scelus est debitum, non solum apud inferos, sed ubique

que ferri iudicat, ubique iustitia suum opus
 exercet, & insuper cunctatur interdum pro-
 perare: verumque re ipsa fit quod scribitur: utique
 est deus iudicans eos in terra. Dæmones ex
 hominibus fieri, quidam opinati sunt, perpe-
 tua criminum licentia peccandique libidine.
 quod ut forte tolerabiliter dictum sit, mala-
 rum voluntatum similitudo efficit, qua ho-
 mo malis atque in malis obstinatus penè dæ-
 monem æquat. Cui sententiæ, si recipitur, il-
 lud fortasse non dissonum fuerit, ut permissu
 divinæ iustitiæ dæmonem dæmon premat:
 quæ in re illud duntaxat, ut videtur, est mise-
 rum quod nonnunquam sceleratorum sup-
 pliciis miscetur innoxii, & nimis verum cre-
 brumque comprehenditur illud. Flacci: Sæpe
 dies pariter neglectus in æstro, addidit inte-
 grum, quod ipsum non sine certa, licet vobis
 occulta iustitia dei fieri indubitata, fide cre-
 ditur. DOLI. Crudelem dominum perperimus.
 R. A. T. Crudelitas mala quidem & naturæ ho-
 minum aduersa, sed utile vitis, & lasciuienti
 populo, frenum, panis, vndeque oriens: ama-
 re insciis expedit timere, quicquid id quidē
 sit. Nemo tam trux dominus, ut non trucu-
 lentior sit voluptas prosperitatis comes ac fi-
 lia. Male agentibus nihil prius quam securi-
 a ac libertas. Qui nihil metuit, proximus
 est ruina. MOROS. Iniquum dominum infau-

ita plebs patitur. **RATIO.** Nullus, mihi crede,
 misera in plebe miserior quam tyrannus.
 Quod si dubitas, Dionysium contemplare.
 Ille vir improb⁹ nec indoctus, de seipso suā-
 que tyrannide quid sentiret, apertissime pen-
 dentis supra amici verticem gladij cuspidē
 declaravit. Nota est historia. Timet plebs ty-
 rannum, & tyrannus plebem: sic reciproco
 pauore se cruciant. Hoc refert quodam miseria
 plebis apparet, & tyranni latet. Non minus
 tamen affligit purpureo velamine tectum
 vulnus, neque minus aureæ gravant compe-
 des quam ferreæ. Est & sua, ut in sordibus ut-
 que in fumo, sic lautitiis ac splendore mise-
 ria. Aurea quidem tyranni vestis extrinse-
 cus, obuerte illam, ardentibus intus aculeis
 plena est. Ita ut vides non penitus aut impu-
 ne sæviunt tyranni, aut inulta plebs premi-
 tur. **DOLOR.** Inclementissimus nobis est
 dominus. **RATIO.** Non tot passim essent
 domini, nec tam latè furerent, nisi populi in-
 sanirent, & cuique civium pro se charior fo-
 ret res priuata quam publica, voluptas quam
 gloria, pecunia quam libertas, vita quam vir-
 tus. **DOLOR.** Vnum dominum serua fert
 patria. **RATIO.** At non vnum sed triginta
 simul illa legum nobilis mater, Græciæque
 lumen alterum Athenæ. **DOLOR.** Patria
 dominum vnum fert. **RATIO.** Multos au-
 tem

tera Roma, quis Caligulas nesciat ac Neron-
 es & Domitianos: ac Cōmodos & Helioga-
 balos & Bassianos & Galienos: ac ne singula
 Imperij probra æxequar, Maximinos & pie-
 tatis hostes Iulianos ac Decios? Sardanapa-
 lum Assyria pertulit, Cyrum Persis, Alexan-
 drum Græcia atque Asia reges dictos: verè
 autem tyrannos acerrimos & immites tulit
 & Dionysios Sicilia Phalaridem, Agathoclē
 Lacedæmon, Cleomenem, Nanidēque,
 quem Argi quoque perpeffi, fœmineamque
 vxoris auaritiā, quæ viro ipso rapacior in
 sexu suo tyrannidem miris modis exercuit.
 Sed quo feror? quis aut veteres aut novos
 numeret tyrannos? qui tam multi hodie, tam-
 que altè, hinc suis opibus ac potentia popu-
 lorum, illinc moribus atque dementia radi-
 cati sunt, vt nec numerari iam valeant nec
 conuelli, neque minus apud vos quàm apud
 Egyptios aut Medos libertate pessūdata ac
 sepulta, versa seruitus in naturam sit, sic vt
 pars maior populorum tyrannum si non ha-
 beat, quæsitura precario, seu precio em-
 ptura videatur, vique adeo patres vestros es-
 se quod nati erāt puduit, vos enim penè om-
 nes in seruitio nati atque educati, vt doloris
 antiquam, sic nouam querelæ materiam non
 habetis. D O L O R. Pōtentis domini graui
 premimur iugo. R A T. Aristophanis poetæ

utilis fabella, quæ monet non nutriendum in
 urbibus leonem, tamen si nutritus fuerit, ob-
 sequendum illi esse, nec tyrannidis naturale
 malum impatientia cumulandum, quàmque
 ipse feceris potentiam detractandum. Rarò
 equidem tyrannus absq; culpa ciuium surre-
 xit in populo. Vetus est autè verbum, Ede quod
 nutristi. D O L. Dominum importunum pati-
 mur. R A T I O. Si omnis potestas à deo est, seu
 ad bonorum exercitium, seu ad malorum
 poenam, par est vt diuino imperio te subiectus
 sentias, non humano. Cuius si minister immi-
 tior videtur, patientia fortassis efficiet vt mi-
 tescat. Vix est enim vllum tam ferox inge-
 nium, vt non obedientia & obsequio lenia-
 tur: vel ferendum denique, vel ponendum est
 omne quod premit. Nempe nihil est tertium
 præter impatientiam, quæ vt dixi, molestæ
 non minuit sed aceruat. D O L O R. Malus no-
 bis est dominus. R A T. Omnes vos vnum ha-
 betis notum hostem: vnus ille multos habet
 incognitos, periculosior status. D O L O R. Do-
 minus nobis est pessimus. R A T I O. Sed non
 erit diu, si bene philosophis visum est: violentum
 nihî esse diuturnum. Et si vel vnum
 patria ciuem bonum habeat, malum domi-
 num diutius non habebit.

De

DOLOR.

E St mihi præceptor indoctus. **R A T.** Et si doctum facere non possit indoctus, verumque sit commune illud signum, scientis est posse docere, sub indocto tamen præceptore doctus aliquis fieri potest, vel per se ipsum, vel quod est verius, influentia celesti atq; inspiratione. Et ut Ciceronis utar verbo, aliquo afflatu diuino, sine quo nec doctum certe nec bonum virum fieri posse credendum est. Hoc enim non solum vera religio sentit, sed gentilis quoque philosophia consentit auctoritas. **D O L.** Indoctum præceptorem nolens audio. **R A T.** At celestem præceptorem audi libens, qui fecit aures tibi, non hastas, tum quas videmus, sed invisibiles alias intus in anime. Illum audi, qui docet hominem scientiam, sicut scriptum est. Quo insuper tante, frustra præceptor quicumque mortalis quamvis doctissimus laboraret. **D O L.** Præceptorem indoctum ægre fero. **R A T.** Vel ab illo fugiens alium quære, vel ad teipsum redi: de memento Epicurum fape à Cicerone licet irrisum, visum tamen Senecæ magnum virum, non indoctum modo præceptore habuisse, sed nullum, ut gloriabundus idem ipse commemorat. Augustinum verò, quod de se ipso testatur, cui non omnia credere nefas est.

570 F. PETRARC. DE RE MED.
 & Aristotelicas cathedras, quæ inter difficillima numerantur, & artes liberales quas singulas à præceptoribus didicisse magnum ducitur, nullo hominum tradente, ut idem ait, omnes intellexisse. Nouissimūq; Bernardū virum doctrina & sanctitate clarissimū, omnes suas literas quarum inter cunctos sui temporis abundantissimus fuit, in syluis & in agris didicisse, non hominum magisterio, sed meditando & orando, nec ullos vnquam alios, ut de se etiā ipse ait, præceptores habuisse quam querens & fagos. Hæc si facta sunt, cur non iterum fieri possint? Quod nisi sic esset, quid fecissent primi hominum, quibus nec præceptor ullus erat, nec reperti aliqui? Mirando igitur, cogitando, assurgendo & ingenium acendo ea ipsa quæ vos cum omnibus præceptoribus vestris vix intelligitis, inuenire. Aude & tu aliquid teque magnis inferere ne diffidas: si mortalis defuerit, æternus aderit præceptor, à quo sunt omnes, & omnia ille fecit & ingenia & scientias & magistros.

De discipulo indocili ac superbo. Dialog. II. 4.

DOLOR.

Discipulum habeo indocilem. RATIO.
 Pendis opera, lictus aras, femina proci-
 cis, natura non vincitur. DOLOR. Discipu-
 lum indocilem, fors dedit. RATIO. Tunc
 arde

aridæ colonus, solue boues, quid te torques?
 Illi parce & tibi, cum tot sint labores ne-
 cessarij & inevitabiles, superuacuos quære-
 re stultitia est. D O L O R. Discipulum habeo
 literarum indocilem. R A T I O. Si docilis
 est virtutum, illicitis, melioribus illum ar-
 tibus ornaveris. Quod si neutrum capit, va-
 cuum sine, nèue quid in pertusum vas effu-
 deris quod neque ibi subsideat, nèque iugi
 radio exhauriat: sic habeto enim: omnes
 qui sunt, quique erunt aut fuerunt virtuti-
 bus aut doctrinis clari, non posse vnum in-
 genium accendere, nisi aliquæ intus in ani-
 mo scintillæ sint, quæ præceptoris spiritu ex-
 citatæ & adiutæ, generosum disciplinæ fo-
 mitem arripiant: alioquin algidum in cine-
 rem ne quicquam flabis. D O L O R. Intractabi-
 lem discipulum ac superbum habeo. R A T I O.
 Superbia hostis ingenij est, dumque subesse
 dedignatur, & discere negligit discipulus in-
 solens, agrè manum ferulæ subiiciet, doctrin-
 æ animum, reprehensionibus aurem, collū
 iugo. D O. Habeo prosperitate tumidum disci-
 pulum. R A T I O. Sicut tumor oculorum visui, ita
 tumor animi ingenio nocet, ut disciplina
 aditus fiat, comprimenda est omnis clarior.
 Scis ut Alexander Macedo, cum aliquando
 mathematicis animum applicasset & geo-
 metricæ sibi quædam oblectamenta trade-
 rea

rentur, difficultatib' offensus præceptorî imperat, ut id ipsum clarius tradat: & quid ille respondet: hæc, inquit, æquè omnibus difficilia sunt: ut scilicet omnem illi spem regij fastus excuteret. Sic est enim hercle: nullæ sunt fortunę partes in ingenij rebus, quisquis doctus ac sapiens fieri vult, obliuiscatur interim se potentem. **D O L.** Discipulum rudem elatumq; habeo. **R A T.** Contra ventum aduerso flumine navigas, contrahere carbas, terrâ pete. **D O L.** Contumacem habeo discipulū proteruumque. **R A T.** Non harenam tantum fodis, sed serpentem nutris, aconitum excolis, hostem doces. **D O.** Duræ discipulum cervicis instruo. **R A T I O.** Surdo canis, sed sic est, hos clamor, hos silentium delectat: potētissima semper in rebus omnibus consuetudo est. Vide ut piscator tacitus, clamorosus venator, ac clamosior aliquanto scholæ arbiter quàm fylæ. **D O L.** Duricordem discipulum nactus sum. **R A T.** Sæpe facilius vrsi caput mollias quàm hominis. quid vis autem? est in fabulis lupum ac vulpeculam literas didicisse: nam elephantis studiosi nō anilis fabula est, sed naturalis historia: & hic tunc forsitan studio naturam leniet; apud me autem, una ferè pastoris ac præceptoris vita est: mirum nisi uterque tandem à conuictu mores traxerit. Ille beluas regit, hic pueros.

De

Nouercam habeo. **RAT.** Ergo & patrem: sic sunt ferme res humanæ ut tristitia lætis & amara dulcibus temperentur, atq; vrinā ex æquo impermixtum hic dulces non habitat. **DO.** Iniusta mihi est nouerca. **RAT.** Non ineptē Virgiliano epitheto vteris, quanto autem illa iniustior tibi, tanto in illam ut sis iustior enittere. **DOL.** Nouerca mihi superbissima est. **RAT.** Et foeminæ proprium superbia, & nouercæ est: si geminæ causæ vnum parvū effectum, non est quod stupescas, est quod feras, tēq; & priuignum simul & filium bonum probes. **DO.** Superbissima est nouerca. **RAT.** Nulla re melius quā humilitate vincitur superbia. **DO.** Nouercam ferre nequeo. **RAT.** At fer patrem, si hunc valde diligis, facile illam feres. **DO.** Nouerca impia atq; importuna est mihi. **RAT.** Esto illi pius ac pater, pietatem patri debes, patientiam foeminæ, reuerentiam nouercæ. **DO.** Insolens est nouerca. **RAT.** Noli pati ut potentior sit illius insolentia quā pietas tua. Nihil durum, nihil arduum est pietati, hæc ad deum homines erigit, deūq; ad homines inclinat, quotiēs nouerca sæuierit, non tu illam sed patrem cogita. **DO.** Iniuriosa est nouerca. **RATIO.** Muliebres iniuriæ contemptu melius quā ultio

tione ple&untur. DO. Gravem patior nouerca-
cam. R A T. Bene ais patior. Succumbere enim
& mulierculā pati non possenon est. viri. D O.
Odit me nouerca. R A T. Ipsam ama : nam &
inimicos diligere, diuinum est praeceptum, &
amare vt amaris, philosophicum est consiliū.
D O R. Nouerca me odit. R A T. Si patrem tuum
amat satis est tibi, odisse patris amatricem fi-
lio non licet: sin & illum odit, quem non ode-
rit? Nam & si alterū plusquam virum amat,
tu ille ne fueris. D O. Nimis odit me nouerca.
R A T. Minus malum forsitan nouercae odium
quā nictius amor. Phaedram nosti & Hip-
polytum. Certo odium quod vlcisci nefas, le-
niendū aut fugiendū aut ferendum est: nihil
est quartū, quare la saepe odium exaggerant.

De duritie parentis. Dialog. XLIII.

D O L O R.

DVrum patior parentem. R A T. Durities,
patris saepe filio salubris, semper dam-
nosa mollicies, non linguae tantū, sed nec
virgæ parcendum docti consulunt: his duo-
bus animorum iuuenilium constat imprimis
cura, quæ si frustra sine granioribus morbis
grauiora remedia adhibentur, abdicatio &
carcer, quin & more veteri Romano, ad ex-
tremum supplicii & mors, quod non Cōtules
modò & Duces, quibus imperium in omnes

pu

publici consilij præstaret auctoritas, sed pri-
 vatatos illos priscos ac seueros patres, quibus-
 dam sola patria potestas in filios daret se-
 pe acerrimè obseruasse legimus, in quib' ma-
 ximè Cassij ac Fuluij nobilitata seuerita. I tū
 nimis blandū patrem dis durū. D O. Patrem
 patior durum. R A T. Qualem putas ille te pas-
 sus est pueri, qualē nūc deinceps adolescentē
 rem? Difficile id quidem persuadere his sibi
 valde placentibus: sed crede mihi, nihil du-
 rius quàm ætatis illius inconditos mores pa-
 ti. D O L. Patior durum patrem. R A T I O. Quid
 si durus es filius? Dura duris efficacius le-
 niuntur, & sæpe medici mollioris deformior
 est cicatrix. D O L. Patrem durum habeo. R A T.
 Si pater verus est diligit, & si diligit non qua-
 mulceant, sed quæ profine cogitat. D O L.
 Durissimus pater est mihi. R A T. Quæ tibi du-
 rissima, illi forsan vilia videntur, cui & cer-
 tius iudicium & incorruptior est affectus.
 Adolescētia non nisi quæ sub oculis sunt me-
 ditur, ætas maturior multa circumspicit. D O L.
 Pater est mihi durissimus. R A T. Vide ne tu
 illi durior, ut dum ille dedecore tuo obstat,
 tu illius vitam perditis moribus inquietes.
 D O. Perdurus pater est mihi. R A T. Qui sa-
 lutem filij negligit, ille demum durus est pa-
 ter etsi fronte mitissimus: at qui filium ad re-
 ctam iter trahit ope consilioque adiuvans
 & sē

& sæpe verborum, sæpe rerum stimulis impellens, sæpe vel tardum increpitans vel inuitum cogens, quamvis senexior sit aspectu, durus est minime. Fructuosior filio severitas patris solet esse quam comitas. DOLOR. Durus est pater. RATIO. Supercilium paternum, zelus, dolor, metus, ætas excusant. DOLOR. Durum patrem agere fero. RATIO. Quid si quod multis sic affectis iure accidit, ferre duritiam cogatis alterius? Quid si ipse contumacis filij pater esse incipias? tunc intelliges quàm suavo patris iugum & quàm iustum sit imperium: nunc non nisi tñ intelligis quod delectat, inque hoc vñ iudicium tuum habet, non delectatione animi, sed titillatione sensuum circumuentum. DOLOR. Durus mihi pater est. RATIO. Vt sit durus, illam tibi non te sibi iudicem dat natura, quam secuta lex ciuilis, castigatores parentum filios erubescit. Pudeat te audere quod vlli filio licere legem producit: sine, de te iudicet qui te genuit alitque: tu de illo iudicium linque aliis, patremque si vera laudis non est capax, detoro sacro silentio venerare. DOLOR. Durus pater est moribus. RATIO. Non arguendi mores patrum, sed ferendi sunt. Nihil turpius in Alexandro sonat, quam quòd non dicam patrem conuitiis attentasse, sed paternis laudibus inuidisse: visus est de patre vel gloriare

loquendum vel tacendum. D. O. Habeo durum patrem. R. A. Habes vbi amorem, vbi pudorem, vbi patientiam, vbi obedientiam tuam probes. Nullum in terris imperium iustius quàm patris, nulla honestior seruitus quàm filij. Nil tam suum cuique est quàm filius patri, nil cuique indignius eripitur: sed vos precipiti atque intempestiuo desiderio subesse nati præesse concupiscitis, sic & patribus vos aufertis, & patrum antè vobis imperiũ vsurpatis. duplex indignitas. ita fit vt insolentia iuuenilis vndique rerum turbet officia. Hinc fortè prohibiti de patrum asperitate querimini, vestro digni iudicio quibus omnia liceant, ob id vnum quod nati estis & placere vobis ad speculum didicistis, tum demum cum præesse cœperitis sensuri quàm id vobis turpiter ante tempus optatum esset. D. O. Rigidus pater est mihi. R. A. Quid si pius est rigor, pater filio rigidam pietatem, patri filius obsequium reuerens. obedientiamque humilem debet. De Manlio Torquato in historiis, & apud Marcum Tulliũ legisti, vt perindulgens in patrẽ, idem acerbè sèuerus in filium fuit, vulgi fortè iudicio reprobatus in altero, ab incorruptis æstimatoribus in vtroq; laudatissimus, tanta diuersitas rerum est. D. O. L. Pater durus est mihi. R. A. Serò bona vestra cognoscitis ò mortales. At cum nosse cœpi-

O itis

stis nimis agnoscitis, hinc & præsentia fastiditis & amissa lugetis. Alterum superbè nimis, alterum humiliter, & vbi agenda grates, & vbi habenda patientia, vtrobique quærimoniarum, nusquam æquanimitas, sic in deum atque homines grati estis? D O L. Durus est pater mihi. R A. Veniet tempus quando hunc ipsum patrem suspires, nec responsurum voces. Et qui tibi nunc videtur saxis durior, plurimis mollior videatur. D O L. Durum patrem habeo. R A T I O. Patrem dum habueris non agnosces.

De contumaci filio. Dialogus XLIIII.

D O L O R.

Habeo filium contumacem. R A T I O. Æquum est vt qui patrem ferre non poteras, filium feras, vtique sarcinam grauiorem, magis animum premit, pungitq; acrius superbi filij verbum vnum irreuerentiùs prolatum, quàm seueri patris quæcunque durities. Ille enim iniuriam facit, hic iure suo vitatur. D O L. Filium habeo rebellantem, R A T I O. Impudenter de minorum rebellione conqueritur qui maiorum iusta contempsit imperia. D O L. Filius contumax est mihi. R A. Tandem fortassis intelligis, quid tuus ille tam durus pater visus est tibi. D O. Filium patior insolentem. R A. Si ætatis est, vitium cum
ætatē

ætate transibit. Multorum ferox adolescen-
 tia progressu temporis ad virtutem mirificis
 prouectibus flexa est. D O. Rebelle filium ha-
 beo. R A. Non solus. Et Dauid, & Mithridates
 Ponti rex, & Seuerus Imperator Romanus
 rebellâtes filios habuere & multis post sæcu-
 lis Britânici pacē regni, vt fama loquitur tur-
 bavit regij adolescētis in patrē concitata re-
 bellio, sed quisquis sua deflet incōmoda, nul-
 lus aliena vel publica. D O. Impius ac rebellis
 est filius. R A. Magna tibi portio paternæ mo-
 lestiæ dempta est, mortē filij timere. D O. Ha-
 beo ignaum & inertē filium. R A. Nescis vt
 Africanus ille vir magnus, dissimillimū filiū
 sibi longēque degenerē amauit vñice. Et pro-
 fectò maior nō dicā amor, sed miseratio de-
 betur ei quē minus adiuuat natura. Nullius
 rei eger qui virtutum diues est, quarum indi-
 gentia verē miseros, ac proinde misericor-
 diæ egentissimos facit: tu in filio etsi non vir-
 tutem, ama quòd filius, si ne id quidem, at
 quòd homo est, postremò si nihil est quod
 ames, miserere. Proprium patris, vt seue-
 ritas, sic misericordia est. D O L O R. Perditæ
 filius est vitæ. R A. T. Ponderus infaustum, cō-
 que grauius, quod dum ferri potest, nequit
 abici, perfer, & qua datur corrige. Sic enim
 aut filium curaueris aut certē patris officium
 egeris, hoc tibi debitum, illud optabile.

D O L. Impius, inhumanus, intractabilis est filius. **R A T.** Siquidem mollicies ac voluptas in perfidiam ac scelus eruperint, venenosum animal exigendum domo est, neque ubi sed quid natum æstimandum, & in sylvis ortas auiculas pascitis & domi natos scorpiones occiditis. **D O L.** Impius filius est mihi. **R A T.** Periculosa seponere antequam noceant sapientis est: non te pietatis umbra decipiat: nulla impio debetur pietas. Est ubi sit crudelitatis species pium esse, sed dum aliquid vel minimum spei est, semper ad misericordiam inclina, mementoque te patrem esse non iudicem, neque hic tibi Terentianum illud excidat: Pro peccato magno paululum supplicij satis est patri.

De discordi fratre. Dialogus XLV.

D O L O R.

Habeo discordem fratrem. **R A T.** Quid autem ille? Ne igitur te concordem habet, vnanimitas fraterna quæ vnum ex duobus facere debuit, in duo non iam diuersa, sed contraria penitusque pugnantia scissa est, graue sed antiquum malum quod & mundus & mundi caput ab initio habuere. Si quidem vetus urbis Romæ, sed vetustior orbis infamia est, fraterno sanguine maduisse: tu quod in singulis paribus fratrum vides & altero,

pero, quinetiā adhuc solo in vno tot millium
 quid stupeas non habes. D O. Est mihi discors
 domi frater. R A. An & hoc miraris esse ma-
 gna in domo, quod in ipsius materni vteri
 fuit, angustiis, vbi olim etſi maioris myſterij
 velamentū eſſet, certē non diſcordes tantum
 fratres legimus, ſed bellantes? Est ne igitur
 nouum ſi armati faciūt quod nō nati ſolent?
 D O. Nulla mihi apud fratrem gratia eſt. R A.
 Multo prius hoc in ſcholis edoctus, quā do-
 mi expertus eſſe debueras, prouiſa verò nec
 querimur, nec miramur. D O. Odioſum fratrem
 habeo ac diſcordē. R A. Vt ferme nullus amor
 æquior fraterno, ſic nullum vbi inceperit ini-
 quius odium, nulla acrior inuidia. Sic paritas
 incitat animos atq; incēdit, cū cedendi pu-
 dor & amor excellētię eo ardētior, quo incu-
 nabulorū recordatio & quæcunque beneuo-
 lentiam paritura viderētur, vbi ſemel à recto
 calle deſlexum eſt, odium & contemptū pa-
 riunt, hic naturæ rebellātis ardor animi opti-
 mē quidem pro obſequio atque humanitate
 placabitur. Vix eſt enim tam immitte vllum
 tamq; aſperum ingenium, quod non tandem
 molliat vera ac iugis humilitas verborum &
 rerum omniū lenis & non ficta retractatio.
 Sin id ſerum atque inualidum deprehendas,
 ſeu fortē huc tu cogere tuum ipſe animum
 non potes, quo honeſtē quidem atque vti-
 liter

liter cogetur, tunc antequam in pernicio-
res erumpat, ultimo remedio utendum erit
extirpanda mali radix, & discordiarum ma-
ter propellenda communio: in quo ita te fa-
cilem præbebis, ut quantum iuri tuo dem-
ptum, tantum virtuti famæq; additum inue-
nias. Impiæ ac superbæ cupiditatis aculei
nulla re melius quàm pia & miti liberalitate
franguntur. Bonum aurum, quo pax domus
& charitas fraterna redimitur. Vetus valde
nec verum minus est verbum: magnam di-
scordiarum bellorûmq; materiam, duo hæc
esse pronomina, meum & tuum, quæ si de vi-
ta hominum tollerentur, haud dubiè tran-
quillius viueretur.

De amisso patre. Dialogus XLVI.

DOLOR.

Patrem amisi. R. A. Iustû est ut quem præ-
sentem querebaris, absentem quæras nec
inuenias. Nihil æquius quàm fastidita impe-
ria frustra optari. D. O. Pium patrem amisi. R. A.
Pium ille filium dimiserit: gratulare autem
seni tuo, illud tandem illi accidit quod sem-
per optauerat, te incolumi rebus humanis
abiit. D. O. Pium patrē perdidit. R. A. Pius filius
nullam magis ob causam fortuitos casus ti-
met, quàm ne qua sibi incidens calamitas
patris animum mœrore conficiat, tuo iam
tan

tantum periculo securior viues, non erit quem rumores de te impugnent, quem tua frangat aduersitas, quem tua debilitet ægri-
tudo, quem tua mors perimat. D O L. Patrem
amantissimum amisi. R A T. Incipias de aliis
cutare, qui de te curet amplius non erit. Pie-
tatem ab altero tibi exhibitam repende alte-
ri, raro illi rependitur cui debetur. D O. Pium
patrem miser perdidit. R A T. Si pietatis ratio
tibi constat solare fortunam tuam recorda-
tione præteriti temporis. Coluisti parentem,
& dum licuit pia semper in illum officia con-
gessisti. Pater obiit, pietas viuit: alioquin est
fateor vnde perpetuo mortuus sis. D O. Pater
me motiens destituit. R A. Fer naturæ ordi-
nem, prior exiit qui prior intrauerat, nec te
ille destituit, sed præcessit. D O. Amisi patrem.
R A T. Nescis quid sit patrem amittere, nisi
filium habuisti.

De amissa matre. Dialogus XLVII.

D O L O R.

Matrem perdidit. R A T I O. Altera tibi su-
perest mater quam non perdes etsi ve-
lis, ex illa veniens in hanc pergis. Illa tibi
paucorum mensium domum dedit, hæc mul-
torum dabit annorum. Illa dedit corpus, hæc
aufert. D O L. Mater obiit mitissima. R A T.
Mater substitit durissima, quæ te & matrem
quæ requiris in vno gremio seruabit, cuius in

O 4 vtero

vtro tecum erit, te & illam vt credimus die
 vltimo paritura, D O L. Pia me deseruit ma-
 ter. R A T. Deseri metuens festinauit, gratam-
 que illi suam mortē fuisse credibile est, tuam
 non visura amplius atque vnde maximē me-
 tuebat securitate parta, D O L. Defuncta est
 mater optima. R A T. Foeliciter hæc excessit,
 te superstitē, quo præmisso, vt foemineæ sunt
 affectus flebiliter abiisset. D O L. Obiit mater.
 R A T. Obeundem erat, idque ambolus, nec
 de morte queri potes nec ordine.

De amisso filio. Dialogus XLVIII.

D O L O R.

SEd amisi filium. R A. Melius dic, præmissi,
 secururus citò quidem & fortassis hodie,
 & quid scimus an hæc ipsa hora? Nulla fides
 vitæ est, cum tanta sit fides morti: secururus
 dixi, sequens dicere debui, continuè seque-
 ris, nusquam in vita pedem figere permissum
 homini, vno semper gradu it ad mortem:
 mirum dictu, seu ille vinctus, seu solutus, seu
 stans, seu ambulans, seu sedens, seu sanus, seu
 æger, seu vigilans, seu sopitus ad metam fer-
 tur, atque illorum more qui vehuntur navi-
 bus vel quiescens properat. D O L. Amissi filij
 desiderio excrucior. R A T. Compesce ani-
 mum, quoniam quæ cupis inuenies, nulla est
 mora: non posse pati desiderium parui tem-
 poris,

poris, puerile seu fœmineum est : viro enim nihil breue difficile. Nosti credo quibus verbis desideria huiusmodi apud Platonem Socrates, apud Ciceronem Cato & Lelius consolentur. Virtute quauis & gloria supremi viri, hac spe tamen longè impares. Nosti præterea quid animi Æmilius Paulus, quid Cato ipse, quid Pericles, quid Xenophon ille Socraticus condiscipulus Platonis atq; æmulus, quid innumerabiles alij natorum in moribus habuere : nec te præterit, vt propheta idem & rex filium quem languentem fleuerat, non fleuit extinctum, cogitans quòd irreuerabilia lugere superuacua demetiae verius quàm pietatis est. Quibus se virilibus exēplis interferit Spartana illa mulier, apud scriptores quidem innominata, sed non pariter illaudata, quæ audito quòd filius in prælio excidisset : ideo ait illum genui, vt esset qui mori pro patria non timeret. Par Liuiæ virtus maiorisq; Cornelie, sed clariora sunt nomina, quarū prior ingentis nati & ad summum spectantis imperium, vt terræ traditus fuit, luctum mox deposuit, nunquam verò memoriā intermisit. Altera filiis multis, immo omnibus amissis, quorū aliquos à populo interfectos inhumatosque cōspexerat, commiserantibus & illius sortem fœmineo more deplorantibus miseramq; vocantibus, non se

miseram, sed fœlicem esse respondit, quæ tales filios genuisset : insignis mulier, nec præsentis miseria, & præterito etiâ fœlix, quæ contra publicâ opinionem & consuetudinē miserorum se fœlicitate præterita & latæ tēporis memoria solaretur gratia quod habuisset, quod amisisset æquanimis, ob hoc vnū digna vteri prosperiore successu. Et illa quidē mulier tota grauibus fortunæ vulneribus incuncta permansit : tu vir vnico deiectus luges ?
DO. Amisi filium. **R A.** Amisisti simul & metus multos infinitamq; materiam sollicitudinum & curarū quibus vt careres vel tibi vel filio moriendū fuit. Securū patrem sola mors facit. **DO.** Filium amisi. **R A.** Si pium, nil est quod illi metuas in tuto est. At si impium, tuorum numeratorem annorū, tuæ stimulū senectutis extulisti. **DO L.** Filium perdidit. **R A T.** Si virtute præditum, gaude quod habueris. At si vitio perditum, gaude saltem quod amiseris, vtrobique naturæ beneficium agnosce, seu quod talem dedit, seu quod talem abstulit. **DO L.** Ante tempus mihi filium mors rapuit. **R A T.** Non fit antè tēpus quod in omni tempore fieri potest. In omnem ætatem multi sunt aditus morti, in adolescentia infiniti. **DO L.** Sine filio remansi. **R A T.** Et sine angoribus, & sine pauoribus. Iam non erit cui noctes insomnes, cui sollicitos dies agas, cui
spes

spes longas atque inextricabiles ordiare, qui
 canos tuos rugasque consideret, hæredita-
 tem æstimet, sumptus arguat, moram mortis
 incuset, vndiq; tibi securitas & quies, gemi-
 num bonum ingens, titulo licet mortis aspe-
 rius. D O. Acerba filij morte deiectus sum. R A.
 An non Anaxagoram audieras? An oblitus
 eras te genuisse mortalem? An id potius for-
 san luges quòd qui sequi debuerat anteces-
 sit? Equidem cùm in multis inordinata vita
 hominum sit, nullum penitus mors habet, &
 senes decrepiti cunctantur, & festinant iue-
 nes, & præcipitant pueri, & infantes primo
 vitæ de limine retrahuntur: hic tardius licet,
 ille ocius, hic maturus, ille acerbus, nemo
 non moritur: hæc summa est, vbicunque ve-
 rò hoc qualibet ætatis parte quis obierit & si
 acerbus fuerat, morte maturuit. D O L. Exin-
 ctum fleo filium. R A T. Si fleturus eras mo-
 rientem, & nascentem flectes, tunc mori cœ-
 perat, nunc desit. Noli autem tuam & illius
 sortem optimam lugere: ille iter ambiguum
 à tergo habet, tu securum ante oculos non
 iam amplius aut charo oneri timens, vt Ma-
 ro ait, aut alteri. D O L O R. Cum filio vitæ
 dulcedo omnis extincta est. R A T. Magnum
 fateor ac dulce solatium patri filius bonus,
 sed sollicitum ac graue. Et sæpe dulcissima
 offendunt & charissima impediunt & pre-
 cio

ciosissima rerum premunt. Et fortassis hic filius obstabat altiora animo voluenti. Iam mœstior licet ac liberior factus assurge, bona de malis elicere sapientis est. D O L. Mors me filij mœstum fecit. R A T. At quod restat alacer exige: illi vixeras, viue iam tibi.

De infantis filij casu misero. Dialog. XLIX.

D O L O R.

INfantis filij miserabilem casum fleo. R A T. Humanum nihil flendum homini, præmeditata omnia esse debent, si non sunt: non casum filij, sed insciriam tuam desle, & conditionis obliuionem. D O L. Filij infantis miseram mortem queror. R A T. Nulla mors misera, quam mors animæ non sequitur: à quo periculo infans tuus immunis est. D O L. Infans meus præcipitio periit. R A T. Qualiter quis pereat, quid refert, modò ne turpiter pereat, & perire turpiter non potest, qui sine peccatis periit. D O L. Præcipitio periit infans meus. R A. At Archemorus serpente, alij grauidæ lacte nutricis: alij morbis, qui penè plures illam in ætatem quàm in senectutem incidunt. D O L. Periit infans meus præcipitio. R A. Repentina mors innocentibus optanda, nocentibus metuenda est. D O L. Infans meus ex alto præceps periit. R A. Languide pereuntibus mors durior sæpe & angustia longiores,

res, dolor omnis eo tolerabilior quo breuior.
 D O L. Perit præcipitio infans meus. R A T. Præcipitari & ruere illius ætatis est propriū. Fecit infans tuus quod faciunt omnes, & si non omnes casu pereant: at tu sine illū periisse, pereundum erat, & fœliciter secum agitur prius pereundo quàm vitæ malis implicaretur: quæ quam multa sint sciunt experti & intenti: nemo enim expertus est, non intenti autem multi qui quasi somnium vitā agunt, cuius reminisci nequeant experrecti. Perit innocens infans tuus, qui fortasse si viueret nocētissimus periisset. Noli illum in tuto positum deßere, fortunæ minas omnes euasit, & præoccupauit mortem quæ illum dilata præoccupasset. D O L O R. Lupus meum deuorauit infantem. R A T I O. Ista iam vermium est querela. D O L. Infantis miseri corpusculum lupus rapuit in cauernam suam. R A T. Fœlicis animam infantis in cœlum angeli rapuere.

De filio qui alienus inuentus est. Dialog. I.

D O L O R.

ET (quod morte grauius) qui meus credebatur alienus est filius. R A. Si ad communem spectaretis patrem. Comitei consilio, humani nihil à vobis alienum putaretis. D O. Diu alienum filiu vt melius patui. R A. Suum filium

filium pauisse natura fuerit, alienum chari-
 tas, modò post factum non pœniteat sed de-
 lectet. **D O L O R.** Filius ille meus dictus alic-
 nus apparuit. **R A T.** Aperta tibi ad magnum
 & singulare meritum via est, si hunc ipsum,
 vt hætenus, sic deinceps quasi tuum paueris.
 Id illi quidem longè gratius atq; acceptius
 deo erit. Solent enim ingrati filij seu sibi na-
 turali quodam iure debita patrum alimenta
 contemnere, & præterea scelus est amare fi-
 lium qui ex te genitus sit, & à Deo creatum
 hominem nō amare. Ita vndiq; apud Deum
 atq; homines pietatem eximiam tibi quæsie-
 ris ex alieno flagitio. **D O L.** Pavi pro filio qui
 non erat filius. **R A T.** Pavisti vt filium, palce-
 iam, si non vt filium, at vt fratrem. Omnium
 qui sunt quisque erunt, fueruntve, vnus est
 parens, vnus rector. Nolite per insolentiam
 dissimulare, aut per inuidiam atque odium
 sacrum naturæ vinculum rescindere: omnes
 inuicem fratres estis. **D O L O R.** Filium quem
 putabam meum non esse audio. **R A.** Vide à
 quo audias & cui credas. Multi enim malis
 stimulis impulsī, falsos rumores studio con-
 fingunt: alij linguæ fluxu quodam effrensq;
 impetu, & quæ sciunt & quæ nesciunt pan-
 loquuntur audacia difficilis est autem de fi-
 liatione sententia. **D O.** Filiū qui meus diceba-
 tur alienum esse audio. **R A.** Cur hoc aliis po-
 tius

tius quàm vxori credis, qua hoc vnum sal-
 tem nemo certius nouit? Illa tibi certè filium
 dedit, quem nunc alij nituntur eripere. Audi-
 sti credo vt patrū memoria vir illustris fuit,
 cui forma & genere par vxor obuenerat, sed
 fama pudicitiz ambigua. Ex hac vnicus in-
 fans pulcherrimus natus erat, quem cū die
 quodam in gremio habēs mater, grauem cu-
 ris & suspirantem virū animaduertisset, quæ-
 siuit quæ tati causa suspirij. Rursus ille suspi-
 rās: vellem, inquit, dimidia domini mei par-
 te pacisci, vt ita mihi constaret hunc pue-
 rum meum sicut tibi constat esse tuum. Ad
 hæc illa nihil fronte mota vel animo: enim-
 uero, inquit, nequaquam tanto precio est
 opus: da mihi centum prati iugera vbi gre-
 ges meos pascam, & de hoc ipso certum ego
 te faciam. Cūque ille impossibile prorsus id
 diceret: conuocatis qui propè aderant proce-
 ribus, & sponcione interposita, natum illa vl-
 nis extulit: & est ne, inquit, hic verè meus?
 Cūque vir annuisset: illa brachiis protentis
 ei puerum porrexit: & accipe, ait, dono eū ti-
 bi: iam haud dubiè tuus est. Risu astantium
 oborto, pro vxore diffinitum, & vir omnium
 sententiis cōdemnatus est. Crebræ nimis in-
 ter homines huius generis lites ac lamenta
 sunt: proni in nuptias, immo lubrici ac ruen-
 tes: vix videre dicē creditis quo mariti, hoc est
 VIRI

viri sitis, quasi aliter non possitis. De hinc
 præfusi in gaudia, seu verius in furores, con-
 iugij dies primos in strepitu inter epulas &
 choreas agitis, inter epithalamia & iocos &
 cantus & tympana: reliquam vitam omnem
 inter suspitiones & iurgia. Utrobiq; reprehé-
 sibilis: nam neq; rem adeo ancipitē sic ama-
 re, neq; tam inseparabilem sic horrere, neque
 tam amabilem sic odisse decuerat, coniectu-
 risque fallacibus apud hominēs sanctissima
 diuinæ atq; humanæ domus iura confunde-
 re, atq; arctissima vitæ huius vincula dissol-
 uere. D O L. Quid quod meum vxor non esse
 ipsa confessa est? R A T. Singulare velut ali-
 quid narras, quotidiana sunt hæc: alia viven-
 tes hoc fatentur, alia moriētes, quarum ali-
 quæ nunciandum viris post obitum relique-
 rūt. D O. Non esse meum filium ipsa mihi fas-
 sa est coniunx. R A. Fassa est idem Olympias
 Philippe magno viro magni filij iacturam,
 nec fletum nec suspirium nec querelam legi-
 mus. Nunc fabellam accipe ridiculam, sed
 materiæ non ineptā. Circa litus oceani quod
 Britanniam ab aduerso, conspicit, ante non
 multos annos fama est fuisse mulierculam
 inopem, sed formā appetibili & insigni lasciv-
 tia, hæc duodecim paruos filios, totidem ex
 viris genitos habebat, annuis ætatum inter-
 stitiis inter se distantes. Instante autem mor-
 tu

tis hora, vocari propè virum iubet: & non est, inquit, amplius ludi tempus, nullus horum puerorum ad te spectat præter maiorem solum: primo enim anno nostri connubij casta fui. Sedebant tunc fortè pueri omnes humi circa ignem, more gētis aliquid manducantes. Stupente igitur viro, atq; illis rei nouitate suspēsis: illa singulorum patres ordine nominat: quod audiens omnium minimus, qui triennis erat, panem quem dextera & rapam quam habebat in manu altera, in terram posuit, ac tremens desiderio & ambabus manibus in altum erectis adorātis in morem: da, inquit, quæso mihi genitrix aliquem patrem bonum. Cunj; illa in fine verborum patrem parvuli nominasset, & famosum quendam diuitēque hominem, reassumpto in manibus cibo: bene habet, inquit, bonus est pater.

De amisso fratre. Dialog. LI.

DOLOR.

FRatrem perdidit. R. A. Nōdum audio propter quod valde lugeas. Nimis enim verè ait Naso raram esse fratrum gratiam. D. O. Fratrem amisi. Fieri potest enim vt & frater & domesticum simul hostem amiseris. En iactura, rem malam boni nominis perdidisse. DOLOR. Fratrem perdidit. R. A. TIO. Perdidisti forsitan qui te perditum optabat, quique rebus

bus obstabat tuis. Multis quidē magnæ laudis aditum fraternus obstruxit liuor. D O L. Amisi fratrem. R A T. Filiorum fortassis ætutulæ, quod sæpe vidimus, graue iugum, vitæ tuæ æmulum, gloriæ obicem, id quod constat patrimonij participem amisisti. Fratre impio nullus hostis infestior. D O L. At amisipium & beneuolum. R A T. Sed mortalem. Non tutela corporis est virtus verum animi ornamentum, illi gloriam immortalem præstat, corpusculū mortis imperio non eximit, immo quidem sæpe illud ante tēpus in mortē trudit, quod si naturæ suæ linquitur, æquē boni pereunt malique, quin & vulgo imbecilles bonos, & viuaces malos cernimus, immortalem nullum. D O L. Bonum & gloriosum fratrem perdidisti. R A T. Si frater periit, superstes est gloria, virtus, anima, præter quas humana omnia pari mors turbine, propellit ac dissipat. Has tu igitur ceu totidem filios fratris amplectere, atque his bonis immortalibus mortalia damna compēsa, quod si filij supersunt, alij, vera illos pietas tuos facit. D O L O R. Amisi germanum optimum. R A T I O. Auidē illo uti debueras, id si lentius egisti, non mortis iniuria, sed segnities tua est. Illa ius suum exercuit, tuum tu neglexisti. D O L O R. Mors me lussit, non putabam tam citò moriturum. R A T I O. Omnia quæ

quæ nolentibus accidunt citò fieri videntur,
 quæ optantibus autem, serò. D O L. Vix illum
 mori posse credideram. RATIO. Cuncta sibi
 vehementissimus amor indulget, nîlque sibi
 non spondet, amaròsque cogitatus & quic-
 quid est gustui aduersum vitat ac refugit.
 Vnde & qui amant penè sibi æternas delicias
 suas fingunt, tu si fratrem natum noueras &
 mortalem nosse debueras, & id circo si pro-
 uisam mortem inopiam velut aliquid do-
 les, longè erras, si improvisa autem fuit, er-
 rasti. D O L O R. Sciebam mortalem, sed de
 morte non cogitabam. R A T. Inconsulte: sed
 hæc dissimulatio vestra est: vix vnquam mo-
 ri creditis mortales, cùm & contingens mo-
 ri semper & aliquando etiam sit necesse: im-
 mo verò cùm non mori nunquam, mori au-
 tem semper vestræ lex immobilis sit naturæ:
 sed vos assidue morientes sensum à præsen-
 tibus, animum à fine diuertitis: Vulgare ma-
 lum, quod quid est aliud quàm ultro oculos
 eludere, ne radios solis aspiciant, tanquã lu-
 ci ut oculis damnum sit illam nō videre, nec
 minus clarū quod non videas, nec minus ve-
 rum esse quod nescias? quis tam cæcus ut nō
 videat, quis tã hebes ut nesciat? veritati rerū
 nihil detrahic sensuum aut intellectus infir-
 mitas. Vos equidem neq; infirmi neq; obtusi,
 sed quod excusatione careat dissimulatores

eximij & ad fallēdum vosmetipsos ingenio-
 sissimi, qui tanto studio inutilia discitis, ne-
 cessaria nescire nitimini, ne quicquam tamē,
 clausis nanq; sese oculis ingerunt, & nescien-
 di auidum ingeniū irrumpunt, & obliuiscen-
 di cupidam memoriam interpellant, & mul-
 ta indies fert vita hominum, quæ vos cogita-
 re adigant, quod nolletis, quæue dissimula-
 tiones vestras, aut propriis, aut externis exci-
 tent argumentis: sed ad plenū fateor: figmen-
 ta mortalium sola mors discutit. D O. Et mor-
 talem & moriturum fratrem sciui, mortuum
 tamen fleo. R A T. Magna pars humanorum
 actuum superfluit, quid flet mortuum, aut
 quid illi, quid tibi, quidve alij tuus hic fletus
 prodest? ut sit malum mors, quod docti ne-
 gāt, quod nemo negauerit, mali irreparabilis
 est fletus inutilis. Et certē si quid præter ani-
 mi vitium dici miserum decet, si quid peni-
 tus in rebus est flebile, flendum potius dum
 impendit quàm dum transiit: quod regem
 profectò illum non latebat cuius paulò ante
 meminimus. D O. Optimi fratris mortē affi-
 cior. R A. Nullus affectus intensior quàm pa-
 ternus, quamobrem ut quæ in mortē filij di-
 cta sunt, fratris ad interitum transfer, & quæ
 utrobique dici solēt amicorum etiam in mor-
 te profuerint, quæ iactura par summis est fe-
 renda, tamen ut reliquæ: vno enim animi to-
 bore

bore toleranda sunt omnia quæ videtur gra-
uia, & si creditur oppressura sunt. DOLOR.
Amantissimum fratrem amisi. RATIO. In-
uisum amisisse peius fuerat. Illi enim amor,
huius autem ipsa quoque memoria dulcis est.
DOL. Gratissimum ipsis ab incunabulis vitæ
comitem perdidit, solus sum. RATIO. Non
est solus cum quo virtus & honestas habi-
tant, inter quas affixam præcordiis fratris ima-
ginem esse, nec mors ipsa vetuerit: sic nec
frater tuus perditus, nec tu solus.

De morte amici. Dialog. LIB. II.

DOLOR.

AMisi amicum. RATIO. Si ut debes in ami-
co virtutem amasti, illa certe non per-
ditur nec moritur: ideo veras amicitias im-
mortales dicunt, quod nullo unquam dissi-
dio amicorum, nec ipsa demum morte sol-
vuntur, sic discordiam vitiumque omne vin-
cit virtus, ipsa verò nulla re vincitur. DOLOR.
Amicum amisi. RATIO. Cætera cum amiseris
non habes, amicos charosve omnes, tum ma-
ximè habeas dum videantur amissi: præsen-
tia enim delicata, ne dicam fastidiosa, itidem
ac superba, minimis rebus offenditur, ami-
corum recordatio iucunda & suavis est, nil
amatum retinens, nil dulce non retinens. DOL.
Amicum optimū morte amisi. RATIO. Si cōmo-

P 3

ditates

ditates perditas quereris, vtilitatis mihi tu
 calculum non amicitia quidem ponis. Si cō-
 uictum, cogita quā parua pars temporis vi-
 uentium quoque præsentiam exhibet ami-
 corum, quantum curæ, quantum morbi occu-
 pant, quantum sopor ac voluptas, quantum
 quoque peregrinantium discursus, sollicitudi-
 nūque diuerforia, & secessus, quantum de-
 nique studia, quantum ocia, quātūmque ne-
 gocia, nūc aliena, nunc propria, & illa rerum
 multiformium iugis atq; inuicta necessitas,
 cui nulla prosperitas eximitur, conuictui de-
 trahunt exoptato, quot congressus rari, quā
 breues sollicita; moræ, quā duri digressus,
 quā reditus feri, qui obices, quænam impe-
 dimenta, qui laquei: his ac similibus vitæ dif-
 ficultatibus amicitia; compedibus ad me-
 moriam reductis, intelliges quantulum est
 quod tibi mors abstulerit: nam si id in amici-
 tia solum libras, quod vnum illi perpetuū ac
 stabile fundamentum est, prorsus nihil ibi
 mors potuit auferre. Audisti apud Tullium,
 se solantem Lelium, vt illi Scipio suus viuit,
 vt in memoria eius nec extincti amici fama
 nec virtus extinguitur. Quid Scipionem tuū
 tibi nunc viuere prohibet? Sed vos quoniam
 Scipiones & Lelij non potestis esse, nec viri
 quidem esse vultis, & quia summa non pre-
 henditis, media desperatis aut spernitis, quasi

vt

vt poësim, sic virtutem mediocrem nec dii
 nec homines sint laturi. D O. Amicum mihi
 mors eripuit. R A T. Amici corpus eripere
 mors potest, non amicitiam nec amicū. Sunt
 enim ex illorum genere, quæ nec morti nec
 fortunæ subiacent, sed virtuti, quæ vna hu-
 manis in rebus libera, & quæcunque illi sub-
 sunt, libertate donare potēs est: non esset tātī
 precij amicus si tam facile perdi posset. D O.
 Sine amico remansi. R A T. Si rite colis ami-
 citias, nec tibi veteres defunt nec noui vn-
 quam defuerint amici, quin ex hostibus tibi
 amicos ea quidem reddet opinio. Nihil ma-
 gis Augustum Cæsarem conciliauit Herodi,
 quàm quòd is hosti suo amicissimum, seque
 per illum inimicissimū se fuisse professus est,
 sua dignum amicitia iudicauit eum, qui tātā
 fide sui licet hostis amicitiam coluisset: tanta
 est virtutis & amicitiae pulchritudo, vt etiam
 in hoste delectet cogātque illum quoq; ama-
 re qui se oderit. D O. Amicus mihi fidissimus
 obiit. R A T. In memoria tibi sepeliendus est
 tua, vbi clam sæpe tecum sit, & nunquam to-
 tus obierit: qui si tibi fortè aliter quàm mor-
 te perierit, non tu amicum, sed opinionem
 falsam amicitiae perdidisti.



De absentia amicorum. Dialogus LIII.

DOLOR.

Amicorum torqueor absentia. **RAT.** Solet id quidem euenire: sed qui amici mortē ferre didicerit, aliquanto facilius feret absentiam, nec frangat abitus quem non fregerit obitus. **DO.** Abest mihi optatissimus amicus, dextra manus dextérque oculus meus abest.

- **RAT.** Et si irredituri abessent, nihil tamen non ferendum viro dicerem, nunc redibunt & tua tibi restituetur integritas. **DO.** Abest amicus dimidia mei pars. **RAT.** Dimidium animæ suæ Virgilium vocat Horatius, quod à multis postea vsurpatum iampridē in pro-
uerbium venit. Sed si amicus non naturaliter tantum, sed ciuilitè possidetur, quid amici-
tiæ nocet absentia, quo minùs tecum ubi-
cunque sit amicus, sedeat, ambulet, colloqua-
tur vel iocosa, vel seria? & quod præsens for-
tè non faceret, absens faciat? Nam si nil aliud videretis, nisi quæ sunt ante oculos, & sola vos præsentia delectarent, brevis admodum visio & angusta delectatio vestra foret. **DO L.** Amici absentis dulci desiderio laboro. **RAT.** At qui amatis soliti estis laborare non dulci-
bus. Accipe vero nunc quod vulgi aurès vix
capiant, dici nequit quam tenera quamque
fastidiens præsentia sit interdum etiam ami-
corum, sæpe paruis offenditur, vt quos valde
dile

dilexeris, quorúmve præsentiam vehementer optaueris, non amicos modò, sed fratres aut filios, quòd fortè sollicitudinis studio, vel occupationibus tuis obstant, abesse nonnunquam malis. In absentia nil amarū nil quod pungat præter desiderium, quod dulce tamē ne tu ipse quidem negas. D O L. Dilecti absentia me affligit. R A T. Est id fateor commune mulierum atque omnium muliebriter amantium, quorum delectatio omnis in sensibus est. Nihilominus de hispīs Poëta loquebatur vbi ait: absentem absens auditque videtque. Id si ita est, cur non amicus absentem quoque amicum audiet & videbit, nisi fortè purgatiores ad huiusmodi visionē lasciuiæ sunt oculi quàm virtuti, aut plus aliquid dignitatis insano quàm casto tribuitur amori, cui præter honestos ac volucres cogitatus, quos pro libito vagari & esse vbi velint, nulla distantia, nulla vis prohibet, epistolari quoque remedio consultum est, quo nescio an præsentia vlla sit gravior. Romæ quidem erat Marcus Cicero dum ad Quintum Ciceronem fratrem suum proconsulatum Asiæ administrantem scribens: cum tuâ inquit, lego, te audire, cum ad te scribo, tecum loqui videor. Et mox cum ad gloriæ excellentiam exhortans, efficacissimum id dicit: in dictis factisque suis omnibus fraternam sibi

P 5 ani

animo finxisse præsentiam. Nescio an Athenis, an ubi esset Epicurus, dū amico scribēs, Sic fac inquit omnia tāquam spectet Epicurus. Cerrē in Cāpania erat Annæus, dum Lucilium suum in Sicilia degentem literis alloquēs, ut secū studeat, secum cœnet, secū ambulet hortatur, quæ facere ille non posset, nisi animo fierent, & non oculorum neque auriū, non manuum neque pedum ministerio indigerent. D O L. Oculi mei absentem amicum anxie requirunt. R A T. Non possum negare quin oculis aliquid per absentiam detrahatur, animo autē nihil, immo nec oculis quodammodo, ut prædixi, si tamen amicitia vera est. Vnde & illud apud eundem poëtam & legimus & laudamus Pallas, Euander, in ipsis omnia sunt oculis. Et Cicero ipse in epistola quadā, Balbum amicum suum in Galliis sub Cæsare militantem, non solum in animo habere, sed in oculis ferre se dicit. D O L. Amicus abest meus. R A T. Interdum non cognoscitur amicus nisi abesse cœperit. Sicut cunctis in rebus, sic in amicitis, copia ingens gultū hebetat, penuria acuit. Quod si magister amorum intermissionem amantibus vtilem dicit, quibus omnibus in præsentia est voluptas, Cur non eadem vtili sit amicis, quorū in virtute iucunditas tota est, quæ absentix nullum sentit incommodum, cum vbi libet præsens sit

fit? Noli ergo desiderio succumbere, sed amicum mente complectere, quem tibi nec discessus eripiat, nec mors ipsa. DOL. Amici dulcis absentiam amare fero. RAT. Perfer modo, & molliores partes animi presenti virtute consolida. Anariuscula enim hæc quam desles absentia, forsan in tempore chariorem tibi amicum & amici præsentiam effecerit dulciorem.

De gravi naufragio. Dialogus LIIII.

DOLOR.

GRavi naufragio iactatus sum. RAT. Maris tu mihi memoras naufragium, animi autem siles, quasi verò vel gravius vel crebrius vllum sit. Ibi est tempestas illa cupidinum & affectum ceu ventorum repugnantia, quæ vos tensis concupiscentiæ speique velis, gubernaculo mentis excusso constantiæque ancoris in alto perditis, per omnes littorū fluxus, periq; omnia maria circumuolauit: illud te naufragium in hoc traxit, tolle cupiditatē, nauigationem ipsam aut certè periculum nauigandi magna ex parte sustuleris: illa nō in naues solūm, sed in scopulos & in mortē cogit miseros. Itaq; ferè omnes q̄ suis auspiciis in mari pereūt, pri⁹ in animo periere, priusq; illos auaritiæ demersit vnda quàm pelagi. Rara est quidē sine præcipitatione cupiditas,
quic

quicquid enim vult, cōfestim vult, morásque
omnes & illarum comites sumptus odit, ea
brevis in exitium via, & crebri prima naufra-
gij causa est. D O L. Magno naufragio vexa-
tus sum. R A T. Didicisti deum orare votáque
facere & pacisci multa, quorum etsi metus
causa fuit, tu tamē agnosce fidem terræ red-
ditus: non impune deus luditur, odit ille fide-
fragos. D O L O R. Fœdum naufragium passus
sum. R A T. De naufragio non queritur nisi
qui euasit. Gaude igitur saluus & doctior.
Transacti periculi grata solet esse memoria,
sicut ex diuerso finitæ prosperitatis amara re-
cordatio. Quanti verò olim faceres vidisse
Tritones æquoreos & mōtes spumeos aqua-
rum atque assurgentes fluctus in nubila & pe-
lagi monstra natantia? Habes vnde brumali
nocte ante focum fabellas horrificas narres
attonitis, trepidulámque familiam admira-
tione suspendas, iam quid sit poëtica tempe-
stas intelligis, & qui malè credulus stupor
fuit, iam notitia certa est, quam bene vel me-
tu mortis vel iactu mercium sis adeptus. D O.
Duro naufragio laboravi. R A T I O Sine la-
bore nihil discitur, hoc si sapias, perpetuum
documentum tibi erit, ne quando amplius
credere vitam ventis in animum inducas.
D O L. Passus sum triste naufragium. R A T.
Si primum, caue ne secundum adeas, si se-
cun-

V T R I V S Q. F O R T. L I B. I I. 605
cundum, file. Scitum est illud Publij mimographi: improbè Neptunum accusat qui iterum naufragium facit. D O L. Terribili naufragio vix euasi. R A T. Nescio quid terribilius adeo sit in aquis mori quàm in terris, quandoquidem in alterutro moriendum est, seu quid optabilius vermiũ cibis esse quàm piscium: postquam tamen enatasti, cura ne iterum fracto vitam remo aut laceræ credas tabellæ. Disce terrenum animal terram pati, & cœlum potius ambire quàm pelagus.

De incendio. Dialogus L V.

D O L O R.

EX incendio vix abij. R A T. An ne igitur euasisse fortunæ trahis ad iniuriam? sine queri Alcibiadem, qui hostili ex incendio non euasit, quamquam etsi terrestre præiuderis, cœlestibus quis iam obstet incendiis? Romanus mihi rex Tullus Hostilius, & Romanus respondeat Imperator Chatus, quorum primus Romæ in regia, alter in castris ad Tigrim amnem, si communibus historiis est fides, ignè arsit æthereo. D O L O R. Bonis meis omnibus amissis nudus ex incendio enasi. R A T. Quando precor hoc diceret seu Bias, vt omnes volunt, seu Stilbon, vt vult Seneca, qui incēsa patria admonitus seu increpitus quòd nihil suorum bonorũ ex incendio effer

efferret ut cæteri : bona , inquit , mea omnia
 mecum porto. Præclare siue horum alter id dixe-
 rit, siue uterque, quauis hæ voces ex ore primi
 semper auctoris clarius sonent, sed omissio au-
 ctore dicti veritas utique nota est. Hæret nem-
 pe præcordiis vera bona , viuorumque nihil eripi-
 tur possessori, sed ne mortuo quidem. In ani-
 ma enim sunt , quo nec fortunæ nec mortis
 dextra se porrigit: tu saluus & incolumis pe-
 riisse tibi aliquid eorum doles, quæ si tua fuisset,
 procul dubio tecum hodie salua essent. Mi-
 hi etenim crede: vera bona non pereunt. Non
 est aurum virtute nobilius , ne par quidem quod
 non igne consumitur, sed purgatur. D O L. Ma-
 gnum me afflauit incendium. R A T. Cæculus
 nescio quis, famam diuinitatis igne quesuit.
 Apud Virgiliū, Iulij comas flamma corripies,
 primam dubiæ spem salutis attulit. Seruio ca-
 put arsisse, non poeticum, sed historicum regni
 omen fuit. Constat ex flammis Iliacis produisse
 Romani Imperij fundatores. Denique & He-
 liam incendio obiisse, deumque ipsum in flam-
 ma ignis apparuisse, sacræ loquuntur historie,
 ut non immerito vestris in urbibus index hic
 soleat esse lætitiæ , qui tibi materia est dolo-
 ris. D O. Domus igne subito combusta grauit mea.
 R A T. Et templum Dianæ olim arsit Ephesiar,
 quo nil sæcula illa formosius viderunt. Arsit &
 templum cœli deo sacrum Hierosolymis, ipsis
 etiam

etiam qui illud incenderāt miserandum ho-
stibus:& ætate hac Lateranensis arx illa reli-
gionis ac decus eximium orbis terræ bis flā-
mis exusta est, euidens & apertū, vt mihi vi-
detur, iræ cœlestis indicium, non mirabile fa-
teor, sed tremēdum. Ad extremum, vt mino-
res taceam, Saguntum, Numāriam & Corin-
thum innumerāsque alias & sæpe tentauit
Romam & nonnūquam penē ad vltimum &
Carthagiūem semel, & bis Troiam flamma
combussit. Arsere vrbes arsurūque mundū
ipsum credimus: tu in tuam domum ausum
ignem qui in cœlum ac terras arsurus est
quereris? D O L O R. Ex incendio vix euasi.
R A T I O. Euasisti igitur, an id doles, nisi eua-
sisses siluisses, nunc autem viuus cinis cine-
rem fles extinctum.

De graui negotio ac labore. Dialogus E V I.

D O L O R.

GRaui negotio defatigor. R A T. Nulla si-
ne difficultatibus gloria. Nulla non vir-
tus in excelsio habitat hand facile adeunda;
cōfragosum huc durūque & scrupēum est
iter. D O. Nimio labore fatigor. R A T. La-
bor arca est virtutum, requies voluptatum:
nil sine labore laudabile, nil excelsum. Pro-
inde laudis Herculeæ fundamentum labor:
nulla re magis Vlyxes quā labore cognosci-
tur

tur, quantalibet prudentia fingeretur, si ociosa fuisset, ignota esset. Labor Romuleos duces, Scipiadas & Camillum, labor Fabios, labor Curios, labor Fabricium & Metellos, labor magnum quoque Pompeium, labor Hânabilem, labor Iulium Cæsarem illustravit: labor Catonibus, labor Mario famam dedit. Papyrium cursorem ac Posseninum Nigrum laboriosa militia claros fecit. Ut philosophos, ut poëtas sileam, quorum vita omnis, quid nisi clarus ac delectabilis labor est? Quid de artificibus dicam, quibus ipsa qualiscunque est gloria, quo studio quærenda sit, nosti, à quibus industria & antelucana vigilia præueniri: deque hoc queri solitum Demosthenem accepimus, qui profectò non parvus stimulus esse potest magna tractantibus, quando minima quoque sic animos acuunt atque exercent. Proinde omne genus hominum percurrere, ubi famæ multum & plurimum est laboris, & omnino virtutum amatoribus amandus est labor, sine quo ad eam quam amant & quam cupiunt gloriam peruenire fas non est. D O L. Labore exerceor continuo. R A T. Parum profecerit magnus labor nisi sit iugis: nam & ipsa quæ labore quæritur gloria, nisi sit perpetua, nec magna videbitur. D O L O R. Nimis crebris exagitor laboribus. R A T. Nimium &
par

parum pro varietate patientium accipitur,
 ignatio labor omnis est nimius, nullus indu-
 strio. D O L. Multi me cruciant labores. R A T.
 Non te cruciant si vires, sed acuunt & exer-
 cent. Vis autem nosse quid inter laborem &
 delicias intersit, Sardanapalum confer cum
 Alcide, Sergium Oratam cum Attilio regu-
 lo, Apicium cum Caio Mario. D O L. Labor
 me regis extenuat. R A T. Multis pro reme-
 dio labor fuit, & quos quies infecerat, desce-
 cauit deterfitque, nam curare illum animos
 constat & orientibus virtutibus obstare & radica-
 ta conuellere. Denique inter priscae virtutis
 ac saeculi exēptaris causas hinc labor à scri-
 ptoribus ponitur, hinc paupertas. optabiles
 corporum molestiae, quae medentur mole-
 stiis animorum. D O L. Durus est labor. R A T.
 Dura virtus, durus labor, mollis voluptas,
 mollis inertia, similia bene cohabitant, inter
 diuersa diuortium est. D O L. Nimium labo-
 riosa fors est mea. R A T. Oneratum te ingra-
 te accipis: nescis ut nocte media dum dicat
 deo virgines stratis surgunt, algent, vigilare
 & diuinis obsequiis exercetur, adulterae suis
 interim perfruuntur illecebris: dum pro de-
 fendenda patria miles in castris, pro augen-
 da dux in tabernaculo, pro ornanda studio-
 sus inter libros excubat, leno infamis inter
 suas acies inque suis tentoriis conquiescit

Q qui

quibus verò sit melius, diffinire nemo cui vel modicum ingenui sit pudoris, hæsitet. D O L. Labore vrgor acerrimo. R. Bene spera, causa tantum laboris honesta sit, honestus est labor quòve vno claris ascribere nominibus; omnes quidem qui ad gloriam nituntur, laboriosus atq; aduersus trames agunt: ad ignavia deuersa & facilis via est. Deniq; qui quis nascitur, ad laborem nascitur, nec rogū filios exoptio. Labor & virtus vestrae artes sunt, non otium & voluptas, quibus qui se applicant, hi demum à natura hominum degenerant atque in pecudem se transformant. D O. Graui atteror labore. R. A. Idem sedentibus grauis labor qui nitentibus levis est. Perfice modò fortis animo, & assurge, præsentique molestiæ finem confer. Multos quidem labor exulit, multos industria, sopor nullum.

De durastinere. Dialogue LVII.

D O L O R.

DVrum iter pedibus meis ago. R. A. Quid tu igitur alienis malle? Atqui neq; alienis manibus operari, neque alienis oculis videre, neque alienis auribus audire, neq; alieno palato degustare, neque alienis naribus vultis olfacere, quid hoc vnum singulare habes, vt tantum pedibus ambulare delecter alienis. D O L. Pedes eo. R. A. An verò in hunc mun

mundum intraſti eques, an exhibis, quid per
mundū ire niſi eques doles? O principiū hu-
mile, & ō ſinis humilior, quam ſuperba inter
vtrunq; ſunt media, & in breui curſu quanta
prorſus obliuio terminorum, nec vnde certē,
nec quo pergitis meministi. D O. Iter lōgum
eugor pedes agere. R. Cogi quidē durum fa-
teor, cogi autem volens nequit, indignatio &
dolor neceſſitatis pōdus exaggerāt, patientia
& cōſenſu animi fortunæ culpis obtunditur.
Vis non cogi? fac ſponte quod cogeris. Vis vt
iter longū breue fiat? volens i. D O L. Equitare
vellem, pedes ambulo. R A. An infanix parum
eſt vnum ob quadrupedē cuius vſum neſcis,
quādiu tibi fortuna cōceſſerit, naturæ nume-
rum obliuiſci? Quod multi faciunt qui vilis
atq; intractabilis & caduci equi fiducia de-
diſcunt pedibus ſuis ire, quibus quæſo quid
aliud quā diuitem cupias podagram, hoc
eſt pedes inutiles, equos multos? D O L. Lon-
gum iter pedes ibo. R A T. Ibis pro libito, ne-
mo te tranſuehet, nemo morabitur, nemo
conſuet, nemo deſiciet, nemo ager in præ-
cepſ, vnus tibi labor viz, vnum opus ire, nil
tibi aliud, cum vectore negocij. Non cogeris
equum frenare, non pungere, non ad-
aquare, non ſuſternere, non circūducere, non
ſuſcitare, non paſcere, non auſtergum vnge-
re, aut arentem pedis vngulam, & tractare

digitis ancipites clauos, aut nocturnos sudibus
 arcere concursus, & somno exciri, trepidus
 semperque sollicitus quid belua peruigil
 cum vicinis agat, saltem noctibus quiesces,
 nam qui equitant noctu etiam laborant. D O.
 Pedibus longum iter ago. R A T. Calceatus
 forsitan. Sancti autem patres nudis pedibus
 deserta lustrabant. Nunciij dei omnipotentis
 apostoli, mundi climata circuibant, hic ad
 orientem, ille ad occidentem, hic ad arcton,
 ille ad meridiem, nauigantes interdum, raro
 id quidem, neque aliter quam cogente loco-
 rum situ, sed quem precor equitē legis prae-
 ter vnum ex omnibus Ioannem: Neque id
 amplius quam semel, idque perexiguo viae
 spacio, dum, quod Clemens scripsit, & Eccle-
 siastica habet historia, ad recuperandam per-
 diti adolescentis animam, pia illum, festina-
 rio perurgeret. Quomodo autem equita-
 rent, quorum dominus pedes ibat Vix asce-
 lum semel quidem ille mox in crucē ascen-
 surus ascendit. Quod si sanctitate inaccessi-
 bili, hae exempla te praegnant: at Romanae
 legiones quae orbem terrarum subegere, ma-
 gna ex parte pedestres fuisse noscuntur, in
 quibus non se solum usque ad vna suis pedibus
 quisque portabat, sed multorum patrem ac vici-
 num dierum, vallum quoque, quo in sinibus
 hostium castra indies, circūsepta nocturnis
 ab

ab insultibus tegerentur. Vnde eleganter Cicerō noster quodam loco de militibus Romanis agens, cū fortibus viris cæterarum gentium arma non impedimētum, sed quasi vestimentū esse dixisset, hoc præcipuum illis dedit, vt diceret, Romanis solis arma nō vestem esse, sed vt humeros ac lacertos. At cū eas quas dicebam militares sarcinas subiissent, tum domum videri sibi esse vestitos, ne quis moderni sermonis consuetudine lobi possit, militum appellatione pedites accipi, eosque ab equitibus quanuis vterque militet, hoc, secessi nomine solitos multis Romanæ historiæ locis advertere est. Proinde nūquam tibi lenimen ac solaciū laboris horum recordatio paritare potest, non inermi tantum ac vacuo & duro, licet tuto tamen calle pergenti, sed armato, etiam atque onusto & periculoso tramite pedicari. Siquidem nihil ad tolerantiā asperarum rerum efficacius, quàm cogitare eadem multos fortibus animis fuisse perpassos. Pudet enim generosum spiritum, nō posse vnum quod ionumebatiles potuerit, quæ cogitatio eos in laboribus modo qui difficiles, sed in his quoque, qui militum videri videntur in doloribus conspici. Namque in ipsa demum morte proficiat. Non longū ergo durāque iter præbuit, constitutus ager. Nihil æque durum iter

lenit moestumque animum serenat ut nobiles ac suaves curæ, quæ nisi boni & docti, viri pectus incolere viasque omnes comitari nesciunt. Hic si grata societas amici læti & eloquentis accesserit, non tantum leue iter, sed & breue videbitur. Multos iucunda confabulatio sic affecit, ut & viæ duritiem non sentirent & de breuitate longi licet itineris quererentur, neque iuisse sed vectos esse se crederent. Est & illud enim inter mimos Publij notissimum, Comes facundus in via pro vehiculo est.

De sterilitate annua. Dialogus LVIII.

D O L O R.

Sterilitate premor annua. R A T. Iam tibi fertilitas grata erit, optime res omnis contrarij collatione cognoscitur. D O L. Refellis ager meam spem. R A T. Non te ager fallit, sed improbitas cupiditasque animi: cuncta vobis ad nutum successura promittitis insolentes, vestro digni iudicio, quibus ipsa rerum pareat natura, quæ si suum ius seruare ausa profundam semel auaritia vestra præruptamque voraginem, cui nihil est satis impleat, iniqua, insolens vobis & quæra acque iniuriosa videbitur. Non sunt hæc autem istæ nec modestæ spēs, sed immodici signentur desiderij, ea quidem fingitis euentura quæ cupitis, si quid deest damnum dixit utique ager suum

suum morem tenuit, & tu tuum tenes. Terras
 etenim vbertas & sterilitas alterna, sed cu-
 piditas vestra perpetua est. Vos iniquissimi
 omnium interpretes, cum illam gratè & sob-
 briè, hanc patienter ac fortiter ferre debue-
 ritis, illam contemnitis, hanc despectis, illa tu-
 midos facit, hæc querulos. *NOTA.* Ager melio-
 ra pollicitus me sefellit. *N. A. T.* Terram bo-
 bus ac rastris, cælum votis ac precibus fati-
 gatis. Ventorum spiritus, opportunitas im-
 brium, germinum decor, agri species, pulvis
 hybernus, æstivum verum, æstivi soles, matu-
 ritas autumnalis, omnia cupidos in spem tra-
 hant, ut ærentem scopam flamma omnis in-
 cendat, vineam pulcherrimam flatus omnis im-
 pellat, sic avarum animum lucrum omne su-
 spendit atque erigit, omnisque non rei modò,
 sed vel tenuis spei iactura confundit ac deiici-
 cit. Sed fræmate miseri motus incòdinos, infi-
 nitam concupiscentiã coercete, & spem cre-
 dulum nullo tandem delusum successu casti-
 gite, quid alic cœli terrarumq; respicitis? Non
 aliunde fertilitas quàm à deo est. Illū morta-
 les agere finit, & videte quid agitur, & lau-
 date. Sinit opificè operari, & vnius artificij
 perito homini exhibendam reverentiã non
 negatis deo. Pudeat terrea vascula eccle-
 stem figulum arguere, sed in omnibus illi
 voce atque animo gratias agite, qui necessi-
 tatum

tarum conficius vestrarum, neq; cupiditarum
 nescius illis succurrit, his occurrit: utrobique
 misericors utrobique; terribilis in consiliis super
 filios hominum, ut de illo scriptum est, sperate
 iam tandem non in agris vestris, sed in domino,
 & facite bonitatem & inhabitate terram & pasci-
 mini in diuitiis eius, delectamini in domino
 & dabit vobis petitiones cordis vestri, quæ
 ubi coeperitis in domino delectari, auaræ esse
 non poterunt neq; iniustæ. Reuelate domino
 viam vestram & sperate in eo, & ipse faciet. La-
 etate super domino curam vestram & ipse vos
 nutriet: quid ecclestiæ manna editi non nisi terram
 cogitatis, terramque diligitis? Nolite has
 sacras voces et sceleris spernere: nolite auram
 pluiarumque & nepestates idoneas aucupari aut
 precari: nolite in terra spem habere, sed in illo
 qui respicit terram & facit eam tremere, qui de
 saxo durissimo fontes liquidos elicit, qui re-
 denique ab agello tuo falli passus est, ut in il-
 lo spem poneret qui non fallit. Multa
 solita de copia demptum est. Id modo
 subducitur quod plus a quo vel de dedit anni
 præcedentes vel sequentes dabunt. Modestie
 quantulumcunque sat est: auaritia luero crescit,
 eoque fit pauperior qui plus habet. Magna
 viriorum genitrix, magna auxitrix, atque hor-
 tatrix est copia. Patere malis tuis demi ali-
 quid, quo minus copiarum, minus erit insolentia,

tiaz, minusque libidinis. Adde quòd hæc tui
 ruris iniuria apud multos beneficium ac lar-
 gitas haberetur, tuque ipse si assueuisses ino-
 piæ, vbertatē hanc & copiam iudicares, tan-
 tam in iudicio rerū semper consuetudo præ-
 iudicat, tantāmq; vim habet, nunc quid mi-
 rum si temperata fastidiunt, qui supernacuis
 assuevere, qua nulla maior procella mode-
 stiaz est? DO. Sterilitas vrget insolita. R. A. Sæpe
 quidem fortiores viros plaga fert sterilis, fer-
 tilior molliores neque fert modò, sed facit,
 atque alibi natos durat aut molli. Sic molli-
 uit Gallos primum post Romanos Asia, Ale-
 xandrum Babylon, Hannibalē Capua. Con-
 tra verò Romanam indolem durauit & co-
 rtis in morē acuit illa ægens & scopulosa pars
 Ligurum: te quem copia mollebat, durat
 inopia. Sobrietatem te duceat ager tuus, &
 quod libri vberes nequiuerē, glebæ faciant
 aridulæ. Nemo despiciendus est magister:
 disciplinz utilis, discere bene viuere: discere vel
 senex, discere vel nolens, discere denique vel in-
 dignans.

De villico malo & superbo.

Dialogus LIX.

DOLOR.

Villicum insolentem patior. R. A. Insolentem tantum & non furem, bene tecum agitur. D. L. Villicus malus est mihi. R. A. T.

Q 5

Ma

Malum fer æquanimis, villicus nisi pessimus bonus est. D O. Villicum durum ægrefero. R A. Mollem delicatūque ferres ægrius, durities rusticorum epitheton est, duris cum bobus, cum stiva & vomere, cum ligonibus & rastris, dura denique cum tellure luctantur, quid ni ipsi etiam duri sint? si nil aliud est quàm durus, bonus est villicus. D O. Rusticum importunum ferre nequeo. R A T. Atqui vel feras villicum, vel ipse villicus sis oportet, vel incultum rus elige: dura sunt omnia. D O L. Rusticus intractabilis, indigestus est mihi. R A T. Nil horum impræmeditatum tibi esse debuerat, mox ut terram habuisti labores varios prælagire sterilitatem & villici fastidia debuisti. Dixi dñi rure gloriareris excutito, rusticos ultimos hominum terris abominatam iustitiā reliquisse. Si vaquam genus humanum reuiuisceret eosdem illos puto ultimos reperturam, ita quos sequebantur præcesserunt, malorumq; omnium pessimi facti sunt. D O L. Asperimus villicus est mihi. R A. Vbi veritas dixit quòd terra homini spinas & tribulos germinaret, subintelligendum fuit, & rusticos tribulis cunctis asperiores. D O L. Villicus est mihi nequissimus. R A T. Aut villici nequitiam tolerare condisce, aut famem perpeti. Mutare enim villicum non prodeat: ad unum modum ferme omnes facti

facti sunt, nisi quod semper peior est ultimus.
 DOL. Villicus fur est mihi. R A T. Dixisti tan-
 dem quod dicturum przestolabar: ita enim
 furtis addicti sunt, vt eis aliquāto sit dulcius
 id modicum quod furantur, quam quicquid
 ex omni iusto labore percipiūt, & hoc ipsum
 tandem est ferendum, nec queri vnus debet
 quod omnibus eā commune. Profectō au-
 tem & si poēta rusticos ultimos à iustitia de-
 relictos faciat, vt bis dixi, apud vos tamen
 hominem primum humano semine genitum
 & agricolam fuisse constat & parricidam, vt
 fuisse semper pessimi videantur, dumq; id re-
 solis, non mireris fures. D O L. Villici culpa
 rus perditum ac desertum est. R A T. Hoc
 quotidie multis clarioribus, Anaxagoræ ac-
 cidit, & Architz, vterq; credo doluit, neuter
 excanduit.

De furtis. Dialog. LX.

D O L O R.

ID modicum quod superest à furibus vix
 defendo. R A. Rure te villicus tuus pacien-
 tiam malihuius edocuit, quāq; in urbibus
 exhiberes. D O. Me fures infestant. R A. Con-
 tra hoc malum nil querelis agitur, supplicia
 opus est. Interim custodia proficit vigilantia.
 Sunt qui nihil custodiant & accusant fures,
 cum vetus sit prouerbium, quod occasio fu-
 rem facit. D O L. Limen meum fures obsident.

R A T.

RAT. Claude ostium, obde seram, aperi oculos atq; intende, si negligis, temetipsum culpa. Rarò fur intentis obfuit. Illi iustius queruntur quibus non sunt domus, quales sunt quidam populi sub meridiem & sub arcton, & ideo apud Scythas vt scriptum vides, nullum scelus furto grauius. Et sequitur ratio: quid enim inter syluas superesset si furari liceret? DOL. Fures mihi subtrahunt res meas.

RAT. Suas fieri volunt, nec tu vetas. Puta ergo negligetiam tuam plecti rerumq; te tuarum custodiam hoc precio doceri: vtilia non discuntur gratis. DOLOR. Mihi molestissimi fures sunt. RAT. Importunum planè genus hominũ, iure optimo bonis omnibus odiosum, non modo vt pestilens sed vt vile. Sic enim habet: non enim aliter quàm summa animi vilitate aliquè ad hoc trahi. Haud immerito igitur Aurelius Alexander princeps iuuenis, sed bonus, tanto furum odio flagrauit, vt de illo scribat Helius Lampridius si quem talium vidisset, paratim digrum habuisse vt illi oculum erueret, tantiq; cum Scymachi fuisse in furorum infamia laborans, vt si eos casu aliquo videret, commotione animi choleram euomeret, toto vultu inardescente ita vt nihil loqui posset: nobilis propterea indignatio generosi animi, verè ingens furum foeditas, quæ viro forti & sublimi sic subit

bito nausca extorqueret. Quinimo, cum quidam ex honoratis aliquando furti reus ambitiosè tandem favore quorundam amicorum regum ad militiam aspirasset, & statim in furto deprehensus esset, vix enim illi vitio assueti desistere vnquã sciunt: quæ fuit Alexander à regibus qui illũ promouerant, quid apud eos paterentur fures, cumq; illi respondissent, crucem, illico eum de illorum sententia crucifixit. DOLOR. Furtis infestor. R. A. Contra furta bona est vigilantia atque custodia, sed optima est paupertas. Quandiu aliquid erit quod furibus dulce sit, eorum vel manus cerrè vel oculos non euades: vis fures non metuere, pauper esto.

De rapinis. Dialog. LXI.

DOLOR.

A Prædonibus spoliatus sum. R. A. Quam-
 nis civili lege, nisi fallor, scriptum sit
 quod nullus fur improbius quàm qui vi rapit,
 sunt tamen clandestini fures me iudice
 viliores. Alii enim fraude agunt, hi autem vi.
 Et ideo iuxta sententiã Ciceronis: illi vul-
 peculis, prædonibus assimilantur. Adde quod
 fures rebus spoliant, ingeruntq; suspiciones:
 ut prædonibus spoliassè ferè sat est, suspitionibus
 non relinquunt locum. DOL. In prædo-
 nes incidi, qui me nudum reliquerunt. R. A. T.
 Incidit

Incidit in prædones Cæsar, à quibus nō spoliatus modò sed captus magno se tādē precio redemit, futurus rerum dominus, quamvis huic damno solatium ultio mox secuta præbuerit, non exiguū lenimen iniuriarum. Incidit in manus hostium Regulus totiens iam victor, qui magno cum imperij vestri damno atq; discrimine eūdem immani supplicio peremerunt. Incidit in hostes quoque Valerianus Imperator, qui cum multo cum imperij dedecore fœdo senili seruitio confecerant: tu si nihil ultra quam spoliatus es, & fortunæ tuæ & prædonibus gratiā habe qui tibi libertatem vitāque reliquere. Non est enim aliud beneficium latronū, quā quod Cicero ait in Philippicis, cōmemorare possint his se vitam dedisse quibus non ademerunt. Fer tu igitur sortem tuam communem tibi cum magnis his atque aliis claris viris, etsi compareretur, facilem etiam atque oprandam, neque fœlicior esse velis his qui dicuntur fœlicissimi.

De dolo malo. Dialog. LXXII.

DOLOR.

A Circumscriptoribus sum deceptus. & q
Miraris, Mirarer ego si inter hominē
conuersando illæsus euaderes. Quis homo
enim hominem non decipit? Fides exulta,
regnat fraus, hocne nunc nouiter perspicias?
Non

Non tanto studio neq; tot laqueis venatores atq; aucupes feras ac volucres captant, quot versuti homines alios quosque simplices. Quod si vnquam verum fuit, vestra ætate verissimum est. Monstrantur digito fraudum magistri, & ille prudentior iudicatur qui peritior est fallendi. Visne igitur non decipi aut morere aut fuge hominum consortia. D O. Dolo malo vnde non timui circumuentus sum. R A. Si timuisses, deceptus fortè tam facile non fuisses, & nunc cogita an tu quemquam aliquando fefelleris. Estis enim ferè omnes ad fallendum proni, feres autem facilius ab altero tibi fieri, alteri quod feceris. Sed vos & quæ facitis aliis non sentitis, & quæ ab aliis fiunt vobis pati non potestis, rerum omnium iniquissimi iudices. D O. Dolo amici datum tuli. R A T. Erras vt in multis: nullus in amicitia dolus est. Sed in hoc etiã vulgo erratis, amicos creditis qui non sunt: amicitiaq; rem inextimabilem atq; sanctissimam facili probatis experimento, vsq; adeo rerum vilium curiosi, leui comestatione, aut breui cõfabulatione queritis amicum: nec citius queritis quam perditis, si tamen quod non habetur perdi potest. Postea ab amicis vos deceptos dicitis, & hanc infamiam amicitie iniuritis incoenti. D O. Dolo damnificatus sum. R A T O. Multis profuit falli, eris cautior in reli

reliquis: quidam parvæ rei damno maximarum rerum pericula declinarunt. D O L. Circumscriptor iniquissimus me fefellit. R A T. Immo tuū exercuit atque excitavit ingeniū, docuitq; non fidere nisi expertis & probatæ fidei. Enumerarem exempla quibus casum tuū solareris, nisi essent innumerabilia. Quis enim vivens non decipitur? Quicquid mali mortalib' accidit minus est quā quod homo patitur ab homine: Et quoniam sequi omnia nec possibile nec necesse est, memento Caninij, qualiter Syracusis fuit dolo malo quondam à Pytio circumscriptus: habet tamē Caninius quo solari queat, eques Romanus ab extraneo & vivente deceptus, cū Augustus Cæsar Imperator Romanus à Romano cive moriente delusus sit: nota res est, ut Marius quidam qui ipsius Augusti beneficio ab infimo militiæ gradu ad summos honores atq; opes ascēderat, semper publicè prædicare solitus, se illum vnum hæredem habiturum, eiq; bona sua omnia relicturū, à quo omnia percepisset, id ipsum cū pridie quam obiret eidem affirmasset Augusto fraudulētum spiritum emisit, tandem nulla Cæsarei nominis, vel tenui mentione in testamento habita. Dignus verē cuius cadauer vico in Tyberim traheretur, qui dominum ac benefactorem suū fallere nec morte dedisceret.

De

Angustè habitò. & A. T. Angusta domus ad multa est habilis; inter alia cõtra fures utilis, de quibus pauloãte querebaris, qui in ea latebras nõ habent, sicut ex aduerso de magna domo rectè dicunt, quòd dominum fallit & prodest furibus; arctam sanè vel amplam domum pro numero inhabitantium accipio, tu nunc ut tibi videris angustè habitas. At quãto habitat angustius anima tua quãtòq; foediùs inter sanie & cruorè, nec migrare illam inde si fieri possit vnquam velis.

D. Q. L. Arcta domus est mihi. & A. T. Domus lutea celestem animum non angustat, sæpe parua domus magnæ gloriæ capax fuit, cum magna interim multæ infamiæ plena esset: non format domus animum, sed ab illo formam accipit: ut læta igitur atq; honesta pauperum tuguria esse possunt, sic infames mortuq; regum arces diuitumq; palatia. Nulla tam parua domus est quàm non amplificet magnanimus habitator magnòq; hospiti præstet idoneam.

D. O. L. Parua domus mea est. & A. T. Parua Euandri regia magni cœpit Alaridi, modicis ædibus futurus mundi dominus natus est, Cæsar: pastorali casa Romulus ac Remus tã magnæ vrbis auctores educati: non amplis atrijs habitauit Cato: volu-

R bili

bili dolio Diogenes, Angusto tugurio Hilarion: imis terræ specubus sancti viri: in exiguis hortulis magni philosophi: sub diomodici sue sub tentoriis summi duces: in stupendis palatiis Caius & Nero: tu cum quibus habitare mallets, elige. D O L. Angusta est mihi domus & humilis & inculta. R A T. Muri fures ventosq; submoueant, & utriusq; peiora vulgi tædia, recta frigus, æstus, soles, imbres arceant, turres aëreæ volucribus, domus ampla superbix, ornata luxurix, referta cupidini, nullum virtus spernit habitaculum nisi vitii occupatum. D O L. Perangustè habito. R A T. Vísne tibi domus omnis amplissima videatur, sepulchrum cogita.

De carcere. Dialog. LXIIII.

D O L O R.

C Arcere claudor indigno. R A. Melior est indignus carcer, quàm indigna libertas, multoq; satius immeritum pro iustitia mala pati, quàm per scelus bonis affluere, quantum nec mala ista dici debeât, neq; hæc bona, sed loquor ut vulgus, quod dolorem malum ingens, voluptatem summum bonum iudicat. D O L. Carcere clausus sum. R A T. Quis non carcere clauditur, aut quis inde digreditur nisi dum moritur? Vetus hæc tua omniumq; fors

fors est, vnde propriæ, vnde nouæ igitur que-
 relæ? Itæ enim scito, ex quo die natus es &
 antequam nascereris, in carcerem atque in
 vincula missum te, illius imperio cui omnis
 cœli ambigus, exigua domus est: & si quid
 summo creditur pœtæ, tenebrosum utique
 carcerem & cæcum. Illius carceris exitum
 si foelicem cupis, huius angustias non hor-
 rebis, sicut nec supplicia, nec mortem, nec
 humani aliquid ad quorum patientiam &
 contemptum nisi præparatus armatusq; erit
 animus in quacunque fortuna, calle graditur
 ancipiti. D O L. Turpi carcere claudor atque
 angusto. R A R. Nullus carcer turpior & angu-
 stior nullus, quam iste corporis quo vsque
 adeo delectaris atq; vnde tantopere solui ti-
 mes. D O L. Carcere detineor importuno. R A.
 Multos periculo instati atq; hostiũ manibus
 carcer eripuit, Multus limen carceris pro cly-
 peo fuit & quod intrasse profuerat exisse no-
 cuit, vt exitu admonui quod horruerāt, utile
 quod optauerant, miserum facerentur. D O L.
 Carceri mancipatus sum. R A T. Quid scis an
 fortasse nō carcer, sed vt dicitur custodia sit,
 quotiens vinculis explicitos hostilis mucro,
 siue hoste sœuior paupertas inuasit? quotiens
 euasisse pœnituit, & carcerē quē diuturnum
 queri cœperāt, non fuisse perpetuum quæsti
 sunt? Vidim' in carcere quosdā lautē viuētes.

R 2 mor

mox inde digressos tenuem ac difficilem vi-
 tam mortis sine clausisse. D O L O R. Misertari
 in carcere vitam dego. R A T. Quidam libros
 in carcere texuerunt, tu querelas texit inuti-
 les. Quidā literas in carcere didicere, tu pa-
 tientiam dediscis. D O L. Carcerali custodia
 vinctus teneor. R A. Pleriq; cāuernis ac spe-
 luncis, alij se murorum angustiis includere,
 carcerem spontaneū vel dei amore vel mun-
 di odio vulgiquē fastidio eligentes: tu si hoc
 animo non es, tuq; carceris finem cupis, ex-
 pecta: aut te hinc homo eruet, aut mors quæ
 clauem carceris alterā habet. Vnus quidē
 introitus, exitus multi sunt: alium misericor-
 dia, alium ius eruit, alius innocentia sua, alius
 custodū negligentia euasit, alius precio, alius
 ingenio, & vel subterraneis cuniculis, vel per
 tenebras amicæ noctis elapsus est, quibuscūq;
 patrum memoria terræmotus & ruina carce-
 ris viam fecit: ad postremum quos nihil emi-
 serit, mors absoluit. Nec minus varij euadē-
 tium euentus. Maritum consulatui carcer de-
 dit, Iulium Cæsarem Piratarū custodia sum-
 mum misit ad imperiū. Hac ætate quidam
 de limine carceris ad dominum transivere,
 & cæternam sibi excussam iniecere aliis. De-
 nique regulum & Socratem multosque alios
 non tam carcer extinxit, vt visus est, quā
 carceri clarus finis eripuit. Et ad summam,
 quosdam

quosdam carcer ad insignem gloriam, alios
ad eximiam fortunam, ad regnū alios, mult-
tos ad coelum misit. ad sepulchrum omnes,
nullum cepit quem non redderet.

De tormentis. Dialogus LXV.

DOLOR.

Iniste torqueor. **RAT.** Quid nunc diceret
si iniste? Nullum nempe tormentum con-
scientia maius est. Illa, in columi, hæc externa
despicito, intra te est consolator tuus. **DOL.**
Torqueor prorsus indigne. **RAT.** Tortoris mi-
serere tui, ille te gravius torquetur, quamvis
enim mundus obstrepat: minus mali est pati
iniuriam quàm inferre. **DOL.** Torqueor. **RAT.**
Novum mali veteris lamentū: nunquid enim
non antea torquebaris? inter tormenta na-
tus, inter tormēta vixisti, inter tormenta mo-
riturus: quid nunc novi accidit? Mutatur tor-
mentorum species, tormenta non desinunt
excute totum tempus ætatis, quem sine tor-
mentis diem egeris, recordare. Aliqua falsis
forſan gaudiis adumbrata reperiēs, veris au-
tem plena tormentis, quibus si acriter æsti-
mes, nullam vitæ partē vacare faterberis. Vnde
nō immerito quibusdam omnis vitæ sup-
plicium viſa eſt: ſed vos nihilominus quam
hæ philoſophicæ voces tangunt, hærent qui:
quem aurium vetitibulo, mentis clauſtra non

R 3 sub

subeunt, hic ad omnem corporis offensionem
 lam ingemiscitis, animi iuge mortiferumq;
 supplicium non sentitis: illic impatientes, hic
 hebetes. DOLOR. In eculeum leuor. RATIO.
 Quid refert, in eculeum an in lectulum tor-
 quendus ascenderis? Te carnificis nodus
 premet: at hunc febris, hunc podagra, hunc v-
 xor, hunc filius, hunc amica, hunc diuitiar, hunc
 paupertas, hunc medici manus, hunc magi-
 stri ferula, hunc nequam seruus, hunc domi-
 nus insolens, hunc infinita cupiditas spesque
 anhelat, hunc torrore quolibet peior metus.
 Perquite mortalium status, vix illum inue-
 nies non in eculeo pendentem: sed cum mil-
 le sint eculei, nisi ligneum non timeris? DOL-
 Torqueor. R A T. Aut innocentia in tormē-
 tis, aut iustitia teipsum consolare: nam si in-
 iuste torqueris gaudendum est; experimen-
 tum tibi atque aliis & fulgor quidam tue vir-
 tutis accesserit, attractati ac sublati fragran-
 tior ac notior fama erit: vt bene oleana, teru-
 tur aromata, & pulcherrima rerum ne lateant
 attolluntur. Sin id iuste pateris acquiesce re-
 medio, & concretæ sordes flammis aut aspe-
 ritatibus eluuntur, & magni mali medicina
 tristior sit oportet: quem morborum tædet,
 amara non respuat, quem scelerum poenitet,
 supplicia non recuset. D O L O R. In eculeum
 tollor. R A T. Si immeritis, habes vnde exakp
 szui

sequitiam alienā despicias. At si meritis, unde à terra diuulsus ipse tuū clarius aspicias crimen, quódque commissum doles non doleas plecti. D O L. Torqueor. R A T. Aut tentatur virtus aut punitur vitium, alterum sæpe vile, alterum semper expediens. Bona exercitatio iusti est, pessima nocentis impunitas. D O. Torqueor. R A T. Disce iter ad patientiam & ad mortem.

De iniusto iudicio. Dialogus L X V I.

D O L O R.

I Niusto iudicio damnatus sum. R A T. Vnius iudicis, aut paucorum voce testium damnatus populi vocibus, aut tacito iudicio, quódque est melius conscientia ipsa tua, quódque est optimum diuina sententia absolendus. Siquidem ad tribunal æternum iudicis iusti prouocatio salua est: solet is perperā iudicata rescindere. D O L O R. Iniuste iudicor. R A T. Vt iustitia iniustos, sic iniustitia iustos premit. Vbi igitur iniusta damnatio, ibi iustus est reus: nemo autem tam demens nisi insaniat vt hæc perueriti scéque iniusto iudicio premi velit. Nemo tam pavidus nisi sit pessimus, vt non potius daminari eligat iniusto iudicio quàm absolui. Tanto enim id satius, quanto est melior oppressa iustitia quàm imperiosa nequitia, quantóque est opta-

R 4 bi

bilior mēs bona quā propitia fortuna, quā
 uis illa laboribus, hęc delitiis affluat. Plus di-
 cam, tanto est melius iuste etiam damnari
 quā iniuste absolui, quanto est peius impu-
 nitum quā punitum crimen: in hoc enim
 scelere iuncta iustitia est, malo quidē magno
 bonum ingens: in illo autem scelus & impu-
 nitas, quæ nescio an scelere ipso peior sit, una
 cerrē & iustitiæ hostis & multorum radix est
 scelerum. D O L. Iudicio grauior iniquissimo.
 R A T. Mēs in solido fundata & bene sibi cō-
 scia humeros habet inexpugnabiles, super-
 impone quæ tumlibet damni, infamiae, sup-
 plicij, nullo fasce curuabitur, & viribus suis
 & multo maximē celesti ope cōsistet. Erunt
 præterea quorum sese paribus soletur euenti-
 bus haud spernendi comites. Romæ Furius
 Camillus ac Liuius Salinator: Athenis Ari-
 stides atq; Melciades, multiq; alij: inter quos
 quidem, quod mireris, Cicero & Socrates: an
 te horū alicui, an Publio Clodio similem fie-
 ri malis? atq; horū quisque ciuis optimus &
 in sua vrbe clarissimus, sed iudicio damna-
 tus, & vel in exilium, vel in carcerem vel in
 mortem actus. Ille verō scelestissimus, & in-
 ter multa flagitia notissimū quoque cōuictus
 adulterij, violentarūque religionum con-
 cordibus omnium iudicum sententiis abso-
 lutus est, quisquam ne adeo falsa metuens infa-

infa

infamiae est, qui non illius absolutioni Ciceronis hostis sui damnationem atque exilium anteponat: sed humana hæc atq; communia. Sin alius aspicias, videbis pressum falso iudicio cœli regem familiamque eius dilectissimam tanti vestigiis hærentem ducis, & qui hunc postea securi sunt, tanta innocentia tantisque virtutibus in hosippos iudiciorij turbinis incurfus ac scopulos incidisse. **DOL.** Falso iudicio offendor. **R. A. T.** Est qui te iudicet, is qui facit iudicium iniuriam patiētib; quiq; aī mea est ultio & ego retribuam eis in tempore. Est & vbi non cogitas, ipso iudicis aut testis in pectore, magni ibi habitant ultores, nullius beluz morsus est acrior quàm conscientia **DO.** Iniusto iudicio læsus sum. **R. A. T.** Illatis iniuriis bene uti, ars nō vltima est, qua instructo sæpe profuit iniquitas aliena, cum sua cuique semper noceat, profit nunquam. **DOL. O. R.** Innocens damnatus sum. **R. A. T. I O.** Quid igitur nocens malle? Sic enim Xātipæ coniugi Socrates moriens respondet, muliebriter lamentanti, quod is innocens moreretur. Arqui & si aliqui contrarium opinati sint, longè tamen est innocentem condemnari tolerabilius quàm nocentem. Hic enim solum supplicij graue est, illic & causa supplicij. **DOL.** Iniusto populi iudicio damnatus sum. **R. A. T. I O.** Expectas vt populus in te re-

R 5 Etum

Etum videat, quod nec in se nec in alio un-
 quam vidit? Magnum tux innocentix argu-
 mentum fuerit à nocentibus condemnari.
 D O L. Populus immeritum me condemnat.
 R A T. Idem hercle non immeritum, sed mul-
 ta & magna pro meritum Camillum, de quo
 nunc loquebar, & Linium ipsum, denique
 Scipionem Africanum aliosque Cornelios
 tales viros iniustis iudiciis agitados ad volun-
 tarium coëgit exilium. D O L. A rege innocēs
 condemnor. R A T. Et regum plerumque sen-
 tentix non iustitix, sed vindictæ sunt: quis-
 quis liberius verbum contra licentias regias
 emisit, cuicumque in interitu libertatis frōs
 obductior fuerit, is læsæ reus erit maiestatis.
 D O L. Sed condemnor à iudicibus. R A T. I O.
 Iniquo iudice nullum venenosus est animas
 à serpente læsos se dolent quidem homines,
 non queruntur: fecit enim serpens quod suū
 erat, quanuis non quod placitum patientia
 certè iudices erant qui eos etiam de quibus
 dixi Socratem condemnarunt, Clodium ab-
 soluerūt, quorum vtrum esset iniquius dubi-
 tari potest. Proinde in populis aut sub regi-
 bus atque iudicibus degenti, propositum
 animo esse debet, aspera quælibet & iniu-
 sta patiēda si veniant, non despecta cum
 venerint.

De Vita.

EXilio peller iniusto. R A T. Quid tu igitur, iusto pelli malle exilio? Nempe quod ad iniuriæ cumulum ais, in diuersum trahitur: habes enim iniusti exilij solatium comitem iustitiam, quæ iniustos ciues destituens te secuta tecum exulat. D O L O R. Iniusto exilio pulsus sum. R A T. Ante rex expulit, an tyrannus, an populus, an hostis, an tu ipse? Nam si rex, aut iniustum exilium non erit, aut ipse non iustus, atque ita nec rex quidem. Si tyrannus, ab illo te pulsum gaude, sub quo boni exulant, fures imperant. Si populus, moribus ille suis vitur, bonos odit, & his quoque multiceps tyrannus nunquam sui similem pepulisset: Non te igitur patria, sed malorum cœtibus arceri, neque in exilium, sed in partem bonorum ciuium cogi putes. At si hostis, agnosce iniuriæ leuitatem, non hostiliter lauiit, qui omnia cum posset, patriam abstulit, spem reliquit. Sin tu ipse, mores populi perosus aut tyranni abitum elegisti, non modò ne doleas, sed etiam gloriare virtutē patriæ prætulisse: non tu sibilem, sed honestam & prorsus inuidiosam bonis atque optabilem non iam exilij, sed absentiae causam habes. Spōte Pythagoras Samon liquit, Athenas Solon, Lycurgus

gus Lacedæmonia, Romam Scipio. DO. Exilio
 damnatus sum. RAT. Multos exilium hone-
 stauit, multos acrior aliqua fortunæ vis atq;
 iniuria notos reddidit & illustres: quid te ve-
 tat illis inseri, qui quasi ignem de silice clarâ
 famam collisionibus quæsiere? D O L O R. In
 exiliū agor. RAT. Habes in historiis magnos
 rei huius socios, quorum speciosissimus co-
 mitatus, nō sensum modò doloris imminuat,
 sed obliuionem afferat. Non minor in exilio
 Camillus fuit quàm fuisset domi: quantus ci-
 uis, quantus exul, qui victorias ac triumphos
 non iustitia minus quàm prosperitate cōspi-
 cuos in Capitolium duxit, mox hic pulsus
 pro accepta iniuria ingrata salutē patriæ re-
 pendit. Non faciliè aliud tam clari exulis exē-
 plum fateor: sed Rutilius & Metellus tā nihil
 exilio fracti sunt, ut Rutilius revocatus ab
 illo cuius nutui non parere capitale erat, exi-
 lium amplexus, reditum contempserit, seu ne
 vlla in parte senarui iniustisq; licet legibus
 patriæ obstaret, seu ne fortè exul iterum fieri
 posset: At Metellus eodem quo in exilio pro-
 fectus erat, vultu atque animo remearet. His
 Marcellus accedat, hic ultimus qui in belli
 civilis tempus incidit, pulsus nempe, non so-
 litam modò cōstāciam honestarūque ar-
 tium studium nō omisit, sed strinxit arctius,
 & publicis liber curis, vni excolendo animo
 tam

tam ardentem incubuit, ut ad scholas missus
 honestissimas, non ad exilium videretur quod
 quidem in Cicerone conspectus operum splen-
 dor & literarum copia maior facit, non exilij
 modum, sed carceris dulce solatium. DOLOR.
 Exilium patior. R A T I O. Exilium breue ci-
 to te patriæ tuæ reddet: longum verò aliam
 tibi patriam dabit, unde exulent qui te exulē
 volvere, dedissetque nunc si ad naturam rerum
 non ad opiniones hominum aspiceres. Valde
 enim angustus est animus qui sic ad vnum
 terræ angulum se applicat, ut quicquid extra
 sit exilium putet: multum abesse exilij deplora-
 tor ab illa animi magnitudine, cui totus
 orbis carcer exiguus videtur. Interrogatus
 Socrates, cuias esset, mundanus, inquit, sum.
 Verè Socraticum responsum, Atheniensium
 se alius respondisset, Socrati autem patria
 omnium mundus erat, non hic solum quem
 vulgo mundum dicitis cum pars vltima mū-
 di sit, sed cælum ipsum quod hac rectius ap-
 pellatione comprehenditur. Illi patriæ desti-
 nati estis ad quam si suspirat animus, quali-
 bet in parte terrarum peregrinum atque exu-
 lem se nouerit. Nam quis patriam vocet ubi
 non habitat nisi ad breue tempus? Illa verè
 cuiusque patria dicenda est, ubi quisque per-
 petuò securus ac tranquillus deget: quære
 hanc in terris, putò irrita erit inquisitio. Vbi

naturæ autem lex est data mortalibus ac præscripti fines, dum hic viuitur terra omnis patria vestra est, intra quam qui se exulem facit, non tam rei quàm animi vitio laborat. Non habemus hic manentem ciuitatem, dixit Paulus. Omne solum forti patria est, inquit Naso. Omne homini natale solum, ait Statius. His te vocibus armatum, velim quibus vbique vnus & vel nunquam vel semper in patria tua sis. D O L. Ire in exilium iubeor. R A T. I sponte, peregrinatio erit non exilium, & memento quibuldam exitum, quibuldam verò reditū pro exilio fore: sunt quibus nunquam peius quàm in patria sua sit. D O L. In exilium cogor. R A T. Cupiendo quod cogaris, efficies ne cogaris. Omne violentum patientia vincitur, & desinit esse violentū quod volenti fit. D O L. Ire in exilium est necesse. R A T. Tu fac volens quod vel nolens faceres, fac lætus omnia, ne quid mortuus patiaris: ita omnem vim necessitatis, omnes lauos quos adamantinos illi tribuunt catenasque, omne tedium molestiamque, discufferis sed vos impossibilia cupitis, necessaria fugitis, vtramque nequicquam. D O L. R. In exiliū eo. R A T. O. Immo forsan in requiem, sub obtentu falsæ miseriæ vera fœlicitas, iam saltem ab inuidia tutus eris, prospera mixtamque cum gloria securitatem arripe: tutis & honestis lacrimis

bris nihil est dulcius, nullæ his conferri pos-
sunt urbium plateæ. DOLOR. Pector è pa-
tria. RATIO. Pulsam te pessimis, optimis
insere, neque te patria, sed patriam te indi-
gnam rebus proba. Sentiat illa quid perdi-
dit, tu nihil perdidisse te sentias, mali ciues
tui tardio simulque præsentis odio ac suspi-
tione careant, boni autem amore absentis ac
desiderio reneantur sequanturque oculis ac-
que animis abeuntem: illi se solos linqui do-
leant, tu te cominatum gaudeas proficisci, ne-
que in tergum respicias, neque reditum co-
gites, neque cum illis esse cupias qui te cu-
piunt abesse, neque demum quod à te fieri
debuit, ab alio factum ægre feras: debuisti
credere civium invidiæ, utque illam fugeres,
utro in exilium ire. Huius ego consilij dux
eram: nec exempli duces deerant clarissimi:
nam imprimis tres magnos. Scipiades id fo-
cisse noveras, tamque perseveranter ut pa-
triam sua præsentia qua nil clarius habebas
spoliatam indignam quoque cineribus de-
functorum: quidam insuper famoso dignam
epigrammate iudicaret: nomina sunt im-
mortali memoria quæ tibi per famam per-
que omnis historię fidem ignota esse nō po-
terant, Africanus Nasica, Lentulus. POLO.
Mittor in exilium. RATIO. Immo in experi-
mentum tui, videris quom te in exilio præ-
beas,

beas, si succumbis exul verus, si consistis exilio clarus, ut multi olim qui inuicti & fulgidi per asperitates incesseant, ut sequentibus rectum iter ostenderent. Sine tyrannos scire, sine populum furere, sine hostes ac fortunam fremere: pelli potes, capi, exdi perimi, vinci autem nisi manum extruleris non potes, neque ornamentis tuis spoliari, cum quibus quocunque ieris & ciuis & patriæ principum vnus eris. DOLOR. Exulatum pergo. RAT. Perge alacer, I securus, nescis quàm longa sint brachia tui regis: nihil illi longè est: ubique te proteget qui protexit in patria.

De obsessa patria. Dialogus. LXVIIII.

DOLOR.

Obsessa est patria. RATIO. Obsessa fuit Troia, obsessa Tyrus, obsessa Carthago, obsessa Hierosolyma, obsessa Numantia & Corinthus, euerseque omnes, quem iam pudent oblideri? ipsa vrbium caput Roma obli-
dione cœtata est, sed cum iam Roma esse defuisset. Quid Capuam, quid Tarantum, quid Syracusas, quid Athenas, quid Vchios, minorisq; alias loquar? Sunt & sua vrbibus fata & paucæ fatum oblidionis euasere. Sed longitudo temporum notitiæ rerum obstat, ut ipsis etiam ciuibz suarum fata vrbium sint ignota præsentem sentis oblidionem. Nec fu-

tu

turas promissas, nec prateritas meministi: hic
est usus quod te premit desies: valde sensibus
dediti estis beluorum more. D O L. In patria
sum obsessus. R A. Dicebam te incommodum
tuum flere, id optabile videri posset exilium,
et quod minus officiat libertati, dentrum sa-
ten efficit: si libenter sentiri videretur: ille &
inclusus egredi, & exclusus ut egredi, & ubi
voluerit esse posset. D O L. Obsessus in patria
mea sum. R A. Obsessus Priamus, non ciuis,
sed rex in patria sua fuit, cum tota illa famosa
magis quam fortunata familia. Obsessus Ar-
gis Antigonus Macedonum rex, & Eumenes
Pergamobessus: hac ætate intra urbem la-
nus non facilius Popertus, nullo veterum re-
gum minor, si quæ vestros reges facit vera vir-
tus attenditur, in homuncio sortem regiam
lancetans? Obsessus Ambrosius, obsessus Au-
gustinusambo simul intra Mediolani ambi-
tum. Obsessus ad vltimū Augustinus idē in-
tra episcopi sui muros, quo tempore misera-
tus lachrymas suas Deus à terrena illū obfi-
dione ad celeste regnum trātulit. D O. Obsi-
deor. R A. T. Et quis oro non obsidetur? Hos
peccata obsident, illos morbi, hos inimicitie,
illos curæ, hos negocia, illos ocia, illos diui-
tiae, hos paupertas, illos infamia, hos laborio-
sitas, illos facelebritas. Omnes corpus quod tantopere
colitis & amatis, ille vos carcer artissimus

S. cir

1642. M. PETRARCA. IN DE RVEMENTE
 circūcingit, in quo obsideri obsidione perpe-
 tit. Ipse orbis testis ubi fremens & bellis affi-
 ctus infans, ubi imperiorū terminos ac re-
 gnum tanto studio prolatatis, quā à nobis
 incolitur, quid sit aliud, quā quod ait Cice-
 ro, quasi quodam quā maris cunctis illis
 mari, quod Magnus, quod Oceanus, quod As-
 iaticū appellatur iberris, quod tamē tanto
 homine quāvis parū fides? Vndique ob-
 sessi cū omnes, tūce obsessum ut nō novum
 narras: vide potius si quid in te opis aut con-
 silij est, quod possis ad tutelā patrie cōferre:
 hoc fac potius & memento Syracusij Archi-
 medis operosi senis: querelae enim nec tibi
 nec patrie profuerint. post. Obsideor in ma-
 patriam meam. R. A. Quid tu iugiter an alibi
 malles obsideri? Posses id fateor malle & qui-
 dem pie, quod scilicet obsessio illa esset im-
 munitis. Ceterum quod ad te attinet, an sola-
 men exiguum videtur, quicquid sit in patria
 tua pati, ut quantum laedit aduersitas tantum
 leniat locus ipse. D. O. L. Intra muros patrios
 obstrictus sum. R. A. Ita hoc dicis quasi nullae
 in lares vobis sint angustiae, quā muros. Quā
 multarū his qui in urbibus habitant, sic affidi in curiis atque in foro sunt, ut vix
 toto quā longus est anno semel potius in-
 bis aspiciant. Adde, nomen obsidionis erum-
 pere gestient, & victi sibi compeditur vide-
 bua

buntur arctissimis, non hoc facit obsidia, sed opinio, qua nihil est in vestra mortalis vite fluctuatione potentius. Fabulam locus poscit. Decrepitum quendam senem fuisse nuper Aretis fama est, qui nunquam patriam li-
mem excesserat, id eum ad aures praesiden-
tium peruenisse, laudandi studio homines ad se vocant, & sibi compertum distant illum
etiam urbem egredi solitum occulte cum ho-
stibus habere colloquia. Ille autem per san-
ctos iurare se non solum tunc praesentis belli
tempore, sed nec unquam vlla pace peror-
minoth, quannia longam vitam muros urbis
egressum. Contra illi incredulitatem fingere
& suspectum eum seipublice dicere. Quid
militi? Genui, ut pareat poena imposita, ne
egrediantur imperant. Illam ferunt impa-
tientia prohibitionis irritatum, die postero, quod
nunquam antea visum erat, extra muros pa-
triae deprehensum. Sic inuentum semper per-
nicacia animos vigente nitimini, & tu nunc
te arctatum dicis, & tibi urbs tota non suffi-
cit, cui nisi obsidereris, fore pars minima
domus, forsitan una sufficeret, quod maxime
studiosis evenire solet. Quid quod fere o-
mnis obsidia brevis est? Adest loci solamen
ac temporis equanimitas, sola deest ut lu-
geatis & queramini, non natura rerum sed
mollicies vestra est.

DOLOR.

Quid quod euerfa funditus est patria?
 A. An nō fortunas quarundam ex his
 quas paulante nominabam, & fimiles alia-
 rum innumerabilium audiisti? Tyrum &
 Thebas & Persepolim Persici regni caput
 euerit Alexander Macedo, quod mireris, ad
 suggestum scorti vnitis, magnæ vrbis, totalis
 fortuna est. Troiam euerit Agamemnon,
 Saguntum Hannibal, Carthaginem atque
 Numantiam Africanus minor, Hierosoly-
 mam Titus: aliasque ubi. Romam nullus in-
 totum diruit, sed senectus attriuit, ciuilibus
 adiuta discordiis. Et quid refert quis euer-
 tit, quam constet euerfam? Ruina Mediola-
 nensis recentior fama est sub Frederico im-
 peratore barbaro & inhumani: quid tu ergo
 tuam patriam rebaris exēptam imperio for-
 tunæ, cū vrbes maximæ: atque imperia sub-
 essent? An vsque adeo te fefellit amor vt vr-
 bem vnā, quod tu ibi natus esses, fingeres
 immortalem, cū sit mundus ipse mortalis?
 Ceterum rursus ac terra, montes & maris mo-
 uebuntur, & creata de nihilo in nihilum re-
 digentur: tu rursus tuam patriam aut mitaris
 aut quereris: sunt, quod paulante dicebā, vt
 hominibus, sic vrbibus mortes sūt. Non tam
 crebra illæ quidem quod & pauciores vrbes
 &

& diuturnioris. qui sunt, morti tamen obno-
 xia, non sunt enim soli homines, sed præter
 animos humana cuncta mortalia. n. o. Patria
 fuit. 2. Resurget forsitan; nam & aliquæ sus-
 rexerunt, & quibusdā cecidisse materia fuit
 foelicus resurgendi. Nempe hodie Sagun-
 tum & Mediolanū sedibus suis stant: at Me-
 diolano proxima laudum Pompeij vltima, ut
 aiunt, mutauit locum iisdem barbaricis ma-
 nibus, & sub idem tempus euerfa: similiter &
 Hierosolyma & Carthago. Spera ergo si spes
 cecidit, & de patria ætū teris, caue tu succu-
 buisse fortune. Peior est enim animorū de-
 iectio, quā corporum, virilis non forminea,
 virum decet pietas; quanquā dolcas patriam
 cecidisse, noli te acciditūl pœuumbere quag-
 da crastina illa ruina: si publica collata sit,
 quā tuipsum, & si qua sunt, cuncta reliquit
 etia supplicium tempore referuare, sages, factis
 prius non lamentis opus est, ubi sit etiam ipsa
 fuga laudabilis. Audisti, ut Terentio Varro
 cuius culpa ac deinde rixæ penetrat impa-
 riam. Rōmānam publicē ob omnibus graui-
 ssimā fuit, quod de. in publica nō desperasset,
 quod ille facit: talia ei vit clarissima, &
 culpa amant illius, expertū videbatur, si aliud
 alibi esset reliquum, tu saltem cum Bientibo-
 neque secum portans, quatuor nudas matres
 patriæ tuæ cadentis egredere, & ad illam pa-
 triam

triam aspira, cuius regni non eris finis: quod
tam tandem Deo te vocante confeceris;
non obsidionem metuas, nec ruinam, nec
eorum aliquid quæ vestris in viribus mo-
vuntur.

De metu periculi in bello.

De metu periculi in bello.

Dialogus.

De metu periculi in bello.

Bello vinci metuo, R. A. Pacem quære. M. 1.

T. 3. Valde vinci metuo, R. A. Timor

modestus cautionem, vehemens verò despo-

rationem parit, quædam altera nil in bello

certius, altera peris nihil in rebus omnibus.

M. 2. Magno periculi quædam timore, R. A. Quid

bello, etiam timor malis, et quæ ex timore

offensæ nascitur. Flaminio ad Thrasyme-

nam, Crassus ad Cannam, Pompeius in Ther-

salina exportus est, quibus in locis si sitis al-

bi verum potest illi apparuerit, possint

indubitanter, timor. M. 3. Timor in pu-

gna natus horreo. M. 4. Difficilis in dui-

spes, et in malo pergitur, quæ abstinendum

enon rectorum, denunciat. Solum in effraenatis

præfugis, quæ d. vie, cuius place. Solum in

in, quæ quæque consilium, nō est, et in for-

adversis, et in rectorum, et in novis, et in

tribus, et in rectorum, et in novis, et in

casum metuo. M. 5. Timor in rectorum, et in

casum metuo. M. 6. Timor in rectorum, et in

ut dicitur nemo est qui nouerit, id est ne non rei
 natura vel virium defectus, sed præsagium sibi
 fingat signum, cui nihil usquam non formi-
 dosum ac difficile est. Hoc si liberati igi-
 tur si gloriæ, si salutis tunc officit, virtutis auxi-
 lio correprimenda est, excitandusque animus
 & monstrandum illi sæpe pauciora esse & le-
 uiora pericula quam paucos, obuersari sæpe
 oculis falsas imagines rerum terribilium, qui-
 bus consternati quidem sine ferro paratam
 sibi victoriam tradidere hosti. Non est enim
 falsus atque inanis metus vero lentior, sed co-
 lare vehementior, quo pauentium maiora o-
 mnia sibi fingens error quoque precipitat: at-
 que ita quod potest id est, aut male cupita mini-
 strat impetui. Si nec his atollere iacentem ani-
 mam potest, sed virtutem paucos exuperat, cam-
 po abstinere, hoc geritur, quod pauidè ge-
 ritur. Sic affectus in aciem si descendas, recu erit,
 qui contra te dimicet, tui enim ipsius ad percus-
 sum melior pars rebellat. Malus semper ho-
 stis paucos, periculosus in bellum comes metus.

Diogenes Laertius in libro de vita et moribus philosophorum.

Quintus Tullius Cicero in libro de officiis.
 Quidam habeo ac temerarium collegam,
 cui est aliquid causæ fateor ut timeas, sed
 ex aduerso aliquid est ut speres: hoc enim ut
 quibusdam calamitatis, sic aliis gloriæ præ-
 buit.

buit materiam: temeritas Terentij Varronis
 Æmilio Paulo mortem peperit. At L. Furij &
 Minutij temeritas M. Furio Camillo, & Q.
 Fabio Maximo singularem gloriâ quasiuit:
 notæ sunt historiz. D O L O R. Est mihi collega
 præceps & inconstans. Esto tu constans & mo-
 destos. Nusquam virtus clarioreminet quàm
 suo admodum contrario. Cur non tu potius il-
 lum regas quàm te ille præcipiet? D O L. Est
 insolentissimus collega. R A. An tibi excidit,
 ut ipsi de quo nunc diximus Camillo, tribuni
 militum consulari potestate quinque simul
 collega imperio pares vtro se submiserit. Ha-
 bet hoc virtus excellens possessoribus suis
 auctoritatem, miratoribus reverentiam ac
 pudorem confert. nullo melius modo colle-
 gæ insolentiam repræsseris quàm industria ac
 virtute. Sic effices ut illum tibi parem dicit
 pudeat, sicut puduit Minutium, & ausus spon-
 te subiiciat honestiore suffragio quàm si eum
 tibi populus subiecisset, aut omnes intelligat
 illum tibi parem nominat, rebus imperantem, &
 quicquid bene gesserit is tuum esse, quicquid
 secus illius. D O L. Collega mihi nullus ob-
 tigit ac peruersus. & A T. Quidam per con-
 trariam discuntur. Solent magister turba scoli-
 lis discipulis inepti aliquid proponere, quod
 cum respuerit discipulis ingenium, ad vera fa-
 cilis retrahatur: redit ad memoriam obsecuti
 hominis

hominis clarum verbum. Ante non magnum tempus cū Florentia ciuitas statum mutasset, quod crebro nimis ac libēter facit, atque ad imā plebem frena reipublice peruenissent, vāus ex insolenti grege quidiu tenebat illa & moestus amiserat, vicini inopis mechanici humilitatem spernens: & tu, inquit, qui neque literas noueris, neque vnquam patrios fines exeesferis, vili semper artificio vitam trahens cum paribus tuis, qualiter hanc tantam & tam nobilem urbem reges? Ille autem nihil motus: & quid negocij inquit est? Quid vos egeritis nullus ignorat, si per omnia contrarium agimus aberrare non possumus. Quod verbum dignum docti hominis ex ingenio prodierit. Tum nunc igitur in colloquio contrarium tibi statuas exemplar, cui dissimilium fieri velis.

De consilio & preceptis magistri militis.

Diogenes. LIB. LXIIII.

DOLOR.

Et si mihi magister militis in conspectu ac preceptis. R. A. Hoc aliquanto periculosius non igitur. Legionem vestram interroga. Accipias ad Thraciam, ad Thraciam, & ad Caram, multisq; aliis in locis. Si recte diuisa vis, & ubi iam inquis militiam? Si id forte non datur, & te fortiter atque iustissime ministerium

.JOU

S s tuum

tuum age, ut inter tui ducis errores tua virtus emineat, nec te ruina opprimat aliena; sed tu potius si qua est via publica humeros subiicias ruinae: rem difficilem, sed neque impossibilem, neque infactam tunc: ut enim saepe multis militibus obstitit unus ducia ignavis, sic inter duos unus viri virtus & exercitum servauit & docem. Non sum longior quam oportet: tu res suis in locis quaerere mihi nominum & temporum commemoratio sola sufficiet. Publius Decius bello Sannitico, Calpurnius Flaminus bello punico primo, Africanus minor bello punico secundo, tribuunt omnes militum ducumque & exercituum servatores, tanta esse eorum virtus ac felicitas potest, ut aliqui infamia eximiam in gloriam tuam vergant. Ante perant nos si, sed contra in necessitate unicum. Proinde utinamque alios fortuna rotauerit, tu virtutis gubernaculum si mihi obsequere poteris, nec in pace, nec in bello, nec in vita desisteres, nec in morte.

NOI O D

De lausantibus ipso in thelogon ista et r. H
et h. d. in q. o. m. h. o. a. h. a. a. a. p. o. r. q.

Ad spem: videri sumo. A. 7. A. p. r. i. m. e. r.
De lausantibus ipso in thelogon ista et r. H
et h. d. in q. o. m. h. o. a. h. a. a. a. p. o. r. q.

et h. d.

7 2

NOI.

D O L. Magno praelio victus sum. R A T. Tan-
tum de animo victus sis: nempe ille si cecidit
setum est. Meministi ut Marcellus praelio
victus die proximo in acie rediit, victorem
que fuit maiore quam ab illo pridie victus erat
praelio victis. Et Iulius Caesar ad Durachium
inferior ad Pharsalam mox ingenti praelio vi-
ctor fuit. Multi praelio victi, bello fuere victo-
res: non cadunt animi virorum sortium unius
lucis euentu, non magnanimi tantum, sed lon-
ganimes sunt. Victus hodie, cras pugnabis
cautus. Ducis arte insusta praelia quasi in-
fles fidesque, edocet magistri, atque ubi sit erra-
tum plagis admonent: sic agricolam sterili-
tas, architectum lapsus ædificum, equitem ca-
sas et ceteri, naturam graues acceunt procellae,
eritando discitur. D O L. Victus sum. R A T. 61.
Non est victus nisi qui se victum credidit, cuius
spes obruta & extincta est, cuius animus
scurra deposuit. Aspice Romanos, amicos,
cum semper, tum praesentis bello punico se-
cundo, non tam defectione sociorum, non
conspiratione regum ac gentium, non tot in-
fidelibus praeliis ac ruinis penè vinctis victi
sunt, nulla unquam apud illos infestio pacis,
nullum diffidentiae vestigium, nulla denique
inimici prorsus & iniuncta consilia. Hoc tamen
quid est aliud quam virtute animi fortunae
duriem mollire, atque illam in pudorem
sui

1642 M. PETRARCA. DE REVENIENDIS
 circumcingit, in quo ubi de nobis dicitur, perpe-
 tua. Ipse dicitur testis ubi fremis & bellis affi-
 ctis infamis, ubi imperiorum terminos ac re-
 gnorum tanto studio prolatis, quia à nobis
 incolitur, quod est aliud quam quod ait Cice-
 ro, quasi quodam quodammodo tunc infans ille
 mori, quod Magnus, quod Oceanus, quod As-
 tianus appellatur, ubi dicitur, quod cum tanto
 sonitu quam si panis fides? Undique ob-
 fessi estis omnes, tunc obfessum ut re novam
 narras: vide porius si quid in te opis aut con-
 sili est quod possis ad tutelam patrie conferre:
 hoc fac potius & memento Syracusis Archi-
 medis operosi senis: querela enim nec tibi
 nec patrie profuerit. post. Obsideor intra
 patriam meam. R. Quid tu igitur an alibi
 malles obsideri? Posses id fortis malle & qui-
 dem pie, quod scilicet obfesso illa esset im-
 munis. Ceterum quod ad te attinet, an sola-
 men eriguum videtur, quicquid sit in patria
 tua pati, ut quantum laceradueritas tantum
 leniat locus ipse. D. O. I. Intra muros patrios
 obfector sum. R. A. Ita hoc dieis quasi nulla
 in flores vobis sint angustie quam muros. Quam
 multi ex his qui in urbibus habitant,
 sic affligi in curis atque in foro sunt, ut vix
 toto quam longus est anno semel perdis
 bis aspiciant. Adde, nomen obsidionis erun-
 pere gestient, & victi sibi compeditum do-
 bu

buntur arctissimis, non hoc facit obsidia, sed opinio, qua nihil est in vestrae mortalis vitae fluctuatione potentius. Fabulam locus poscit. Deceperunt quendam senem fuisse nuper Aetiaspam, est qui nunquam patriam lin-
nem excesserat, idem ad aures praesiden-
tium pervenisset, laudandi studio homines ad se vocant, & sibi competentem distant illam
clam urbem egredi solitum occulta cum ho-
stibus habere colloquia. Ille autem per san-
ctos iurare se non solum tunc praesentis belli
tempore, sed nec unquam vlla pace peror-
mum, quavis longam vitam, minus urbis
egressum. Contra illi incredulitatem fingere
& suspectum eum reipublice dicere. Quid
multa? Ne cui pareat, poena imposita, ne
egrediantur imperant. Illum ferunt impa-
tientia prohibitionis irritatum, die postero, quod
nunquam antea visum erat, extra muros pa-
triae deprehensum. Sic inuentum semper per-
nicacia animos urgente nitimini, & tu nunc
te arctatum dicis, & tibi urbs tota non suffi-
cit, qui nisi obsidereris, foret pars minima
domus, forsitan una sufficeret, quod maxime
studiosis evenire solet. Quid quod fere o-
mnis obsidia brevis est? Adest loci solamen
ac temporis equanimitas, sola deest ut lu-
geatis & queramini, non natura rerum sed
mollicies vestra est.

DOLOR.

Quid quod euerfa funditus est patria?
 R. A. An nō fortunas quarundam ex his
 quas pauloante nominabam, & similes alia-
 rum innumerabilium adiuxisti? Tyrum &
 Thebas & Persepolim Persici regni caput
 euerit Alexander Macedo, quod mireris, ad
 suggestum sortis vnitis; magnas vrbis tenuis
 fortuna est. Troiam euerit Agamemnon,
 Saguntum Hannibal, Carthaginem atque
 Numantiam Africanus minor, Hierosoly-
 mam Titus: aliasque ubi. Romam nullo in-
 torum diruit, sed senectus attriuit, ciuilibus
 adiuta discordiis. Et quid refert quis euer-
 tit, quam constet euerfam? Ruinae Mediola-
 nensis recentior fama est sub Frederico im-
 peratore barbaro & humani: quid tu ergo
 tuam patriam rebaris exēptam imperio for-
 tunae, cū vrbes maximae atque imperia sub-
 essent? An vsque adeo te fefellit amor vt vr-
 bem vnā, quod tu ibi natus esses, fingeres
 immortalē, cū sit mundus ipse mortalis?
 Caelum ruit ac terra, montes & maria mo-
 uebuntur, & creata de nihilo in nihilum re-
 digentur: tu ruissio tuam patriam aut miraris
 aut quereris: sunt, quod pauloante dicebas, vt
 hominibus, sic vrbibus mortes suae, Non tam
 crebrae illae quidem quod & pauciores vrbes
 &

& diuturnioris ævi sunt, morti tamen obnox-
 iæ, non sunt enim soli homines, sed præter
 animos humana cuncta mortalia. n. o. Patria
 fuit. 2. Resurget forsitan; nam & aliquæ sus-
 rexerunt, & quibusdā cecidisse materia fuit
 foelicus resurgendi. Nempe hodie Sagun-
 tum & Mediolanū sedibus suis stant: at Me-
 diolano proxima laudum Pompeij vltima, vt
 aiunt, mutauit locum iisdem barbaricis ma-
 nibus, & sub idem tempus euerfa: similiter &
 Hierosolyma & Carthago. Spera ergo si spes
 cecidit, & de patria actū reris, caue tu succu-
 buisse fortune. Peior est enim animorū de-
 iectio quam tantotū, virilis non feminea,
 virum dæcor pietas: quamvis doleas patriam
 cecidisse, noli tamen simul onerumbere quan-
 do etiam illam ruina reipublicæ collata est,
 quid tibi sit, & si qua sint, cuncta reliquit
 in fortiori tempore referuare, serage, factis
 prius non lamentis opus est, ubi si etiam ipsa
 fuga laudabilis. Audisti vt Terentio Varconi
 cuius culpa ac deiectione pene tuerat impe-
 minis. Rostianus publicè ab omnibus grati-
 actus fuit, quod de re publica nō desperasset,
 quod si facit: caligæ eius vit clarissima, &
 culpa simul illius: expertus videbatur, si aliud
 nihil esset reliquum: tu saltem cum Biente bo-
 neque secum portans, quatuor modis muros
 patriæ tuæ cadentis egredere, & ad illam pa-
 triam

tristia aspira, cuius regni non eris finis: quod
eum tandem Deo te vocante conscenderis;
non obsidionem metuas, nec ruinas; nec
eorum aliquid quæ vestris in viribus mo-
vuntur.

De metu periculi in bello.

De metu periculi in bello.

Dialogue.

De metu periculi in bello.

Bello vinci metuo, R. A. Pacem quære. M. 2.

T. 3. Valde vinci metuo, R. A. Timor

modestus cautionem, vehementer vero despo-

rationem parit, quæram altera uti in bello

efficitur, altera pectus nihil turbat omnibus.

M. 1. Magno præterquam morte timore, R. A. Quid

bellum timor malis ferat atque ex timore

offensæ necesse sit. Flaminio ad Thasione-

mem, Crassum ad Cassum, Pöpinum ad Thes-

tallum expellitur, quibus in locis et saepe al-

bi verum potest illud apparuerit potius

indubie, regni timor. M. 1. R. Euenit im-
pugnabile horreo. R. A. Differt inquit dum

spes aut male pergitur quæ abstinendum

enon retrorsum denique. Soleo in effrenis

præfatu quædā vis, cui opacare fortasse non

fit, ut quæquæque cōsiliū; nō est enim totum

inductus seu veterū. Se a nouerū, et in his

tribus aut suis huiusmodi. M. 2. Timoris pugnæ

casum metuo. M. 1. R. Exciteres tuas quæ

me

me

melius nemo est qui nouerit, ide ne non rei
 natura vel virium defectus, sed præsagium sibi
 fingat ignavia, cui nihil usquam non formi-
 dosum ac difficile, est. Hoc si liberati igitur
 ut si gloria, si salutis tunc officit, virtutis auxi-
 lio correprimenda est, excitandusque animus
 & monstrandum illi saepe pauciora esse & le-
 uiora pericula quam paucos, obuersari saepe
 oculis falsas imagines rerum terribilium, qui-
 bus consternati quidem sine ferro paratam
 sibi victoriam tradidere hosti. Non est enim
 falsus atque inanis metus vero lentior, sed eo-
 saepe vehementior, quo paucorum maiora o-
 mnia sibi fingens error quoque precipitat: at-
 que ita quod posita id est, aut male cuncta mini-
 strat impetus. Si hoc his auollere, ac centum ani-
 mam posita, sed virtutem paucos exuperat, cam-
 po abstinere, ut bone geritur, quod prouide ge-
 ritur. Sic affectus in acie si descendas, recu erit.
 qui contra te dimicet, tui enim ipsius aduersus
 te melior pars rebellat. Malus semper ho-
 speratio, præsagium in bellum comes metus.

De sedulo et temerario collega. Dialog. III. XXI.

Q. Tulum habeo ac temerarium collegam.
Q. Est aliquid causæ fateor ut timeas, sed
ex aduerso aliquid est ut speres: hoc enim ut
quibusdam calamitatis, sic aliis gloriæ præ-

uolunt. S 4 buit

buit materiam: temeritas Torentij Varronis
 Emilio Paulo mortem peperit. At L. Furij &
 Minutij temeritas M. Furio Camillo, & Q.
 Fabio Maximo singularem gloriam quaesivit:
 notae sunt historiae. D O L O R. Est mihi collega
 praeceps & inconstans. Esto tu constans & mo-
 destus. Nusquam virtus clariorem inest quam
 suo admodum contrario. Cur non tu potius il-
 lum regas quam te ille praecipiet? D O L. Est
 insolentissimus collega. R A. An tibi excidit,
 ut ipsi de quo nunc diximus Camillo, tribuni
 militum consulari potestate quinquaginta
 collega imperio pares viro se submittere. Ha-
 bet hoc virtus excellens: possessoribus suis
 auctoritatem, miratoribus reverentiam ac
 pudorem confert. nullo melius modo colle-
 ga insolentiam represseris quam industria ac
 virtute. Sic efficies ut illum tibi parem duci
 pudeat, sicut puduit Minurium, & auso spon-
 te subiiciat honestiore suffragio quam si cum
 tibi populus subiecisset, aut omnes intelligat
 illum tibi parem nominare, rebus imparens, &
 quicquid bene gesserit is tuum esse, quicquid
 secus illius. D O L. Collega mihi nullus obli-
 gatus ac peruersus. R A. R. Quaedam per con-
 trariam discuntur. Solent magistri in scholis
 discipulis inepti aliquid proponere, quod
 cum respuerit discipulis ingenium, ad vera fa-
 cilis retrahatur: redit ad memoriam oblitus
 hominis

hominis clarum verbum. Ante non magnum tempus cū Florentia ciuitas statum mutasset, quod crebro nimis ac libéter facit, atque ad imam plebem frena reipublicæ peruenissent, vnus ex insolenti grege quidiu tenerat illa & moestus amiserat, vicini inopis mechanior humilitatem spernens: & tu, inquit, qui neque literas noueris, neque vnquam patrios fines exeesctis, vili semper artificio vitam trahens cum paribus tuis, qualiter hanc tantam & tam nobilem urbem reges? Ille autem nihil motus: & quid negocij inquit est? Quid vos egeritis nullus ignorat, si per omnia contrarium agimus aberrare non possumus. Quod verbum dignum docti hominis ex ingenio prodisse. Tum nunc igitur in colloquio contrarium tibi statuas exemplar, cui dissimilimus fieri velis.

De consilio & preceptis magistris militum.

Diabys. lib. LXXII. de consilio.

DOLOR.

Est mihi magister militum in thalysia ac pæcept. R. A. Hoc aliquanto periculosius hominē. Legiones vestras interroga. Ac respond. Trebianus ad Thrasimēnam, & ad Cannas, multisq; aliis in locis. Si remedium vis, subiam hincque miliciā. Si id forte non datur, ac de fortibus atque inlassis ministeriis

.JOU

S 5

tuum

D O L. Magno praelio victus sum. R A T. Tan-
tum de animo victus sis: nempe ille si cecidit
setum est. Meministi ut Marcellus praelio
victus die proximo in acie rediit, victorem
que fuit maiore quam ab illo pridie victus erat
praelio victus. Et Iulius Caesar ad Durachium
inferior ad Pharsalam praelio ingenti praelio vi-
ctor fuit. Multi praelio victi, bello fuere victo-
res: non cadunt animi virorum fortium unius
lucis euentu, non magnanimi tantum, sed lon-
ganimes sunt. Victus hodie, cras pugnabis
cautus. Ducis atque infesta praelia quasi tri-
stes fidesque, edocet magistri, atque ubi sit erra-
tum plagis admonent: sic agnoscimus sterni-
tas, architectum lapsus ædificum, equitem ca-
sus et cetera, naturam graues accidunt procellae,
errando discitur. D O L. Victus sum. R A T. V. 6.
Non est victus nisi cui se victum credidit, cuius
spes obruta & extincta est, cuius animus
labora deposuit. Aspicere Romanos, amicos
cum semper, tum praesentis bello punico se-
culis, non tam defectione sociorum, non
conspiratione regum ac gentium, non tot in-
felicibus praeliis ac ruinis penitus victi
sunt, nulla unquam apud illos inestio pacis,
nullum diffidentiae vestigium, nulla denique
inimicitia proflata & iniuncta consilia. Hoc tantum
est aliud quam virtute animi fortitudi-
nericem mollire, atque illam in pudorem
sui

sui & amorem tui cogere? Tandem igitur ut
dignum erat emergere, & milles strati surre-
xere altius, ut non hostes tantum suos mo-
dò tam formidabiles, sed totum mox ex or-
dine terrarum orbem virtus illis ac fortuna
subiiceret. **D O L.** Victus sum, fateor. **R A T I O.**
Nunc demum incipis nosse fortunam, & hoc
saltem boni fugiens inuenisti: nemo ferme
res magnas gratis discit. Multos docet expe-
rientia, quos schola non docuit, & præcepto-
ribus surdum caput hausit oculis quod auri-
bus non valebat. Nulla rerum humanarum
certior magistra quam aduersitas, nulla di-
scutiendis erroribus aptior. **D O L.** Magno for-
tunæ vulnere coram. **R A T.** Surge ac iaceas:
nunquam clarius quam, inter fortunæ vulne-
ra prominet animæ magnitudo. Nunc nosce
seipsum quam aramq; sis viri ut valde idus
intellige. **D O L.** Speratam victoriam amisi, si
insperatam, prudentiam quæsiisti, non spe-
landa rerum permutatio videri debet. **D O L.**
Victus sum bello. **R A T.** Bello victus liberta-
tem retinet, ac vitæ, vitio autē victus vitæq;
amittit, quisquis igitur illi succumbit, verè
vincitur. **D O L.** Victus sum. **R A T.** Quid scis
an illud magno Pórcio Thellaten dignum
dicere scitis non ueniat? Vincere potius erat
ut damni plus, sic peccati minus solet habere
qui vincitur. Lucrum ingens quòd optantes
qui

quidam, nō vinci modō, sed mori etiam elegerunt: & profecto mercantur egregiē qui morte corporis quærunt animæ salutem, sed pleriq; malis suis gaudent, bonis anguntur, tanta hominum mentes habet cæcitas. D O L. Victus sum. R A T. Potest id quidem tibi non scientiæ militaris inopia, sed fortuito contingisse. Nusquam enim fortunatior, ut ita dixerim, fortuna quam in prælio, cum multa alibi, illic omnia possit illam perhibent. D O L. Prælio victus excessi. R A T. At non continuo nudus. Possunt arma victis auferri, vera autem bona quæ sunt arma animi etiam qui videntur victi, retinent. Ea enim ut ex incendio ac naufragio, sic aduerso ex prælio effugerunt: nec illa tantum quæ in animis abdita ferro rari nequeant, sed illa quoq; quæ maxime periclitari in præliis ac ferro exposita videntur. Itaque non quisquis bello vincitur, bellicis simul spoliatur laudibus, licet etiam armis amissis ex acie fugientem, quodq; est maius in acie pereuntem secum ducis eximij nomen ferre: nam & ad Thermopylas Leonidam non tam victum quam vincendo strigatum interingentes stratorum hostium cumulos occidisse cum suis Græcæ memorant historix, quam Deiphobo famam Mæro approbat, & in cæpis Emathiis si Lucano creditur fletu ordine certo infelix acies: & nouissi

nouissimo praelio quod in Africa cum Hannibale gestum est, nec melius instrui aciem, nec acrius potuisse pugnari, ut de victore victus, sic & de victo iudem victor ipse confusus est, vterque ingens rerum talium aestimator: quid amisit autem qui veram artis suae gloriam, & bene gestae rei conscientiam non amisit.

De bello civili. Dialog. LXXIII.

DOLOR.

Bello quatimur civili. R A T. Nomen hoc à ciuibus tractum, & tu vnus es ciuium; vide ergo ne & tu vnus sis huic malo fomenta praebentium, & virili parte culpae non careas. Hic enim est mos alter alterum inflammare, donec singuli furorem publicum exciuerint, tum demum furor publicus singulos urget ac praecipitat, nec vnquam publicum malum à se incipit, quando accessione actum totam infecerit, siue etiam euerterit civitatem, si primam tamen quaeris originem singulorum, in erroribus radicatum est. Hoc est autem quod cauendum moneo, ne tu quoque vnus fueris ex his qui vel materia vel statu civile incendium aluerint. Multi enim faciunt vnde mox querantur, & quasi ab altero infectum vulnus, suis manibus factum lugent. Multi iam suo incendio perire. Quod si tibi nihil ea conscius, pius est dolor boni ciuis

eius in calamitate publica, sed quem soletur
 innocētia. Humanis enim malis nullum fle-
 bilius culpa est, immo quidē, ut quibusdam
 maximis viris placet, nullū aliud est malum,
 D O L. Civili venarum bello. R A T. In furore
 civium te sequestrum patris exhibe, si id fru-
 stra est, at tu saltem pro libertate vel solus pro
 iustitia partes fac, quod & si patriae fortassis
 inutile, nobis certe laudabile: utriusque rei
 exemplum, una tibi urbs dabit: Menenium
 Agrippam, & Portiū Catonem hunc novissi-
 mum: D O L. Implacabile civibus bellum est.
 R A. Si nil opis in te est, ambi alios, increpa,
 deprecare, obsta, castiga, obscura,ingere qui-
 bus potes publicam ruinam quae priuata in
 se continet, & cum nullus propria videatur,
 est omnium. Deniq; hinc pietate, hinc terro-
 ribus animos placa. Si nil apud homines pro-
 ficis, deum ora, opta civium resipiscētia
 & salutem patriae, modisq; omnibus boni ci-
 uis officium imple. D O L. Bello civili respu-
 blica in extremo est. R A. Ne quid vel civili-
 bus vel externis bellis inopinum accidat, ne
 quis imparatum casus opprimat, semper hoc
 vnum volue animo, docti homines modo, sed
 praeter animos humana omnia esse mortalia.
 Et ut hominibus, sic urbibus & magnis impe-
 riis suos morbos nunc extrinsecus obrepentes,
 incipsum intra corpus exortos in quib' sunt
 seces

secessiones & similitates & discordiæ & bella ciuilia: esse omnibus constitutum terminum qui præteriri non poterit, suum finem cunctis quæ videntur instare, & si paululum differatur, affuturum tamen. Vbi sunt vrbes clarissimæ, fuisse syluas asperissimas & futuras esse. Stultè de se sperare urbem aliquā quod assequi regina urbium Roma nequirit. Hoc inter fata hominum atque urbium interesse, quod illa propter innumerabilem infinitamque frequentiam & vitæ breuitatem quotidie in oculis sunt hæc propter raritatem atque æquum longius, vix semel multis in sæculis & eum stupore cernuntur. Hæc te cogitatio firmiorem contra omnes casus tam publicos quam priuatos faciat. Hæc tibi demum & si non amorem ac vitæque tolerabilem viam spernet ad inopiam, ad exilium, & ad mortem, docebitque hoc proprium patriæ tuę malum, quod omnibus est commune.

De discordia animi fluctuantis. Dialog. LXXV.
DOLOR.

A Nimi discordia laboro. RAT. Nullū hoc bellū peius ne ciuile quidē. Illud enim ciuibz inter se, hoc homini secum est. Illud inter partes populi in plateis urbium, hoc intus in anima, intusque ipsas partes animæ geritur.

ritur. Itaq; cum sit belli quædam species quæ plus quam ciuile bellum dicitur, vbi non solum ciues, sed cognati etiam inter se pugnat, quale inter Cæsarem & Pompeium fuit, de quo dictum est. Ille locus fratres habuit, locus ille parentes, quanto hoc bellum iustius nomen id vendicat, vbi non pater contra filium, nec frater aduersus fratrem, sed homo ipse contra se litigat, quo durante litigio nulla quies animo, nulla potest esse securitas.

D O L. Discordat animus, & diuersis secū pugnat affectibus. R A. Diuersitatem illam abice, vnum velle incipe, tunc composita erit & immota pax animi, cum discordes affectus quasi seditiosi ciues in vnam cōuenerint voluntatem: alioquin vt contrarij & corrupti humores febrem corporum, sic contrarij affectus febrem pariunt animorum, quæ tanto est periculosior, quāto & animus corpore est nobilior, & æterna mors terribilior temporali: vtrobq; tamen adhibitum temperamentum & æqualitas quædam ad salutem est via. D O. Pugnat animus nec quid velit eligit. R A T. Malum simul malique causam stringis, quia nempe non eligit ideo pugnat. Eligat, & confestim pugna cessabit. Eligat dico bonū velle: nam si malum magis magisq; certabit. Virtus enim inter sese pugnat. Semper virtutum concordia summa est. D O L. Animus in partes

T tes

res scissus diffidet. R. A. Animum in tres partes distinxere philosophi, quarum primam in arce, hoc est in capite locauere, moderatissimam vitæ humanæ, cœlestem, serenam, semper deo proximam, ubi tranquillæ honestæque voluntates habitant. Duarum reliquarum alteram in pectore ubi iræ æstuant atque impetus; alteram subter præcordia, ubi concupiscentiæ atq; libidines, duplex huius pelagi tempestas, quid agendum igitur tibi sit, vides. Fac quod Menenius ille cuius paulò antè memini, persuasit plebi ut subesse patriciis in animum induceret, quo impetrato, urbem scissam in duas, ad unitatem salubri consilio reduxit; & tu coge, vel consilio, vel vi partes ignobiles parere nobilibus, tum demum & non aliter animi pacem spera, qua sublata quid aliud quam vaga semper & propositi inscisa, & fluctuans & incunctans vita hominum est & cæca prorsus & misera. Multi prius ex hac vita abeunt quam quid velint sciant. D. O. L. Fluctuo in consiliis nec quid velim scio. R. A. Jam dixi, multis hoc accidere, non vno aliquo tantum in tempore, sed & in omni vitæ, & usque post vitæ finem. Et profecto ex omnibus quæ dixisti dicturus es, vix hoc maius peris aliquid, inuenies. D. O. L. Fluctuo & in diuersum agor. R. A. T. I. O. Maximum argumentum male se habentis animi fluctuatio est:

est: ut enim corpus ægram sæpe chore voluitur, sic æger animus consiliis agitur, de quo vix ulla mihi spes salutis parumper abest, quin melius sperem de homine vitis pertinaciter inhaerente, qui si conuersus fuerit ad virtutes, in his forsitan constans erit, quam de homine vario, nullis se consiliis applicante, qui & si boni aliquid inceperit non consistet neque perseverabit, indocilis stare & fieri potest ut de hoc intelligere liceat Senecæ illud obscurum: quod tota vita elabitur aliud agentibus, modo enim hoc modo illud agentes nunquam idem, semper aliud agere sunt dicendi, quamvis & alios sensus locus ille recipiat. P. Q. L. O. R. Inter varias curas iactos. R. A. T. I. O. Quasi inter tumidos fluctus vitæ tuæ puppis consilij inops & magistro destituta, concutitur naufragio proxima, qui tu illam dum nondum manu claus excidit, ruto aliquo & salubri sistas in portu, iactilque anecotis conquiescas prius quam te animi tempestas opprimeret. P. Q. L. O. R. Fluctuo propositi incertus. R. A. T. I. O. Hinc præter animæ pericula, quæ innumerabilia & immensa sunt, ipse quoque oris habitus prodit varius & inconstans, similisque animo a quo vultus fingitur, ut ait Cicero, dumque hoc in statu fueris, nunc lætus, nunc tristis, nunc pauidus, nunc securus, nunc celer, nunc tardus

tardus incedes insigni varietate conspicuus,
 quale aliquid traditur de Lucio Catilina: at
 ubi te primum composueris atq; ad unū ali-
 quid direxeris, unū velle cœperis, quod bo-
 num utiq; sit oportet, quoniam natura malo-
 rum semper varia est: ubi hoc inquam fece-
 ris, præter animi quietem rerum optimam
 uniformitas quoque vultus ac tranquillitas
 consequetur, nec spe vlla, nec metu, nec mœ-
 rore muranda nec gaudio, res quidem vene-
 rabilis & paucorum hominū, quæ apud ve-
 teres Græcos in Socrate, apud vestros in Le-
 lio laudata est. Postremo verò in principibus
 vestris Marco Antonio & Aurelio Alexandro.

De ambiguo statu. Dialog. LXXVI.

DOLOR.

Ambiguo in statu sum. R A T. Quid est
 quæso de quo ambigis? Moriendum ne
 mortalibus, an spernenda quæ fugiunt & nul-
 lam in prosperis spem habendam, an inelut-
 tabiles casus rerum esse, sed tolerabiles, nec
 flecti quidem sed frangi posse fortunam? Ad
 hæc omnia certa sunt. D O. Ambiguo in statu
 positus quid de me futurum nescio. R A. Vbi,
 quando, qualiter moriaris ambigere quidem
 potes, mori autem oportere, nec male mori
 posse, qui usq; in finem bene vixerit, nec citò
 mori quibusvis in spatiis vitæ viri boni mu-
 nus impleuit: vel si id non licuit ac spem de-
 dit,

dit, nec alibi quàm in patria qui mundū omnem sibi patriā fecit, nec alibi quàm in exilio, qui veram suspirat ad patriam, dubitare ni desipis, nullo potes modo. Vnde igitur iste ambages? de fortuna forsitan, an tibi fidem, quod vix ulli vnquam fecit, an suos potius mores seruet tãquam pelagus procellosum, nunc ficta tranquillitate fallax, nunc fluctibus altis minax, nunc horrida naufragiis? Ne de hoc quidem ipso, si qua tibi experiētia rerum est, dubitatio vlla supererit, quãvis enim euentus ambigui: ipsa tamē ambiguitas, ipsa & virtus quæ te inter incerta certum faciet, certa est, cui cum te totum dederis, prouisa omnia, nihil erit ambigui. po. Ambiguus status est mihi. R A T. At non ambiguus Deo, id sat est, illi te ipsum fidens crede, & dic ei: in manibus tuis sortes meæ. Id cum pie feceris, pone metum, pone ambiguitatem, pone sollicitudinē. Ille scit quid de te acturus sit, nullius rei dubius, parua quidem, sed firma in nauicula magnum sulcas mare. Fidus tuæq; salutis amantissimus gubernator est: quid refert an viam vector ignoret si magistro nauticij nota est?

De vulnere accepto. Dialogus LXXVII.
D O L O R.

Vulneribus crucior grauissimis. R A. O si animæ tuæ vulnus aspicias, quàm tibi hæc

hæc leuia videantur, sed vos delicatissimæ
 corpora insensibiles penè animas. habetis.
 Altera vestri parte nihil, altera pati omnia
 parati quòdque est funestius non sentire. D O L.
 Vulneribus insictis afficior. R A T. Hostilis
 mucro lorica penetrat, non animum. Ille
 nisi vltro suis sese armis spoliet, inuolabilis
 ferro est. Disputarum habes à magno quo-
 dam viso, paruo quidem, sed arguto volumi-
 ne, neminem lædi posse nisi lædatur à seipso.
 cui sententiæ, quantum ab opulione hominum
 vehementer abhorreat pro veritate subscri-
 pserim. D O L. Grauiissimis multisque vulneri-
 bus laniatus sum. R A. Nullū vulnus grauius
 esse potest quàm ad mortem, talia verò vno
 in corpore multa esse nō possunt: si vnum, er-
 go grauiissimū, reliqua omnia leuia fiat oportet.
 Tribus & viginti vulneribus cōfixus Cæ-
 sar, vnum non amplius letale habuit, vt sanè
 fuerint cuncta letalia, plus ne quàm semel
 mori posuit? Multa licet ac profunda sint
 vulnera, vnus est vulnerum effectus, quorum
 sæpe etiam in corpus extinctum inhumana
 repetitio nō vulnerati pœnam, sed scuitiam
 vulnerantis exaggerat. D O L O R. Vulneribus
 debilitatus sum. R A T. Sic vtiq̃am simul de-
 bilicata superbia cū sororibus suis, & accē-
 serit vulnerum comes humilitas, ne de ni-
 hilo scriptū sit: humiliati sicut vulnerarum
 super

superbum: bonum vulnus & vtile quod plurimum ac maiorum vulnerum medicina est. D. O. V.ulneribus deformatus sum. R. A. T. An adolescentis illius obliuisceris, cuius mentio bis in hoc sermone incidit: sero quidem spote faceres quod ab alio factum gemis. R. A. T. Transuerso vulnere facies exarata est. R. A. T. Non vulnus, sed causam vulneris attendo. Iusto ciuitatis bello parva miris modis honestat facere: via fortis speciosum pro iustitia sulceprum vulnus multoq; speciosior est mors. D. O. V.ulneri accepto claudus sum. R. A. T. Dictum tenes Horatii Cocleis, qui cum die illo quo mirabili magis quam credibili fortitudine atq; constantia solus Tusci regis exercitum Sublacio in ponte sustinuit, testudine suorum manibus a tergo fracta & collapsa hostibus clausum iter lentans, utq; erat armatus & mille hinc atq; illinc missilibus circumuetus, ex alto se in Tyberim projecisset vnoq; cum vulnere vnde claudus mansit, interruendum accepto, nando ad suos corpore reliquo incolumis peruenisset: idque vitium sibi post tempus in petitione honoris obiceretur, sic elusit aduersarium: Minime enim inquit claudio, sed ita dii immortales voluere, ut per singulos passus meminerim triumphi mei: præclarum plane factisq; par dictum. D. O. X. Manum vulnere perdidit. R. A. T. Si leuam

novissimo praelio quod in Africa cum Hannibale gestum est, nec melius instrui aciem, nec acrius potuisse pugnari, ut de victore victus, sic & de victo iudem victor ipse confessus est, uterque ingens rerum talium aestimator: quid amisit autem qui veram artis suae gloriam, & bene gestae rei conscientiam non amisit.

De bello civili. Dialog. LXXIII.

DOLOR.

Bello quatimur civili. R A T. Nomen hoc à civibus tractum, & tu vnus es civium; vide ergo ne & tu vnus sis huic malo fomenta praebentium, & virili parte culpae non careas. Hic enim est mos alter alterum inflammat, donec singuli furorem publicum exciterint, tum demum furor publicus singulos urget ac praecipitat, nec vnquam publicum malum à se incipit, quando accessione auctum totam infecerit, siue etiam euerterit civitatem, si primam tamen quaeris originem singulorum, in erroribus radicatum est. Hoc est autem quod cauendum moneo, ne tu quoque vnus fueris ex his qui vel materia vel flatu civile incendium aluerint. Multi enim faciunt vnde mox querantur, & quasi ab altero inflictum vulnus, suis manibus factum lugent. Multi iam suo incendio periit. Quod si tibi nihil ea conscius, pius est dolor boni
civis

et in calamitate publica, sed quæ soletur
innocentia. Humanis enim malis nullum fle-
bilius culpa est; immo quidē, ut quibusdam
maximis viris placet, nullū aliud est malum,
D O L. Civili vexamur bello. R A T. In furore
civium te sequestrum patis exhibe, si id fru-
stra est; artu salte pro libertate vel solus pro
iustitia partes fac, quod & si patriæ fortassis
inutile, nobis certè laudabile: utriusque rei
exemplum, una tibi urbs dabit: Menenius
Agrippam, & Portiū Catonem hunc novissi-
mum: D O L. Implacabile civibus bellum est.
R A. Si nil opis in te est, ambi alios, increpa,
deprecare; obsta, castiga, obsecra,ingere qui-
bus potes publicam ruinam quæ privatas in
se continet, & cum nullus propria videatur,
est omnium. Deniq; hinc pietate, hinc terror-
ibus animos placa. Si nil apud homines pro-
ficis; deum ora; opta civium resipiscenziam
& salutem patriæ, modisq; omnibus boni ci-
vis officium imple. D O L. Bello civili respu-
blica in extremo est. R A. Ne quid vel civi-
bus vel externis bellis inopinum accidat, ne
quis imparatum casus opprimat, semper hoc
vnum volue animo, docti homines modo, sed
preter animos humana omnia esse mortalia.
Et ut hominibus, sic urbibus & magnis impe-
riis suos morbos nunc extrinsecus obrepentes,
incipium intra corpus exortos in quib' sunt
seces

secessiones & similitates & discordiæ & bella ciuilia: esse omnibus constitutum terminum qui præteriri non poterit, suum finem cunctis quæ videntur instare, & si paululum differatur, affuturam tamen. Vbi sunt vrbes clarissimæ, fuisse syluas asperissimas & futuras esse. Stultè de se sperare urbem aliquā quod assequi regina urbium Roma nequirit. Hoc inter fata hominum atque urbium interesse, quod illa propter innumerabilem infinitamque frequentiam & vitæ breuitatem quotidie in oculis sunt: hæc propter raritatem atque æquum longius, vix semel multis in sæculis & eum stupore cernuntur. Hæc te cogitatio firmiorem contra omnes casus tam publicos quam priuatos faciat. Hæc tibi demum & si non amaram ac vicinamq; tolerabilem viam spernet ad inopiam, ad exilium, & ad mortem, docebit; hoc proprium patriæ tuę malum, quod omnibus est commune.

De discordia animi fluctuantis. Dialog. LXXV.

DOLOR.

A Nimi discordia laboro. R. T. Nullū hoc bellū peius ne ciuile quidē. Illud enim ciuibz inter se, hoc homini secum est. Illud inter partes populi in plateis urbium, hoc intus in anima, intusque ipsas partes animæ geritur.

ritur. Itaq; cum sit belli quædam species quæ plus quàm ciuile bellum dicitur, vbi non solum ciues, sed cognati etiam inter se pugnât, quale inter Cæsarem & Pompeium fuit, de quo dictum est. Ille locus fratres habuit, locus ille parentes, quanto hoc bellum iustius nomen id vendicat, vbi non pater contra filium, nec frater aduersus fratrem, sed homo ipse contra se litigat, quo durante litigio nulla quies animo, nulla potest esse securitas.

D O L. Discordat animus, & diuersis secū pugnat affectibus. **R A.** Diuersitatem illam abijce, rñum velle incipe, tunc composita erit & immota pax animi, cū discordes affectus quasi seditiosi ciues in vñam cōuenerint voluntatem: alioquin vt cōtrarij & corrupti humores febrem corporum, sic contrarij affectus febrem pariunt animorum, quæ tãto est periculosior, quãto & animus corpore est nobilior, & æterna mors terribilior temporali: vtrobq; tamen adhibitum temperamentum & æqualitas quædam ad salutem est via. **D O.** Pugnat animus nec quid velit eligit. **R A T.** Malum simul malique causam stringis, quia nempe non eligit ideo pugnat. Eligat, & confestim pugna cessabit. Eligat dico bonū vel leuius, si malum magis magisq; certabit. Virtus enim inter se pugnât. Semper virtutum concordia summa est. **D O L.** Animus in partes

T
tes

tes scissus dissidet. R. A. Animum in tres partes distinxere philosophi, quarum primam in arce, hoc est in capite locauere, moderatitiam vitæ humanæ, cœlestem, serenam, semper deo proximam, vbi tranquillæ honestæque voluntates habitant. Duarum reliquarum alteram in pectore vbi ira æstuant atque impetus: alteram subter præcordia, vbi concupiscentiæ atque libidines, duplex huius pelagi tempestas, quid agendum igitur tibi sit, vides. Fac quod Menenius ille cuius paulò ante memini, persuasit plebi ut subesse patriciis animum induceret, quo impetrato, urbem scissam in duas, ad unitatem salubri consilio reduxit: & tu coge, vel consilio, vel vi partes ignobiles parere nobilibus, tum demum & non aliter animi pacem spera, qua sublata quid aliud quam vaga semper & propositi inscisa, & fluctuans & incunctans vita hominum est & cæca prorsus & misera. Multi prius ex hac vita abeunt quam quid velint sciant. D. O. L. Fluctuo in consiliis nec quid velim scio. R. A. Jam dixi, multis hoc accidere, non vno aliquo tantum in tempore, sed & in omni vita, & usque post vitæ finem. Et profecto ex omnibus quæ dixisti, dicturusque es, vix hoc malo peius aliquid inuenies. D. O. L. Fluctuo & in diuersum ager. R. A. I. O. Maximum argumentum, male se habentis animi fluctuatio est:

est: ut enim corpus ægram sæpe chore voluit, sic ægos animus consiliis agitatur de quo vix ulla mihi spes salutis parumper abest, quia melius sperem de homine vitis pertinaciter inhaerente, qui si conuersus fuerit ad virtutes, in his forsitan constans erit, quam de homine vario, nullis se consiliis applicante, qui & si boni aliquid inceperit non consistet neque perseverabit, indocilis stare & fieri potest ut de hoc intelligere liceat Senecæ illud obscurum: quod tota vita elabitur aliud agentibus, modo enim hoc modo illud agentes nunquam idem, semper aliud agere sunt dicendi, quamvis & alios sensus locus ille recipiat. P. Q. I. O. A. Inter varias curas iactos. R. A. T. I. O. Quasi inter tumidos fluctus vitæ tuæ puppis consilij inops & magistro destituta, concutitur naufragio proxima, piti tu illam dum nondum manu clauis excidit tuto aliquo & salubri sustas in portu, iactis que ancotis conquiescas prius quam te animi tempestas opprædent. P. Q. I. O. R. Fluctuo propositi incertus. R. A. T. I. O. Hinc prætor animæ pericula, quæ innumerabilia & immensa sunt, ipse quoque oris habitus prodit varius & inconstans, similisque animo à quo vultus fingitur, ut ait Cicero, dumque hoc in statu fueris, nunc lætus, nunc tristis, nunc pauidus, nunc securus, nunc celer, nunc tardus

ardus incedes insigni varietate conspicuus,
quale aliquid traditur de Lucio Catilina: at
vbi te primum composueris atq; ad vnū ali-
quid direxeris, vnū velle cœperis, quod bo-
num vtiq; sit oportet, quoniam natura malo-
rum semper varia est: vbi hoc inquam fece-
ris, præter animi quietem rerum optimam
vniformitas quoque vultus ac tranquillitas
consequetur, nec spe vlla, nec metu, nec mi-
rore mutanda nec gaudio, res quidem vene-
rabilis & paucorum hominū, quæ apud ve-
teres Græcos in Socrate, apud vestros in Le-
lio laudata est. Postremo verò in principibus
vestris Marco Antonio & Aurelio Alexandro.

De ambiguo statu. Dialog. LXXVI.

DOLOR.

Ambiguo in statu sum. R A T. Quid est
quæso de quo ambigis? Moriendum ne
mortalibus, an spernenda quæ fugiunt & nul-
lam in prosperis spem habendam, an ineu-
tabiles casus rerum esse, sed tolerabiles, nec
flekti quidem sed frangi posse fortunam? Ad
hæc omnia certa sunt. D O. Ambiguo in statu
positus quid de me futurum nescio. R A. Vbi,
quando, qualiter moriaris ambigere quidem
potes, mori autem oportere, nec male mori
posse, qui vsq; in finem bene vixerit, nec tirò
mori quibusuis in spatiis vitæ viri boni mu-
nus impleuit: vel si id non licuit ac spem de-
dit,

hæc leuia videantur, sed vos delicatissimæ
 corpora insensibiles penè animas habetis.
 Altera vestra parte nihil, altera pati omnia
 parati quodq; est funestius non sentire. D O L.
 Vulneribus infictis afficior. R A T. Hostilis
 mucro lorica penetrat, non animum: Ille
 nisi ultro suis sese armis spoliet, inviolabilis
 ferro est. Disputarum habes à magno quo-
 dam viro, paruo quidem, sed arguto volumi-
 ne, neminem lædi posse nisi lædatur à seipso:
 tui sententiæ, quantum ab opinione hominum
 vehementer abhorreat pro veritate subscri-
 pserim. D O L. Grauiissimis multisq; vulneri-
 bus laniatus sum. R A. Nullū vulnus grauius
 esse potest quàm ad mortem, talia verò vno
 in corpore multa esse nō possunt: si vnum, er-
 go grauiissimū, reliqua omnia leuia fiat oportet.
 Tribus & viginti vulneribus cōfixus Cæ-
 sar, vnum non amplius letale habuit, vt sanè
 fuerint cuncta letalia, plus ne quàm semel
 mori possit? Multa licet ac profunda sint
 vulnera, vnus est vulnerum effectus, quorum
 sæpe etiam in corpus extinctum inhumana
 repetitio nō vulnerati poenam, sed scruiciam
 vulnerantis exaggerat. D O L O R. Vulneribus
 debilitatus sum. R A T. Sic vtiq; simul de-
 bilicata superbia cū sororibus suis, & acces-
 serit vulnerum comes humilitas, ne de ni-
 hilo scriberetur: humiliati sicut vulneratum
 super

Speculum: bonum vulnus & vtile quod plu-
 rimum ac maiorum vulnerum medicina est. D. O.
 Vulneribus deformatus sum. R. A. T. An ado-
 lescentis illius obliuisceris, cuius mentio bis
 in hoc sermone incidit: sero quidē spē fac-
 res quod ab aliq. factum gemis. R. A. T. Trans-
 uerso vulnere facies exarata est. R. A. T. Non
 vulnus, sed causam vulneris attedo. Iusto ci-
 uis bello paria miris modis honestat facie:
 vna fortis speciosum pro iustitia susceptum
 vulnus multoq; speciosior est mors. D. O. Vul-
 nere accepto claudus sum. R. A. T. Dictū tenes
 Horatij Coclitis, qui cū die illo quod mirabili
 magis quā credibili fortitudine atq; con-
 stantia solus Tusci regis exercitum Sublicio
 in ponte sustinuit, restudine suorum manibus
 a tergo fracta & collapsa hostibus clausum
 iter lentiens, utq; erat armatus & mille hinc
 atq; illic missilibus circumuēctus, ex alto se
 in Tyberim proiecisset vnq; cum vulnere
 vnde claudus manat, inter ruendum acce-
 pto, nando ad suos corpore reliquo incolu-
 mis peruenisset: idque vitium sibi post tem-
 pus in petitione honoris obiceretur, sic elu-
 sit aduersarium: Minime enim inquit clau-
 dico, sed ita dii immortales voluere, ut per
 singulos passus meminerim triumphi mei:
 præclarum plane factisq; par dictum. D. O.
 Manum vulnere perdidit. R. A. T. Si laquam-
 dam

damnum leuius: at si dexteram, Marci Sergii
 viri fortissimi remedio vti licet, qui hac ma-
 nu bello punico amissa sibi ferream fabrefe-
 cit, cum qua multis ac trucibus præliis, non
 odiosus bellator interfuit. Id si parum succe-
 serit, dextræ officiū in sinistram transfer. No-
 sti vt Cæsareus miles Atilius bello Massili-
 si, cum injectam puppi hostili dextram ami-
 sisset, læna prehensam tenuit donec pelago
 mergeretur. D O L. Vtraque manus ferro ab-
 scissa est. R A T. Vbi plus licentiæ fortuna, ibi
 plus negocij virtus habet, fortunæ tamē om-
 nis aculeus virtute contunditur, hac armatus
 etiam sine manibus fortis erit. Memento Ci-
 nigeri Atheniensis, qui post Marathoniam pu-
 gnā, opus immortale Milciadis hostibus
 ad naues profugis imminens, obtruncata ma-
 nu dextra qua vna nauium fugæ plenā strin-
 xerat, sinistram mox adhibuit, qua rursus ab-
 scissa, feræ in morem morsu post affixo sic te-
 nuit quos aliter non valebat. Nec tibi miles
 ille Cannensis exciderit, qui vulneribus vsu
 manuum priuatus contra suis intentum spo-
 liis victorem, quod vnum sibi sapererat den-
 tibus quidē pro manibus vsus est, cernicemq;
 eius arreptā vlnis implicuit nec laxauit prius
 quam auribus truncis ac naribus, os hostis la-
 cerum tuens, seq; virtus moriens iam lætione
 expleret: ferocia hæc illa suauiora mitibus
 que

que animis aptiora remedia, vt semper seu-
rem fragilem caducamque teque velociter
deserturam corpus aspicias, vt cum id euene-
rit, nec concidas nec mireris quidem, sed ex-
teriore membrorum ministerio amisso, in ipsos
animæ sinus intimos te conuertas, vbi inue-
nies aliquid magnificè loquendū agendū-
que, nec lingua opus esse nec manibus. DO L.
Vulneribus deformatus sum. R. A. T. Dixi iam,
immo si causa vulnèram pulchra, est honesta
tus ac insignitus viri quidem formis pro iusti-
tia magnum aliquid aggressi durumque ali-
quid perpeffi, non fœdis frons sulcata vulne-
ribus videri debet, sed notis stellata fulgenti-
bus, neq; verò cicatrices aut vulnera, sed vir-
tutis sunt dicenda vestigia, & præclaris affixæ
frontibus signa meritorum. Proinde si Cæsa-
reum illum quoq; Centurionē Cesium Sce-
nam miræ virum fortitudinis, sed iustitiæ
nullius, mille lacerum perfoffumq; vulneri-
bus hostes quoque venerati, & propter vnius
virtutis admirationem vulnera ipsa deoscu-
lâtes armorum fragmina & sagittas & repêti
cadauere eductas deorum templis seu sacrū
aliquid affigebant. Quid de fortis iustiq; vi-
ri præciosis vulneribus sentiendum sit intel-
ligis. DO L. Vulneribus multis infirmus ac de-
formis sum. R. A. T. Curate miseri vulnera, nisi
nunc sanentur hæc sunt perpetua. Da hinc enim
T 5 terra

torta viderit quæ illa contegeret consumeretque
 cicatricesque corpora excipiens, plana res
 struet. DOLOR: Inflicte vulnere hac aut illa
 parte corporis truncus sum. RATIO. De
 partibus litigas, totum illic relicturus.

De rege sine filio. Dialog. A. & R. & A. L. in

Regnum est mihi, non filius. A. Parum
 nec tibi igitur solitudinum & curarum
 regni onus imposuit, nisi filij insuper pondus
 accesserit. Sarcinis vestris delectamini & dul-
 ce est vobis sub fasce succumbere. Nullum
 publicum pōdus regno grauius, nulla priuata
 sarcina grauior quā filius & si nulla charior.
 DOL. Cui regnum dimittam, nullus est filius.
 RATIO. Dimitte ciuibus libertatem, nil illi
 gratius, nil te dignius potes. Fuerunt qui vi-
 uentes nec successore carentes hoc ipsum fa-
 cere meditati sunt, Hiero Syracusius & Au-
 gust. Cæsar. Quanto verò satius fuerit multis
 benefacere cum possis, quā optare vt vni
 malefacias? Quid est autē melius, quid dul-
 cius quā in libertate viuere quid pei⁹, quid
 periculofius quā regnare? DOL. Non est fi-
 lius quem heredem regni faciam. A. Non
 est tibi materia perpetuanda tyrānidis; nam
 quid sunt aliud regna quā verusta tyranni-
 des. Nō in bonū tempore quod natura est, ma-
 lum.

Num. Adde quod per sepe qui in regna succe-
 dunt à maiorū suorum casu discedūre exēplo
 sunt Hieronimus Siculo tyrannus, & Iugur-
 tha Numidicus, qui Romanorum amicitiam
 tanta fide ab auro tamq; fideliter diu cultam,
 cum sua uterq; pernicie, alter insolentia, alter
 perfidia violant. Nō habes igitur successorē
 regni, nō habebis tuorū actuum querforem,
 sed habebis populum tui nominis amatōrē
 & cultorem, tui memorem, libertatis tibi per
 sæcula debitorem. Bene tecū egisse fortunā
 credito, & melius multo quod filium tibi vel
 abstulit vel negavit, quā quod regnum dedit.
 DO. Sine filio rex sum. R. A. T. Nunc honestius
 atq; liberius regnā: sepe amor filiorū ab amo-
 re virtutis animum deflexit. Legisti ut apud
 Taprobane in insulam ingentē, quæ longē
 trans Indiam in Orientali sedet Oceano, per
 transversum diametrum obiecta Britannia,
 rex arbitrio populi consentientis eligitur vir
 ex omnibus optimus; nihil sanguis, nihil
 opēs profunt: omne suffragium de virtute
 oritur, ita ut nunquam iudicio fauor offi-
 ciat. Sancta & felix electio quæ ad nostros
 reges utinam pervenisset, neque malis peior-
 res & peioribus pessima succedentes orbem
 terrarum tradita per manus nequitia ac su-
 perbia corripissent. Illo tamen quantum
 libet optimus ac perfectus vir vnamq; sen-

ten

teoria omnium comprobatus, ad regnum tamē nō perueniat nisi & senex & filiis carēs, ne aucteratis feruor aut filij amor trāuersum quō non expedit animum agat. Ita qui & si filium habet ad regnum non assumitur, & si post regnum illi forē filius natus sit, statim regno cecidit: neque enim prudentissimi viri possibile opinari sunt ut idem animus simul & populum curet & filium.

De regno amisso. Dial. LXXIX.

DOLOR.

Regno excidi. R A T. Iam solatij genus est filium non habere. DOLOR. Regno excidi. R A T. Vtilis casus, in præcipiti sedebas, saluus in plano depositus, & periculosam altitudinem post terga respiciēs, videbis te regni solio descendentem, ad priuatæ vitæ requiem ascendisse. Et si nulla est sine securitate incunditas, nulla felicitas, aliquanto incundius te, aliquantōq; feliciter atque ita altius esse quā fueras cognosces. D O. Regno, depulsus sum. R A T. Habeto gratiā depellenti, durū auribus, animo liquidū quod iubeo. Depulsus enim ea vnde erat, abeundum, & quod sponte debueras, coactus facis. Optanda vis quidē non defendenda nā quis pudor hominē natū aut regnū super homines optare, aut se parē factū hominibus indignari. si ex-
celle

cedere pulchrū atq; optabile, quid nī omniū
 pulcherrimæ rei excellentiæ exoptanda sit?
 Non superbiz igitur neque licentiæ, sed vir-
 tutis, ex qua verā diademata regum non ex
 geminis aurōq; fieri: nemo tam auri cupidus
 aut gemmarum est qui neget: quis autē quæ-
 sō hominum non videt, inter homines prin-
 cipatū humanitati debitum, non opibus quæ
 opulentum hominem faciunt, non humanū
 magis atq; ita nec meliorē certē nec homi-
 nibus altiorē? Sed hic vnus ex multis errori-
 bus vestris est in excellentiæ appetitu, quam
 in fœdē sede contentam vbi non est queritis,
 non videntes consequentiā rerum verā &
 causarum. Sicut enim inter diuites diuitis,
 inter robustos viribus, inter formosos forma,
 inter desertos eloquentia: sic profectō inter
 homines humanitate præcellitur. D O L O R.
 Regia de sede cecidi. R A T. Si incolumis, per-
 rarum: solent enim qui sic decidunt perire re-
 gnōque simul atq; animā spoliari, quibus illa
 relinquitur, tranquillior gratiorq; si sapiunt,
 vix est quod illos minimē latuit, qui nō col-
 lapsi aut depulsi, sed & stantes & volētes, aut
 imperio cedere, aut pontificatum iam subli-
 miorem regnū & imperiū relinquere. In qui-
 bus Diocletianus clarum nomen habet, qui
 dimissum vitro ad imperiū reuocatus spre-
 vit opes turbas, anōq; fastigiū & qua-
 situm

frum ab aliis querendum; tantis cadibus
 rursus oblatum expertus exhorruit, & philo-
 sophicè grauiter, cum amicis iocans, pleni-
 bus quæ in hortulo suo priuatus sibi ipse pla-
 tanerat, posthabendum censuit. D. O. L. Regia
 arce detrusus sum. A. A. T. Latetrum illa disc-
 criminum plena erat inter quæ dudum cæcus
 animi, quibusdā velut auribus nec minus vi-
 gentibus, quia fulgidis manicis atq; cōpedi-
 bus, tenebatur, quibus nunc solutus lumine
 reddere, quod fortuna suis auferre, sequacibus
 solita est, illius circulatoris instabilem ludos
 vides. Et quis auarus adeo, vt non auro visum
 redimat, eligat quin opo magis integritatem
 nobilissimi sensus quàm diuitem cecitatem?
 Atqui non minus nobilis, sed sine cōparatio-
 ne nobilior animi visus est quàm corporis il-
 lum gaude regni nutans impēdio redemif-
 se, rem magnam paruo precio, neq; rem vnā
 tantum, non modò enim emissa cum regno
 abiit, sed libertas rediit publico sentisio libe-
 ratus es. D. O. L. Regia exueri maiestatem, P. A. T.
 Chlæmis regia sceptrumq; & diadema, crede
 expertis, pōderosissima totū suāq; multiplici
 liquoris fisco quæri desine. D. O. Regni amisi.
 A. A. T. Immo quidem cōsisti, & quid nō ex in-
 genti fastigio enatus? solū uerū redam quæ
 reles premere votāq; soluere. D. O. Regni for-
 licitate perdididi. P. A. T. O. q. estu felicitatem
 mi

miseram, seu foelicem miseriam dici maxie,
 hanc fateor perdidisti, seu utramq; simul fal-
 sam foelicitatem veramque miseriam. D O L.
 Regnunt simul ac potentiam regiasque opes
 perdidisti. R A T I O. Gaudendum perditis quae
 te perdere potuissent. D O L O R. Regni pote-
 state careo. R A T. Et regni curis & casib' quo-
 rum tædio atque odio quidam solio excede-
 re voluerunt, quod ut vellet, Augustum mo-
 destia, Neronem metus impulit: nonnulli etiã
 excesserunt, ut paulo ante memoravi. Id qui
 velle non potest, (Sunt enim perniciosae &
 indomitæ voluntates) necessarii saltem vi-
 ctorique suo gratias agat ad eum statum vi-
 redactus quem optasse debuerit. Primum boni
 animi votum esse debet, honesta consilia li-
 benter amplecti, proximum vel coacte: quod
 magnum illum Syriæ regem non præterit
 Antiochum, qui omni quæ cis Taurum est
 Asia privatus, senatui populoque Romano
 gratias agebat quod eum magna nimis soli-
 citudine liberatû ad mediocria redigissent.
 Facetè quidem ille si ficto, sapienter gravi-
 tèque si verè. D O L. Regni è solio descendi.
 R A T I O. Dicebam superbis impudentis,
 addam & amentis negligentis esse conditio-
 nis oblitum, fastidite quod sis, esse velle quod
 nequeas: non possunt omnes homines reges
 esse, sit satis esse homines, quid non sui regni
 au

audis sua sordet humanitas: quiescite miseri, benè socum agi putent hi qui reges esse desierint. Cum enim dura omnium mortaliū, tum durissima regum soris, quorū & vita innocens labori & scelerata infamiae, atq; vtraque periculis exposita, quocunq; se verterit difficultatum scopulos rerūque naufragia circa se videt: hic erupisse tu miserū ducis, nil vnquam tibi foelicius accidit quā quod miserrimum arbitraris. D O L O R. Regnum meum ad aliū translātum doleo. R A T. Non tuum certe, sed fortunae, quae si donare illud tibi potuerat, cur auferre cum velit & transferre non possit? Vide autem ne prater trāsferentia voluntatem, quae sola sufficiens est, aliae etiam causae fuerint trāsferendi, illae scilicet quas quidam sapiens vir expressit, regnum, inquit, à gente in gentem transfertur propter iniustitias & iniurias & contumelias & diuersos dolos. D O. Rex esse desij. R A T. Homo esse incipis: ea est enim regum insolentia, ut quod Christus esse dignatus est, dici se homines dedignantur.

De perditione. Dialogus LXXX.

D O L O R. R A T. Tunc perditus sum. P R. Proditus sum ab amicis. R A T. Hostibus credo: si amici enim essent, non te proderent. D O L. A familiaribus sum proditus.

R A T.

R A. Ambiguum est nomen, & familiaris amicus & familiaris hostis dicitur, quo periculum maius vita hominum non habet. **D O L.** Proditus sum ab eis quibus ante alios fidebam. **R A.** Vix fallitur qui non fidit. Enimvero quo maior quisque, eo minus potest tutè fidere, eòq; plus fidere ac pluribus est necesse. Unde fit, ut cum commune, tum vel maxime regium fit prodi, neque omnino vllum genus tam obnoxium huic malo: proditus à suis, ut fama est, Priamus, proditus Minos, Nysus, Oethes, Agamemnon, Alexander, & ante ipsum Darius. Prodi ex nostris Romulus, Tarquinius Priscus, Servius Tullus, Africanus minor, magnusque Pompeius & Iulius Cæsar, & mille alij, vel reges, vel regibus altiores. Et quid proditos loquor, quasi querendi sint? Quis autem non proditur & in parvis quotidie & in magnis, nisi cui nullus est penitus à quo prodi possit? Proditus ad extremam Christus, nec regū peste terrestrium coelestis ille rex caruit. **D O.** Proditus sum magisque meorum fraudibus, quam propriis tangor incommodis. **R A T.** Pie id quidem ac magnificè: nam & Africanus ille. cuius proximè meminisse sese territum, non tam mortis metu quam insidiarum à suis apud Cicero- nem dicit: veruntamen neutro nimium tangi debes, quando enim ita iacta fors est, ut lu-

V.

crum.

crum ac perfidia proditoris, bona fides damnumque sit prodi, elige vtrum mauis. D O. Proditor me sefellit. R A. Plus ille sibi nocuit quam tibi, te prodidit, se perdidit, te pupugit, se confodit, te dum spoliat se perimit. Tibi enim regnum fortè vel opes, sibi animam, famam, conscientiae quietem conuictumque hominum eripuit. Nil scelestius proditore, nil turpius sol videt, cuius obscœnitas tanta est, vt qui artificio eius egent execrentur artificem, & qui cæterorum scelerum famam querunt, huius infamiam reformident. D O. Proditus sum. R A T. Proderit forsan ne tam facile iterum prodi possis. Multi sæpe paruis dampnis admoniti, magnis occurrere didicerunt.

De amissa tyrannide. Dialogus LXXXI.

D O L O R.

TYrannidem amisi. R A. Si vtile damnum est amisisse regnum, quanto est vtilius tyrannidem amisisse? Etsi enim, vt dixi, cum de rege sine filio loqueremur, penè omnia regna tyrannides fuerint, tẽpore tamen quæserunt robur, ac obliuione hominum velum sibi iustitiæ texere, tyrannidis iniustitia simul ac neuitas odiosa est. D O. Tyrannidem deposui. R A T. Sarcinam reipublicæ grauem, tibi periculosam, nulli bono vtilem, damnosam multis, omnibus odiosam. D O L. Tyrannidem

idem exui. R A T. Ne sis nudus, indue iusti-
 tiam, modestiam, parsimoniam, honestatem,
 pietatem, clementiam, charitatem, vestes
 optimas, quibus comparandis, nullo opus est
 auro, sed sola animi voluntate. Vestes paratas
 bonis omnibus, tyrannis vel incognitas vel
 inuisas, qui margaritis ac purpura obuoluti,
 humanitate interim, ac virtutibus nudi sunt.
 D O. Ciues mihi tyrannidem extorserunt. R A.
 Libertatem sibi debitam receperunt, vitam
 tibi inde debitam reliquerunt: tu hanc ciui-
 bus tuis debes, qui tibi præter odium nihil
 debent. Ita pro gratiarum actione querimo-
 niam instituis. At iampridē mos iste percre-
 bruit, ut qui fecit iniuriam queratur, qui pas-
 sus est sileat. D O. Longa tyrannide spoliatus
 sum. R A T. Seruierunt tibi quibus forsitan te
 seruire dignius fuit, nunc iniuriam longi &
 iusti seruitij finem vocas, cum iustitiæ prin-
 cipium iniustitiæ finis sit, ut si multorum ca-
 lamitates populorum vnius hominis pauisse
 licentiam turpe fuit, pulchrum sit pascere
 desuisse, deque hoc conqueri impudentiæ sit
 extremæ. D O L. Longa tyrannide sum deie-
 ctus. R A T. Sponte descendisses melius, opti-
 mē verò non ascendisses: Nunc qualiter-
 canque descendisse, bonū ideo, quia iustum,
 meliorque coacta iustitia, quàm volunta-
 ria iniustitia est. Audite impium tyrannum
 V 2 apud

apud inferos exclamantem Discite iustitiam
 moniti. Audite & me apud superos exhor-
 tantem: discite iustitiā vel coacti. Hæc enim
 tempestiva, hic utilisque ni respuitur: illa ibi
 admonitio utique sera est: frustra enim disci-
 tur quod fieri amplius non potest. Ponite ve-
 rò iam tumentes animos, superbūmq; & fe-
 rox dominandi votum pōnite, et si non prius
 saltem post tyrannidem amissam, tyrāni esse
 definite, & optandi, quod iam assequi nō po-
 testis, finem facite, si nō iustitiæ saltem vere-
 cundiæ hoc præstate, ut mutatis moribus &
 nouo habitu mentis assumpto amissione di-
 uitiarū ditiores facti, quantum fortunæ de-
 trahitur, tantum animis addidisse videamini.
 Nunquam ne igitur aduertistis, ut non solus
 ille rex regū & dominus dominantium omni-
 potens à quo omnis potestas est in cælo & in
 terra, manum muneribus suis plenam & ex-
 tendit & retrahit, occultis sæpe iustis semper
 ex causis, sed temporalis quoque rex regem,
 tyrannus tyrannum, & gens gentem deiecit
 atque pessundat. An verò nec prophetā illum
 querulum audiuiſtis? & congregabit, inquit,
 quasi arenam captiuitatem, & ipse de regibus
 triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt?
 Coaptate animum fortunæ, seu diuinæ po-
 tius voluntati, & cauete ridiculum fœdum-
 que illud exemplum Dionysij Tyrannorum
 pessi-

peffimi, qui patria pulfus in exilio puerilium
 literarum fcholas tenuiffe dicitur, vt quam
 in ciues non poterat, in pueros tyrannidem
 exerceret, trux ingenium affixumq; propo-
 fito honeftique inſcium atq; æqui iuris im-
 patiens. D O. Tyrannide amiſſa valde doleo.
 R A. Quantū doleres iuſtæ poſſeſſionis amiſ-
 ſionem, qui tam doleas iniuſtæ, quantum re
 propria ſpoliari, qui ſic doleas aliena? D O L.
 Tyrannide me deiectum grauiter fero. R A.
 Feres leuius ſi cauſam libres. Multi quidem
 Tyrannorum ſolo nominis odio ceciderunt:
 plures tamen certas cadendi cauſas habuiſſe
 notiſſimum eſt & quotidie fit notius. Apud
 Ariſtotelem quidem legis in politicis, quòd
 propter vxorum iniurias multæ tyrannides
 perierunt. Id quoquo modo ſeu actiue ſeu
 paſſiue acceptum fuerit, verum erit, hoc eſt,
 ſeu propter iniurias à tyrannis illatas vxori-
 bus alienis, ſeu aliis illatas ab vxoribus Ty-
 rannorum. Primi exemplum habes, non mo-
 dò tyrannidum, ſed regnorum Troiani ſcili-
 cet & Romani. Secundi verò Agidem Lace-
 dæmonum tyrannum, qui cū ipſe ſibi ſub-
 ditos ſpoliaſſet, ad ſpoliandas eorum vxores
 amantiſſimam ſuam coniugem deſtinabat,
 quæ ſibi cauſa non vltima eſſe potuit matu-
 randæ calamitatis, quanuis hic Ariſtoteli
 notus eſſe nequiverit, qui ætate floruit Ale-

xandri, neque tam longævus fuit: ut ad huius
 ætatem peruenire potuisse videatur, cum ta-
 men eisdem in libris non sine admiratione
 quidam Hieronis ac Gelonis nomen inue-
 niam, qui qualiter sibi noti esse potuerint, at-
 tenta ratione temporum non satis expedio.
 D O. Nec ego alienis iniuriosus vxoribus, nec
 mea vxor alicui, tyrānide tamen excidi. R A.
 Sæpè se nocentissimi innocentes putant, sunt
 tamen & aliæ nō minores causæ præcipitan-
 dæ tyrannidis, insolentia scilicet quæ Iulio
 Cæsari apud historicos obiicitur: illa præser-
 tim quod senatui se honorificētissimè adēti
 non assurrexit, quæ hodie nec causa quidem
 vlla esset. Crudelitas quoq; quæ Mezentium
 apud Virgilium ad supplicium reposcebat,
 Gaium verò Caligulā, & Neronē, & Domi-
 tianum ad supplicium traxit: & inuidia quæ
 maius tormentum non inuenisse Siculos ty-
 rannos Flaccus ait: neq; vestros hodie maius
 inuenire res loquitur: postremò nulla Tyran-
 norum aut maior pestis, aut crebrior auaritia
 est. Itaq; reliquæ singulorū, hæc est omnium.
 Reliquæ singulos ciues afficiūt, hæc populum
 vniuersum. Superbia & inuidia ipsos inter
 tyrannos regnant, crudelitas inter paucos sæ-
 nit: auaritia inter omnes. Quiescit illa non-
 nunquam ac minuitur, hæc semper crescit
 ac vigilat. Qui præesse igitur in populis vo-
 lunt,

Iunt, vitare imprimis hoc vitium decet, om-
 nēmque virij huius infamiam omnēmque
 suspicionem: nihil est enim quod odiosum
 æquē faciat tyrannum, æquē præsentia re
 dominio indignum. Reliqua interdum ma-
 gnanimitatis aut iustitiz sese velo tegit, hoc
 vnum vilitatē animi miseriamq; non exuit,
 & contra communem humani moris erro-
 rem, ut nil miserius, nil vilius avaritia est, sic
 nil quoque miserius creditur, nil vilius, idcō-
 que hoc vitio laborantes indignissimi hono-
 re & imperio iudicantur. Indignantur homi-
 nes illi subitici, qui avaritiz sit subiectus, atq;
 illam alienum in corpus ius habere, quod
 suum non habeat in metallum: velle sibi lici-
 tum aliorum vitam, ne dicam pecuniam, ex-
 torquere, suam tangere non audenti. Prima
 quidem igitur ad securitatē & quietē via est,
 non modo tyrānidis appetitum, sed omnem
 regnandi cupidinē abieciſſe: nam quid stul-
 tius, quid laboriosius, quidve periculosius,
 quā totius in se vñū populi sarcinas trans-
 ferre fragile forsutā suis propriis perferēdis?
 Sin eligere meliora, cōsuetudo veri hostis, &
 opinionum peruersitas nō permittit. Illud est
 proximum Aristotelici dogmatis meminisse,
 ut scilicet non tyrannum quis se præbeat, sed
 reipublicæ curatorem. Introitus, inquit, &
 oblationes oportet videri colligere disposi-

tionis gratia, & si aliquando opportunum fuerit vti ad bellicas opportunitates: vniuersaliter autem exhibere seipsum custodem & camerarium tanquam communium nō tanquam propriorum: & iterū præparare, inquit, oportet & ornare ciuitatem tanquam procuratorem existentem non tyrannū: & rursus oportet non tyrānum, sed œconomum & regalem videri esse subditis, & non suimet curantem sed procuratorem mediocris vitæ persequi non excellentias. His quidem horūque similibus, vt Aristoteli placet, & mihi, sit durabilior principatus: ita tamen talem videri expedit, vt verè etiam talis sit. Simulatio enim tot sub oculis hominum quos res tangit qualibet arte, vel ingenio longa esse non potest. Vide nunc igitur an in parte horum aliqua erraueris, & queri desine & mirari, neque enim tyrannidē his vitiis obnoxia desinere, sed durare mirabile est. Ad summā, & reges, & tyrāni omnes, & quicunq; in potētatu aliquo sunt, debēt si regnare diu volunt, acriter excutere memoriterq; dictum illud Catonis apud Liuium: avaritia & luxuria omnia magna imperia euerterunt. D O L. Amissa tyrannide priuatæ redditus sum fortunæ. R A T. Hostis ciuiū eras, factus es conciuis, æquam discce ciuilitatem, & beneficium fortunæ humilioris agnosce, cum honestius, tum tutius inter

inter ciues bonos quàm super omnes ciues
 viuatur. Iam tibi tranquillior rerum status,
 iam securior vita erit, sine metu, sine suspitio-
 nibus, sine excubiis, sine ferro, quibus in ma-
 lis, quæ nam vitæ suauitas speranda sit nescio.
 D O L. Tyrannide perdita priuatus dego. R A.
 Elige an lamentis acerbare fortunam malis
 an æquabilitate lenire: profectò enim si non
 vulgi strepitum, sed animum ipse tuum, & in
 silentio præteritque memoriam interroges,
 multis te explicitum atq; elapsum malis in-
 uenies. Iam tutus viuere siccusque iam mori
 poteris, nec sanguine madidus nec veneno.

De perditis arcibus. Dialogus LXXXII.

D O L O R.

V Alidis arcibus spoliatus sum. R A T. Ad-
 huc ergo tyrannidis supererant semina
 quæ iam tandem amissis arcibus abiiecisti.
 Non est satis venenosum stipitem præcidis-
 se, ni radicem vulseris, qui arcibus fudit, ty-
 rannus esse non desit. D O L. Montana arce
 priuatus sum. R A T. Vbique arces sunt com-
 pedes libertatis: at in montibus nimbi etiam
 quidam sunt quodammodo, vnde vestra su-
 perbia in subiectos tonet ac fulminet, his
 priuari nò modò flebile, sed optandū est. Sūt
 enim aliqua ex his etiā quæ bona vulgus ap-
 pellat, quibus boni quoque modestiq; animi
 teneretur atq; ad illicitum vrgeantur, quibus

V s mori

moribus si obstare virtutis ope non valeas, quid ni optanda sit amissio earum rerum quæ hos pariunt motus? D O. Arcem fortissimam amisi. R A. Tu fortissimam dicis, fragilem probat euentus. Amisisti potius rem vsu ineptam, difficilemque custodia, rem inutilem tibi, vicinis omnibus odiosam: iam dormire noctibus incipies & dormire alios fines. D O L. Tutissima mihi arx diruta est. R A T. Quomodo esset tuta quæ periit, ipse tecum cogita: ego autem tibi ostendam munitissimam tutissimamque arcem sine muris, sine turribus, sine vilo prorsus operoso rerum apparatu: si vis tutò viuere, benè viue: nil virtute securius. Bene autem viuere non hoc dico superbè, lautè, pōpaticè, sed iuste, sed sobriè, sed modestè. Nullis opus est arcibus, quæ nō tutum te præstiterint sed sollicitū, formidabilem ac molestū. Quæ est autem hæc voluptas metui nec amari? An illud Laberij notissimum non audisti: necesse est multos timeat quem multi timent? Hoc ille dixit in Iulium Cæsarem: quāto id in alios, illo & minores & formidabiliores rectius dici potest, nescio quidem, cur tam multi cupiant timeri. Nemo enim gratis metuitur vnā & metuit, & periculosius vni est multos metuere quā multis vnum. Nōne satius multò est, quòd nullus te metuat & tu nullum, quā q̃ te multi metuant

&

& ru multos? Segregari enim ista nequeunt, semperq; metu metus queritur. Poscis huius dicti causam: illa profectò est quam Ovidius Naso ait: quia què metuit quisq; perire cupit, dictum prius est ab Ennio: quem metuunt, inquit, oderunt: què quisque odit periisse expetit. Eras in tua arce metuendus, sed & metuës. Et quos inquires metuebam? Immo verò quis non omnes metuet qui metui cœperit, sed illos imprimis à quibus ipse metuitur? Nam Cicero Ennium secutus: qui se, inquit, metui volët à quibus metuëtur, eosdē metuant ipsi necesse est. Sæpe idem repeto, quia ita se res habet, nec aduertitis in hoc cæci, ut in reliquis, dum supra omnes esse nitimini, infra omnes estis, quid est timore depressius? sic conatus omnis vester in aduersum desinit.

D O. Arcem mihi charissimam amisi. R A T. Fac tibi chariorem aliam quam non perdes. Circumualla animum piis intentionibus, honestis vitam actibus, prudentiam ac fortitudinem ante fores loca, iustitiam atque modestiam in propugnaculis, humanitatem ac mansuetudinem vndique in muris, spem, fidem, charitatem arcis in medio, prouidentiam supremæ turris in vertice, bonâ famam in circuitu dei atque hominum, adsit amor, absit metus, dignos côle, ceteros præteri neq; cultos neque offensos. Ita nec te alius, nec

ru

tu alium cōtremisces, & in domo humili tutius viues quàm in arce vixisti: hanc tibi arcem nemo vsquam inuadet, hanc tibi nemo poterit aut volet eripere: hac malos in stuporem, bonos in amorem imitandiq; studium excitabis. O quàm facile erat tranquillam serenamq; vitam agere, ni vos eam inquietam ac turbidam fecissetis: omnia ferme & vestram & proximorum in perniciem conquirentes. Ad quid enim arces istæ nisi ad vestram simul alienamq; molestiam, vt neque vos vnquam scilicet quiescaris, & in ar araneorum muscas captantium prætereuntibus insultetis. Atq; cunctis animatibus lustra sufficiunt ac nidi: solus homuncio arces quaerit, quo nullum animal superbius nullumq; timidius.

De senectute. Dialog. LXXXIII.

DOLOR.

SENUI. R A T. Viuere optabas & vixisse te spœnitet, an quid aliud rei est? D O L. SENUI. R A T. Ibas assidue & peruenisse te stupes, stupendum potius nisi quò semper ires aliquando peruenires. D O. SENUI. R A. Quid ni viuendo senueris & eundo processeris? An tu ætatem retrogradam expectabas? Vt velox utq; instabile, sic & irremediabile tempus est. D O L. Velocissimè senui. R A T. Dicebam tibi tempus fugere, iam credere incipis, dici nequit

NON

non modò inter opiniones hominum diuer-
 forum, sed vnus eiusdem hominis quid in-
 terfit. Iuuenis ante oculos ætatē habens lon-
 gissimam opinatur, hanc ipsam senior à ter-
 go respiciēs videt esse brevissimam. Semper
 futura præteritis longiora videntur, eum vel
 æquē sint breuia, vel eo etiam breuiora, quo
 ad finem properantibus naturalis motus so-
 let esse vehementior. **P O L.** Senui. **R A T.** Est
 vnde gaudeas, si tamen non inter vitia senui-
 fti, aut si vel ad vltimum surrexisti, bona tibi
 & vtilis est senectus, nec exiguum diuini fa-
 uoris iudiciū. Meministi vt Ægyptium il-
 lum senem Cæsar alloquitur, nec ingratum
 deis ætatis asserit argumento. **P O L O R.** Se-
 nui. **R A T I O.** Hac in re saltem vnus ex pau-
 cis, ex tot enim millibus millium eorum qui
 nascuntur, quota pars illorum est qui ad se-
 nium vsq; perueniant? ex his ipsis paucissimi
 sunt quibus iustum senectutis spaciū exple-
 re datum sit. **P O.** Senui valde. **R A.** Prodigium
 ac stupor valde senis occursum metienti ani-
 mo, quot ille periculosis passibus huc vene-
 rit. Insignis quidem senum raritas, ingens ca-
 sum vitæ mortalis argumentum est. **P O L.**
 Senui. **R A T.** Durum ac difficile stadium cu-
 curristi, mirum nisi iam fessus & quietis ap-
 petens lætē proximam metam spectes. **P O L.**
 Citò senui. **R A.** Vitæ cursus nūc brevis, nunc
 brevis.

breuissimus, longus nunquam, durus semper
asperq; & ambiguus, huius vltima pars sene-
ctus, finis autem est mors. Quid hic habes
querimoniz singularis? senuisti? Peregisse iã
debes vitæ munus, venisti ad exitũ, quiesce.
Amens viator est qui labore viæ exhaustus
velit ad initium remeare. Nihil fessis gratius
hospitio. D O L. Senui. R A. Multum tibi placuit
vitæ labor si cum transisse fers grauitè. D O L.
Senui. R A T. Si viuere delectabat, en vixisti, si
oportebat paruisti. Et quis sanæ mentis vel
quod fieri optauerit factum doleat, nisi malè
se optasse sentiat vel quod neq; omitti neque
sine multo labore agi poterat, actum esse nõ
gaudeat? Vndiq; igitur gaudendum tibi est,
seu voti compos delectabilis, seu necessario
& graui functus officio. D O L. Senui & volu-
ptates corporis fugauit ætas. R A T. Vtere ani-
mi voluptatibus quæ nec minores & profe-
ctò stabiliores sunt, nec vnquam fugiunt nisi
cum anima huic hærent, hanc sequuntur: at
corporeæ voluptates venientes culpam fe-
runt, abeuntes poenitentiam pudorisq; & do-
loris materiam relinquunt. His te explicitum
ac liberum gaudere debes, & liberatfici tuæ
gratiã habere quæ te manibus tuorum ho-
stium eduxit tibiq; debitum munus, sed ne-
glectum dilatũmq; suscepit. D O L. Senui soli-
tisq; voluptatibus carco, R A T. Nouis assue-
sce,

Ice, habet & senectus voluptates suas, quas
 gustare vbi cœperis, quæ nunc doles amissa
 fastidias & reuerti nolis. **D O L.** Senui & inca-
 nui. **R A T.** Boni senis verenda canities plus
 habet, non modò auctoritatis, sed honestæ
 etiam voluptatis, quàm fœdæ omnes iuue-
 num illecebræ. Neq; verò mutati coloris te
 pœniteat: nam quis tam corrupto sensu tan-
 que obliquo potest esse iudicio, vt non can-
 didorum calathos liliorum quàm nigrantium
 carbonum cistas aspicere, seq; si transformā-
 dus sit, cygno similē malit esse quàm coruo?
D O. Senui & squalentes arant vultum rugæ.
R A. Et tellus arata fructū fert vberius, & vitæ
 maturiores fructus bene culta in senectute
 proueniunt. Rugæ te offendunt oris, vultum
 animi cōpone: non illum rugæ occupant, non
 variāt anni, nisi vt formosior sit in dies. deni-
 que semper te si non tu eū neglexeris, hone-
 stabit. **D O L O R.** Senui rugisq; & informi situ
 oblitus vix me ipsum agnosco. **R A T I O.** Hoc
 tibi iam ab initio euēturum dixi, minus qui-
 dem auide speculo imminebis, minus tuis
 forsitan, minus haud dubiè muliercularum
 oculis placebis, quib' placere velle maior ne
 vanitas an libido sit nescio. At qui fidem, qui
 constantiam, qui grauitatem, qui prudētiam
 quærūt, certius inter has rugas quàm in pla-
 nis ac mollibus maxillis se quod cupiunt rē-
 peru

perturos sperent. D O L. Senui meliôrq; post
 tergum ætas remanet. R A T. Immo deterior
 non semper quæ delectant magis atq; optan-
 tur meliora sunt. Multi malum suum concu-
 piscunt, quod non esset nisi quia illud Satyri-
 ci verum est : pauci discernere possunt vera
 bona. D O L. Senui & lætiores abiere dies. R A.
 Omnium ferme dies temporum inter se si-
 millimi, animi hominum diuersi, quin vnus
 idemq; animus secum discors, hinc iuuentæ
 furor, hinc impatiētia senectæ, talibus vitam
 impleuere iudiciis, vt melius putet esse quod
 peius est optimūq; quod pessimum. Cate-
 rùm dies omnes in se boni, bonus enim rex
 est & cōditor sæculorum. Itaq; hic feruidus,
 hic gelidus, hic siccus, hic humidus, hic nu-
 bilus, hic serenus, hic turbidus, hic tranquil-
 lus, si ad vniuersi decorem naturęq; ordinem
 aspicias boni omnes: ad vos autem vestrū-
 que iudicium relati, ex æquo prope omnes
 mali, mœsti, dubij, solliciti, laboriosi, anxij,
 amari, queruli, flebiles, ærurnosi. In his tu
 mihi nescio quos nominas lætos dies, qui dū
 aderant, tristes lamentissque suis pleni erant,
 nūc vt læti videātur, nihil est causæ nisi quod
 abierunt, quodque illis precium desiderium
 tibi auget irredituri, multaq; secum tibi olim
 segnius forsan amata rapientes: stultus enim
 nihil penē amat nisi quod perdidit. D O L O R.

Senui,

Seni , ô si dilapsa redeat iuuentus. R A T. O non minus stultum quàm inane votum vt tu sentis: at si altius aspires, non inefficax , redibit enim in tempore, & vt scriptum vides: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. D O L. Seni & ætas bona retro est. R A T. Omnis ætas vt bona bonis, sic malè viuētibz mala , vtrisque autem brevis, prorsus & extremo proxima est , vbi vos manet hinc bonorū merces, hinc supplicium malorum , quæ nā hæc igitur ætas bona , vbiq; aspera semperq; fugax, nisi quātum ad eternitatem via est? Alioquin & si dulce aliquid inesset , omnem fuga dulcedinem extinctura videretur: quis enim fugiens degustat? Fugienti Dario fœtidæ atq; obscenæ potus aquæ suauissimus fuit. Sitis vt putat Cicero, vt ego sentio, gustum metus extinxerat. Urgebat in tergum Alexāder victor : vos à tergo rapidum tēpus premit. Anni celeres præcipitesq; dies , horæ volatiles: ante oculos autem mors est , nec arctatis redditus , nec impulsis mora , nec præuentis est transitus. Vix huius tot difficultatibus tantisque terroribus obsessæ, quæ nam quæso pars bona est? sed intelligo , nempe ætatē probris ac libidinibus aptiorem bonam dicitis. Est hic quidem fandi mos vt bonū dicatur quod affectui intentis aptissimum est , quannīs effectus ipse sit pessimus : sic catenam prædo

X capius

capitis infontibus, sic tyrannus arcem liber-
tati plebis impositam, sic veneficus præsentan-
eum aconitum, sic sicarius pugionē prom-
ptum cædibus bonum vocat: sic vos igitur
ætatem bonam quæ ad id scilicet quod ma-
ximè cupitis apta est vocatis. Itaq; neminem
istorum qui annos irreduces deplorant, pue-
ritiam quidem vel infantiam videas optari,
quæ profectò optimæ partes essent si abesse
quàm longissimè à senio bonum esset, vt me-
morant, sed nec adultam ac solidam iuven-
tutem, nec incipientem, nec adhuc viridem
senectam pessimam omnes & periculosissi-
mam vitæ partem, adolescentiam requirunt:
ô quintum & vigesimum annum dicunt, vbi
re reliquimus, ne quem lateat quàm vos præ-
teritarum peeniteat fœditarum, qui non nisi
tempus apprimè illis idoneū exoptatis. DOL.
Seniui, cur nō cum Virgiliano rege suspirem:
ô mihi præteritos referat si Iupiter annos?
R A T. At nil tale suspirantem legimus Socra-
tem, nil Platonem, nil Fabium, nil Catonem,
& fuere senes: sed sunt fateor sapientes regi-
bus rariores. Itaq; si rex Euander fuit sapiens
non æquè sanè illud Euandrium suspirium
iam commune nostris est senibus vulgatum-
que: surdam stulti senes & profugam adole-
scentiam reuocant ac suspirant: nec suspiriis
tantum seu tacitis votis, sed medicaminibus
irritis

irritis atq; inani artificio naturæ vis assertar
 indomitæ : quæ in re facere admodum iuste
 Hadrianus princeps canoscenti quidam cui
 aliquid negauerat, eundem postea ad easdem
 preces medicato interim crine redeuntem ita
 repulit: vade, inquit, hoc iam patri tuo nega-
 ui. D O L. Senui, ô si mea nunc redeat inuen-
 tus. R A T. Reuersutam modo illam dixi, iam
 reuersam dico. Si tam facile votorum om-
 nium compos fias, nihil incassum voles, patri
 per certè diuitias optare potest, libertatem
 seruus, speciem deformis, sanitatē æger, festi-
 sus requiem, exul reditum: at iuuentam opta-
 re verus senex nequit: prætile potius votum
 est. D O L. Senui, heu curtam citò dalcis me
 iuuenta deseruit. R A T I O. Nunquam non
 citò deseruit quod iuuebat; nunquam non
 præpropere affuit quod angebat. Vanum an-
 tem est optare quod haberi nequit: nocuit
 que habitum, & si redeat nocturnum sit, sed
 iam parce suspiriis, dum hoc animo fueris
 citò canus fieri poteris, senex nunquam, de-
 siderium enim iuuentutis in senē quid est
 aliud quàm quædam pueritia senectutis? D O L.
 Senui incuruatusq; sum. R A T. Iam iam ter-
 ram aspice, vnde venis & quo pergis cogita,
 hinc egressus, huic redis. Natura te principij
 simulque finis admonet. Poteras aberrare,
 publicam tibi iter ostenditur, sanè id quidem

est satis ingredi, vel curuatus intende: solent
 exci in via manu retrahi. D O L. Subito senui.
 R A T. Immo sensim, pedetétim, paulatim, le-
 niter, sed nihil cogitantibus omnia subito
 eueniunt, sicut econtra, cogitantibus omnia
 nihil est subitum, quòd si flecta tibi fuerat se-
 neectus, singuli dies viræ flecti erát. Illis enim
 passibus ad hunc terminum ibas. D O L. Heu
 senui. R A T. O votorum instabilitas, huc ma-
 ximè anhelabas, huc peruenire optabas, huc
 non posse perungere formidabas; quo cùm
 peruentum esset ingemisceres, monstrum in-
 credibile, nisi tam crebrum esset, senes fieri
 volunt omnes, senex esse vult nemo, immo
 verò senex esse ad miseriam, senes dici ad in-
 iuriam trahunt, quasi sit probrum senuisse,
 quod profectò nullis videri debet nisi qui-
 bus dedecus sit vixisse, quæ ingens non infi-
 cior turba est, cui te tamen exemptum esse
 oportet, vt nostro colloquio frui possis: alio-
 quin vt auribus illabantur, sana consilia in
 animum non descendunt. D O L. Tandem se-
 nui. R A T. I O. Et quos ager, & quos æquor, &
 quos bellum, & quos alea decipit, singula de-
 trimenta dinumerát, tu vnus in finem exper-
 gisceris, & tu queri incipis dū iuxta est que-
 relarum finis omnium. D O L. Senui. R A T.
 Stultum est senectutē non cogitare nisi cùm
 venet: nam profectò si venturam si assidue
 venien

venientem prospexisses, præsentem imper-
 turbatus aspiceres. DOLOR. Heu mihi iam se-
 nex sum. RATIO. Hoc ne igitur desles, durum
 ac difficile munus impleſſe dumossumq; iter
 ac scrupulum transſiſſe atq; inamœnam hanc
 fabulã peregiſſe? Atqui Comico more plau-
 dendum erat. DOL. Senex ſum. RAT. An obli-
 tus es vt nuper tibi perſamiliariter notus
 vnus modernorum ſententiã rei huius ex
 tempore protulit, non modernam, ſed anti-
 quĩs parem? Amico enim dicenti: compati-
 or tibi, nam vt video iam ſenescis, eſſes vtinam
 qualis eras quãdo te primum noui: ſubito il-
 le reſpondit: parum ne tibi ergo amẽs videor
 niſi ampliorem mihi nunc etiã amentiam
 impreceris? Noli quæſo mihi compati quòd
 ſim ſenex, ſed compatere quòd iuuenis fui.
 O quantum ſenſum regit breuis iſta reſpon-
 ſio, quod metiri nequit niſi qui ætatis huius
 bona probauerit & illius mala meminerit.
 Bono tuo igitur gratulare, quamquam illud
 quoq; verum ſit quòd ſæpe bona inuitis eve-
 niunt & mala nolentibus: viro autem bono
 & virtutum amico & paſſionum hoſti, pluriſ
 eſt haud dubiè dies vnus huius quod accu-
 ſas temporis integer, quam illius alterius in-
 teger annus. DOLOR. Heu mihi, nam ſenui.
 RATIO. Iam ſi perſtaſ tibi quoque cum
 vulgo. iure dicitur, non ſenuiſſe miſerum, ſed
 X 3 vixiſſe,

vixisse, ita ut hæc sub vitæ finem tam ineptè
 diceret; parcite autem iam lamæntis querulū
 genus, & volentes ite sub imperiū naturæ, ni-
 hil flectū quod illius immota lex statuit. Quid
 naturale autē magis homini nato quā viuē-
 tem senescere, senē mori? At vos conditionis
 inmemores utrūque respuitis, cum vel alte-
 rum vel utrūq; necessario obeundū sit. Quod
 si neutrū volebatis, & tertio abstinēdum erat,
 nascendū mihi credite non fuit. Patimini se-
 nescētib; statim mēbris animos aliquādo
 senescere, neq; semper in vobis præverbium
 verū sit posse unum animum corpora multa
 cōsumere, sinite sine murmure corpus simul
 atq; animū ad extremum ferri, simul intraue-
 re, simul exeāt, neq; altero ad metā properā-
 te alter retrosum nati velit alterūq; retra-
 here, frustra tergiversamini, ire oportet, nec
 redire licet; nec subsistere; idq; vobis facilius
 debet esse immortalitatem animæ & corpo-
 ris instaurationem expectantibus, quā cæ-
 teris quibuscunq; quibus vel horum alte-
 rum defuit vel utrumque. Frustra inquam
 obluetamini: humanūque iugum quod na-
 scendo subiistis, excutitis. D O. Senui & vi-
 res corporis imminutæ sunt. R A T. Si ætæ
 sunt vires animi, bene est, foeliciter permu-
 tasti. Maiora enim gesta esse semper & geri
 posse animi viribus quā corporis, nemo ni-
 si ani

si animi inops est qui nesciat: sin vires etiam
 animi, vt sæpe accidit, per ignauiam decre-
 uere, fateor inutiliter vixisti, tuum crimen,
 non ætatis. D O L O R. Senui & res meas agere
 nequeo. R A T. Si quid animo sit agendū, tan-
 to id à senē melius fieri constat, quanto & ex-
 perientia illi plus est rerūque notitiæ & pas-
 sionum minus ac malis vinculis expeditior
 animus: at res alias non agere senem decet,
 sed egisse cui corporeus labor omnis à tergo
 est: cui si nunc etiam inhæret nec auelli vult,
 ridiculum illud antiquum renouat Romani
 senis, qui iussus à principe fori laboribus ab-
 stinere, quorum ferias imbecillis hinc ætas,
 hinc fortuna opulens merebatur, sic indoluit,
 vt se quasi mortuū fletet atq; ab omni fami-
 lia fletu vellet. Mirus senex qui quietem cœu-
 specie mortis horreret, cum nihil seni aptius
 quiete nihilq; sit turpius senē laborioso ac so-
 licito, cuius vita omnis tranquillitatis exem-
 plar esse debet. Didicisse & potes à philoso-
 phis, quid est illud quàmque optabile seni-
 bus bonis viuere, vita vt memorant peracta:
 qua maxima tamen pars mortalium inex-
 pleta moritur. D O L O R. Senui & repente fu-
 git ætas mea. R A T. Forma, valetudo, veloci-
 tas, vires, vestra ferè omnia fugiūt, virtus ma-
 net nec cessura senio nec morti. Illi vni bono:
 stabili ab initio insistendum erat, si neglectū.

fuit difficilius ad extremum fateor, sed virtutis studium nulla ætas respuit, immo quo difficilius eo clarior virtus. Multi nosse se ipsos ac sapere vix tandem in senio cœpere, serum quidem at intempestivum minimè, & si enim non iam vitæ desinenti ac instanti salutem morti vtile, cui hercle vni horæ ut sine horrore mortificiaq; transigi posset si non vltimum modò, sed totam vitæ tempus impenderetur bene, nisi fallor, impensum esset: nam nec frustra nascitur q̃ bene moritur, nec inutiliter vixit qui feliciter desit. DO. Senui, iam vicina mors est. R A T. Mors æquè omnibus vicina esse potest, & sæpe ibi quoq; vicinior est vbi videtur absentior. Nemo tam iuuenis qui non possit hodie mori: nemo tam senex qui non possit annū vivere, si nil aliud quàm senectus incidat. DO L. Prorsus senui. R A T. Immo maturuisti, an hoc desies, an poma cum maturuerint querantur? si sensus illis ac sermo datus sit & non potius gratulenter se ad id pervenisse ad quod nata erāt? Est ut cæterarum rerum, sic ætatis maturitas quædam quæ senectus dicitur, quod ut ita esse videas & ætas & mors iuuenum acerba quidem & dicitur & acerba est: acerbitati autem obiecta maturitas quæ cum in pomis ac frugibus bona sit, quid nisi in homine sit optima, non quòd nesciam antequam maturescant multa

MAR

marcescere, ea verò nō ætatis culpa, sed per-
 uersitas est naturæ, non quidem omnium, sed
 multorum qui ad bonum nari magno risu in
 aduersum tendunt. Maturuisse igitur debes si
 quid in te succi nobilis fuit, iam messoris tui
 manum securus expecta. Nō mors illa quam
 metuis, sed laborum finis ac principium vitæ
 est, non mors inquā sed difficilis vitæ termi-
 nus, ad quam pauci tranquilla nauigatione
 perueniunt, sed penè omnes nudi flentes ac
 naufragi: tu per mediam senectutē leue iter
 in finem prospero agens vento ē multis rerū
 fluctibus portum subis: subducēda iam fessa
 puppis in terram tibi, & quocunque te flexe-
 ris de fine cogitandum, idque vtilius fuerit
 quā ætatem bonam, quod stulti solent, &
 naturam matrem optimam accusare.

De podagra, Dialogus LXXXIII.

DOLOR.

T Virpi torqueor podagra. **RAT.** Nescie-
 bas senectutis morem? Incomitata non
 venit, magnam sepe morborum aciem ducit.
DOL. Podagra crucior molesta. **RAT.** Extre-
 ma & ignobili parte corporis laboras, quid si
 nobilissimis laborares corde vel capite? **DOL.**
 Pigra coerceor podagra. **RAT.** Vaga mēs
 hominis freno eget, hunc paupertas tenet, il-
 lum carcer aut grauior morbus: ludens te pe-

X s dibus.

dibus alligat fortuna, non podagra, sed pedicæ sunt, iam disce consistere. D O L. Podagra inutilis factus sum. R A T. Ad cursum credo vel ad saltum, ad choreas, ad palestram, an te autem ad hæc natum putas? Ad alia si nescis altiora quædam officia natus es, quæ si caput non ægrotat, exequi nil prohibet. Studere licet artibus ingenuis, dare operâ pietati, seruari iustitiam & fidem, fragile corpus & fugacem mundum spernere, odisse vitia, amare virtutes, colere amicitias, cōsilio patriam iuvare: hæc sunt viri boni munimina, quid hic pedibus loci est? D O L O R. Debilitatus sum podagra. R A T. Pugnare cum hostibus forsitan, morbus vetet, non cum vitiis, quod neque facilius & crebrius est bellum: & quid scimus an hic ipse dolor corporis contra quem dimices tibi ad exercitium animi datus sit? D O L. Pedibus consistere nequeo. R A T. Vide quam de reliquo ædificio spem habeas, cuius fundamentum tam inualidum sentis. Vigila ne te incautum opprimat ruina: contrahe sarcinulas teque ad migrandum para. D O L. Podagra me ingens habet. R A T. Solet hic morbus, ut perhibent, diuitias comites habere: en tibi remedium aliud, bene spera, aut languoris amantitudinem opum dulcedo solabitur, aut inopiæ pellet asperitas, ita vel solatium aderit vel finis.

Si

Si hæc fallunt, veniet quæ non fallet: illa vi-
 ta malis omnibus finem dabit. D O L O R. Pe-
 dam premor ægritudine. R A T I O. Si salu-
 tem cupis aut pauper sis oportet, aut ut
 pauper viuas. Multos hac ægritudine libe-
 rasse traditur: paupertas vera defecatrix cor-
 porum, quosdam verò frugalitas, quam vo-
 luntariam seu fictam & imaginariam pau-
 pertatem dixerim. Vidisti aliquos perpetua
 vini abstinence curatos. Ita fit: dolor dolore,
 clauus clauo pellitur, ut antiquo dicitur
 prouerbio: vix molestum aliquid sine mo-
 lestia curatur. Ut præterea cum hoc morbo
 cumque aliis multis pacem habeas, non
 Baccho solum, sed & Veneri bellum indi-
 xisse profuerit. Sed quid agimus, animo-
 rum remedia promissimus non corporum.
 Habes tamen quam puto unicam morbi hu-
 ius curam. Hanc si probas, utere: si minus,
 non te fallant opifices fomentorum. Patien-
 tia enim in aduersis efficacissimum atq; opti-
 mum & sæpe vnicum remedij genus est. D O.
 Podagræ vitio curuatus sum. R A T. Ad iter
 inhabilis minus idoneus ad laborem, non
 ineptus ad reliqua gerere, non rei modò fa-
 miliaris, sed reipublicæ & summi, si ita fors
 tulerit, imperij curâ potes. Itaque memoran-
 dū valde Septimij Seueri Romani principis
 dictum vnum, qui senex ac podagricus, dum

con



coniurationem nobilium qui se viuo filium
eius Augustum dixerant, deprehendisset, cō-
prehensis auctoribus seditionis ac filio, om-
nibúsque ante solium eius affusis metúque
ultimi supplicij tremefactis ac territis, ipse
manu ad caput relata, tandem, inquit, sentitis
caput imperare non pedes. **DOL.** Podagra me
miserum miris modis torquet. **RAT.** Noli so-
las asperitates rerum flere, sed memento si
quid dulce aut iucundū tibi obrigit, quo in-
commodum hoc solari possis. Vnus ex mul-
tis pessimis vulgi mos est, vt in aduersis que-
rulum atque impatiens, obliuiosum in pro-
speris & ingratum sit, quo nihil iniquius fieri
potest: nam quis æquis auribus audiat, exem-
pli causa, vel Seuerum ipsum quem diximus
de podagra, vel Domitianū de caluitio quod
ægerimè dicitur tulisse, vel Augustum senē
de sinistro debilitate oculi, vel Iulium Cæsa-
rem de timore nocturno & quiete visū turbi-
da, vel postremò alios fortunatissimos viros
de vna seu de altera naturæ, si dici licitum sit,
aut fortunæ iniuria sic querentes vt imperij
atque opum victoriarum ac tantorum in-
grati atque immemores sint honorum dum
se homines meminerint quos plenam perfe-
ctamque felicitatem hic sperare dementiæ
sit, amara dulcibus temperare modestiæ, hoc
podagræ proprium, hoc morborum omnium

com

commune remedium inuenies sanumque
consilium sanctumque fateberis, senis illius
læta multa adepti, dura multa perpassi, qui
bonis de manu Dei lætè acceptis mala quæ-
que patienter suscipienda censebat, quanuis
mali aliquid dare vel facere manus illa non
nouerit, sed humanam respexit opinionem.
DOLOR. Podagra me in lectulo nodis inso-
lubilibus pressum tenet. RATIO Te iacente,
stare animus potest cælumque & terras ac
maria permeare.

De scabie. Dialogus LXXXV.

DOLOR.

Scabie premor importuna. RAT. Iam non
S miror si angores meros ægre fers, quan-
do id luges cui dulce aliquid immixtum est.
DOLOR. Graui vexor scabie. RATIO. Sunt
qui hanc salubrem dicant: ego autem ne tam
mœstæ rei lætum nomen tribuam, arram po-
tius salutis, siue ad salutem viam dico: mollis
est quia asperitatem viæ breuem respuit, cu-
ius exitus sit iucundus. DOLOR. Arida me
scabies exercet. RATIO. Iam horologio non
egebis, erit tecum quæ te noctibus excitet
tq; honesto cui piam fortassis officio vigilæ
reddat, nemo tam piger quem non scabies
sollicitum faciat. DOLOR. Scabie torqueor.
RATIO. Morbus ignobilis sed nobilis cura
est,

est, labor, æstas, balnea, peruigilium, diæta. Si nec ista profuerint, ad patientiæ medicinam recurrendum erit: illa omnibus morbis vtilissima est. DOLOR. Scabie crucior tædiosa & fœda. RAT. Neutrum nego, vbi ergo Publius molestum oculum podagrici pedes dixit, me sinente potes addere, mortuum negociū scabiosi manus: sed quid dices, si quo fœdior morbus, eo pulchrior patientia est? quid si paruo ex malo bonum ingens elicit? Hæc nimirum vna est rerum quæ cōtēptum corporis maximè pariunt, quo nihil est melius mortali. DOLOR. Totum me scabies occupat. RAT. Totum te verum est, id quidem metuo, sed plus est forsitan quàm quod dicere voluisti, totum enim corpus intelligis, sed est vobis inuisibilis animorum scabies cupiditas ac libido & pruritus quidam vlescendi querendi quæ, qui quo magis scalpitur acrius æstuat, hunc nec tolli nec leniri poscitis nec sentitis quidem, tanto minor vobis est semper vestri cura quàm corporis.

De vigilia. Dialogus LXXXVI.

DOLOR.

Dormire non possum. RAT. Vigila & gaude vitæ tibi tempus auctum. Inter obdormire enim atque emori quid interest, nisi quod alter temporalis, perpetuus alter est

est sopor : itaque nescio an non satis propriè
& somnus brevis mors, & mors somnus lon-
gus siue æternus dici possit. D O L. Somnum
perdidi. R A T. Non vi quidem, sed blandi-
riis repetendus est, si incumbas, perdis ope-
ram, cogi nequit, age aliud, da requiem tem-
poribus tuis, animo curas leues, improvisus
aderit, facilè animis vagis & corporibus fef-
fis obrepit. D O L. Sæpe mihi somnus inter-
rumpitur. R A T. Fac quod solitus fertur Au-
gustus Cæsar lectoribus aut fabulatoribus
acceritis, interruptum reintegra. Sin gra-
uioribus curis hoc accidit, pone illas, hunc
receperis. De huiusmodi enim loquoba-
tur Maro vbi ait: salubres curas somnos ab-
rumpere. D O L O R. Somni requiem amisi.
R A T I O. Et terrorem somniorum noctur-
nósque metus, quanuis enim sapientis me-
liora phantasmata Aristoteles opinetur, &
verum sit, tamen & vir ille ingenio æquè
magnus & imperio: ille autem alter san-
ctitate & patientia æquè insignis, de quibus
pauloante simul diximus, somniorum gra-
ues sensere molestias. Nam quid alij sen-
tiant, quisque nouit in se & lectulum pro-
prium suarum testem habet illusionum at-
que ambagum & formidinum. Certè horum
alter tempore extremo per somniū exterreri
solebat, sicut de illo scriptum est: alter vt di-

xisse dudum videor dum de ocio & quiete
 differerem inter cæteras vitæ molestias que-
 ritur quòd terreant eum somnia & visiones
 horrore concutiant. D O L O R. Solito minus
 dormio. R A T. Solito igitur magis viuus: nè-
 pe quòd doctis placet, vt mors somnus, sic
 vita vigilia est. D O L O R. Somnum morbus ex-
 pulit. R A T. Sanitas reducet. D O L O R. Som-
 num amor exclusit. R A T I O. Bis rem vnam
 dicis: morbus est enim amor & morborum
 maximus. D O L. Somnum merus extinxit.
 R A T I O. Securitas fuscitabit. D O L. Som-
 num senectus eripuit. R A T I O. Mors vicina
 restituet.

De inquietudine somniorum. Dialogus

L X X X V I I.

D O L O R.

SOmniis inquietor. R A T I O. Si verum est
 quod sapiens quidam ait multas curas se-
 quuntur somnia, quod vestri quoque appro-
 bant auctores, radicem mali amputa, curas
 pelle, somnia quoque pepuleris: quo enim
 quæso tot curas & tam nihil profuturas in
 tam breui vita, de qua iam ab initio promif-
 sum est, quid torqueri iuuat & turbidam cu-
 ris vitam & infestam somniis quietem vestra
 vobis facit amentia? Diuinam prouidentiam
 vestro vultis superare consilio, neque sentitis

VI

ut ex alto vestre rideantur infania vestraque
 deliberationes illo de tempore quod non so-
 lum extra vestrum arbitriū, sed etiam extra
 noticiam vestram est. Neque auditis Flaccum
 exclamantem: prudens veturi temporis exi-
 tum caliginosa nocte premit deus, ridetque
 si mortalis ultra fas trepidat. Omne tempus
 in vestram trahitis perniciem, de præterito
 mœsti, de præsentī anxij, de futuro pauidi
 trepidique, deque his curis superuacuis di-
 gnos metitis manipulos, laborem vigilantes,
 consopiti somnia. Sin illud fortè verum est
 quòd vacantem quoque curis animam in-
 quietam somniis esse vel natura hominis vel
 peccatū cogit: nōne cū ex mille somniis
 nec vnum verum esse verum sit: postquam
 alterutro falli oportet, satius est inquietari
 somniis quàm mulceri, & amara somniare
 quàm dulcia. mœsti enim somnij fallacia læ-
 ta est, læti autem mœsta. D O L. Somniis fari-
 gor. R A T. Sperne totam hanc ineptiam &
 quiesces, si id nequis, his te solare comitibus
 qui similia passi sunt, his duobus nomina-
 tim quos modo dicebam dum de vigilia
 quereris.

Y

De

CElebrior sum quàm vellem notiorque.
RAT. An tu hoc spernis quod maximi
 exoptarunt duces ac principes, philosophi &
 poëtæ? quid enim tot laboribus, quid tatis
 bellis ac studiis agitur, nec aliud insignes ar-
 tifices moliuntur? Declarat hoc Phidias in
 Mineræ statua, quod opus omniū quæ ho-
 minum manibus facta sunt, primum aut in-
 ter prima posuerim, nisi cum aliquid inscri-
 bere vetitus fuisset, vultum suum clypeo sta-
 tuæ sic insculpsit, ut & ab omnibus noscere-
 tur, & conuelli inde nisi toto opere dissoluto
 nullo posset ingenio: nosci in præmium sui
 laboris optabat. Si quis enim non famam, sed
 pecuniam cogitare dixerit artifices, in com-
 munibus fortassis assentiar, in illustribus ne-
 gem. Multa sunt rei huius indicia, sic cum ia-
 ctura temporis damnòque, etiam sæpe operi
 insistent, ac ne quid famæ excidat lucrum
 spernunt. Comprobauit hoc maximè nobilis
 illa constantia eorum quatuor artificum qui
 ad famosissimum illud opus quod Artemisia
 Cariz regina dilectissimi cōiugis memoriæ
 extrui fecit magno precio acciti cū ante
 perfectū opus obiisset regina ipsa vnde ope-
 ris premium sperabatur, perstiterunt tamen

VNA

vnanimiter in finē, nil iam aliud quàm suum decus & facti memoriam cogitantes. Proinde omnes homines claritatem famamque desiderant: solus tu ne paruo illas tædio emptas velis? D O L. Immo & ego apud posteros clarus esse cupiam, inter coxtaneos recusem. R A T. Quid ita cùm hoc maius eoque difficilius ac rarius sit obstante quæ præsentium famam interpellat inuidia? D O L O R. Quia inter abscentes mera est gloria, nullus ostrepi, nullus obstat: inter præsentem autem & contradictio & labor, magnus enim labor est magnæ custodia famæ, vt non in-eleganter ait quidam. R A T. Nimis aut delicatus aut segnis es qui sine labore magnum aliquid speres, cum pro minimis tot se offerant labores. D O L. Ego verò non labores respuam, sed tædia: nam quis ferat assidue visitari, obsideri, posci, exagitari, & sui interim negligetem totos dies ac magnā brevis vitæ partē aliis dare, vt tua necessitate posthabita alienæ inferuias voluptati quod malum si ab initio incidisset, nunquam ad hanc ipsam famam quæ me cruciat ventū esset, sed & nunc præclaros inimi conatus & egregia potens est impedire negocia importunum. R A T. Id quidem ita esse non nego, durum certe, sed tolerabile immo & inuidiosum & optabile: cæterum vtunque tuo iudicio

Y 2

acce

acceptum erit penè inevitabile: nam quæ ad
 euadendum via, nisi vel superbia vel ignavia?
 Altera honestum desiderium te petentium
 arcebit, altera etiam extinguet. Si quod est
 aliud remedium, vrbium fuga est, quanquam
 si claritas vera sit, nec fuga sufficiet, sequitur
 claritas possessorem suum quocunque per-
 rexerit, & vbicunque constiterit secum erit,
 nec rure vnquam nec in syluis quidem desi-
 net clarus esse qui in vrbibus clarus fuit. Non
 potest famæ fulgor abscondi, inter tenebras
 eminet & ad se oculos atque animos trahit.
 Nunquid non audisti Dandanum Brachma-
 norum senem præclarissimum ab Alexan-
 dro Macedone vsque ad vltimas Indorum
 solitudines, cynicūque Diogenem ab eo-
 dem vsque ad illud suum dolium quo pro-
 volubili utebatur hospitio visitatos? Nun-
 quid non vsque ad squalidam ac desertam
 Literni villulam à placatis sola virtutis ve-
 neratione latronibus Scipionem Africanum
 eundemque ab ipsis hostium ducibus vsque
 transmaria? Nunquid non Titum Liuium
 ab vltimis Galliarum extremæque procul
 Hispania vsque ad urbem Romam? Nun-
 quid non denique sanctos patres vsque ad
 intimas & horrendas cremi latebras à Ro-
 manis etiā Imperatoribus visitatos? Et sileo
 Salomonem: immo verò quibus vnquam vir
 clarus

clarus visitationibus caruerit? Amici & noti
mutuis alloquiis & confabulationibus dele-
stantur: ignoti autem solo recreantur aspe-
ctu. Habet enim virorum illustrium præsen-
tia dulce aliquid, quod non sentit nisi ipse
qui fruitur: hoc tu laboriosum ne dixeris,
operosum est fateor, sed & gloriosum. D O L.
Celebritate nominis atteror. R A T I O. Si
hanc vis abiicere, virtus abiicienda est cuius
è radice oritur. Id si merito refugis, ferre
hanc sarcinam æquo animo est necesse, ad
quam multi nequicquam omni studio vitæ-
que ipsius impendio aspirant, & tu forsitam
aspirasti. Patere te videri ab his qui hoc nisi
te tuumque nomen diligerent, non optarent.
D O L. Multi me vndique vsque ad importu-
nitatem fastidiumq; concelebrant. R A. Quid
tu igitur, an contemni malles atque abiici?
D O L. Innumerabiles vsque ad tædium me
honorant. R A T. Tu verò dei munus agno-
scito: ille te honorat vt te illum & honorare
delectet & inhonorasse pœniteat: omnis ho-
nor & omne quodcunque homini ab homi-
ne bonum sit, à deo est. D O L. Permolesta res
est honor immodicus & crebra visitatio. R A.
Et hæc fateor at prædulces sunt huius mo-
lestiæ radices amor & veneratio: his si animi
gustū applicueris, bene sapere incipient quæ
molestant, amara dulcibus tempera, non in

hoc taptum, sed in omnibus quæcunque fert
 præsens vita, in qua non facile reperias mel
 cui nō sit admixtum fel, & sepius amara præ-
 ponderant. D O L. Celebritate nimia fatigor.
 R A. Sæpe id quidem accidit, de quo questum
 diuum Vespasianum nouimus triūphantem,
 dum solennitate pompârū expectatione ac
 tædio esset affectus, increpantē seipsum qui
 triumphum nec sibi nec maioribus sui aut
 debitum aut speratum tam inaniter in senio
 appetisset. Quauis autem non sit optanda
 celebritas per seipsa, ferenda est tamen &
 amanda. Causæ ipsius virtus & industria, ne-
 que vsquam vt illa careas deferenda, multo
 gloriosius est labor optabilior quàm ignaua
 requies. D O L. Salutaribus obuiis offen-
 dor. R A T. Habes huius quoque tædij parti-
 cipem Crispum philosophum: immo quem
 habes præter illos qui popularibus auris, vt
 Maronis vtar verbo gaudent? Ille tamen infi-
 guis questus est. Credo ideo quòd acutissi-
 mum virum, talis enim traditur, & suis stu-
 diis acerrimè deditum, saluatio crebra &
 impronisa turbabat, vtque idem ipse ait, per-
 ducebat ad mortem. Nihil est autem quod
 queraris, quod optabas accidit, notus in po-
 pulo vt esses, alioquin tot saluatorum incur-
 sibus non pateres. Poteras latere, poteras
 quiescere, poteras quod auit, in gremio gau-
 dere,

dere, quod optimum vitæ genus aliqui diffi-
nunt : at vos magnis in vrbibus noti & clari
esse vultis & ociosi simul & liberi & trāquilli,
quod nihil est aliud quàm in magnis pelagi
tempestatibus vt immobilis sis, optare : deni-
que superbi fuerit obsequentium amicorum
voces pati non posse æquo animo, cùm sint
hostum patienda conuitia.

De dolore ex malis moribus hominum concepto.

Dialogus LXXXIX.

D O L O R.

Malos mores hominum ægrefero. **R A T.**
Si charitate motus laudo : si ira vel in-
dignatione non laudo. Quid ad te enim qui-
bus moribus sint alij, modo tu sis bonus : an
nunc primum intelligis vulgi mores, an tibi
negocij parum sentis vitam tuam compo-
nere nisi inuigiles alienæ, & illud aggredia-
re quod nec ars vnquam efficere valuit nec
natura, vnde nihil vnquam speres nisi tædia
& labores ? Fuerunt hæ tamen & philoso-
phis curæ, quorum alter in publicum egre-
diens semper flebat, alter cōtra mores homi-
num ridebat, neuter sine causa, sed illud pic-
tari, hoc superbiz propinquabat. **D O L.** Quis
enormes ac subdolos hos habitus ferat ? **R A.**
Malo te per vim dehonestari, ferres si neces-
se esset, qui sponte sua alios deformatos pati

Y 4

neque

nequeas, sine illos indui ut libet, tu ut liceat
 atque ut decet induere, atque ita te vlcisceris,
 non minus lasciuos oculos honesti habitus
 offendunt quàm modestos inhonesti. Illi igitur
 voluptatem consilio adhibeant suarum rerum,
 tu adhibeas honestatem. Nusquam a-
 libi quàm inter tenebras gratior lux, nusquam
 a libi quàm inter vitia virtus est clarior: quid
 quereris? aliena fœditas tuo adiiciet decori.
 D O. Quis hos morbos animorum atque hos
 perferat inuidos? R A T. Linque inuidos sibi,
 neque illis alium cupias tortorem, satis ipsi se
 torquent & suis malis & alienis aguntur ac
 tabescunt bonis. Non est compatiendū spon-
 te languentibus, non sunt autem contagiosi,
 ut corporum, sic animorum morbi, non tran-
 seunt ad nolētes: immo verò nobilis animus
 vitiorum odio ad amorem virtutis accendi-
 tur. D O. Quis tot ferat insolentias? R A. Humi-
 litas eo acceptior quo pluribus est obseffa su-
 perbiis. D O. Quis tot fraudes, quis tot artes
 auaritiæ, quis tot species libidinum? R A. Quæ
 tibi merito displicent, declina, & quæ in aliis
 damnas ne in te damnent alij caucto. D O L.
 Quis hoc gulæ regnum? R A T. Maximè inter
 ebrios speciosa sobrietas, ubi æquè boni o-
 mnes nullus excellit. D O L. Quis tam multa
 mendacia? R A T. Si mendacio offenderis ve-
 ritati stude. D O. Quis tot vbique tyrannides?

R A T.

RAT. Non te hinc arma nec opes expedient, sola virtus est libera. D O L. Totus orbis odio mihi est. R A. Miserari miseros magis decet quàm odisse, nisi ut dixi sponte sint miseri quin tu mundo suos mores linque, tuos reformare stude, & ab aliis eversos in teipsum oculos reflecte, sic & tedium euaseris, & cùm mundum nequeas, id quòd potes & debes temetipsum corriges, non est quo te frustra natum credas si hoc feceris.

De minutis tedijs rerum variarum.

Dialogus XC.

D O L O R.

TUrbidos urbium clamores rerum variarum odi. R A. Ruris silentium sylvasque ama, quæ fieri fugarique nequeunt, fugienda sunt. D O L. Vulgi contentionibus fessus sum. R A. Vulgo aurè dum præbueri, non quiesces. D O L. Vulgi strepitu fatigor. R A T. Vulgi verba. despicio, penè enim quicquid vulgus loquitur aut nihil aut falsum est: at strepitum illum omnem & confusas voces si vitare nequeas, vetitum tantùm auribus excipe, idque non aliter quàm mugitus boum aut balatus pecudum aut visorum murmur, quid enim nisi beluarum voces sunt vel incertum vel ferarum? D O. Vulgi fragore perturbor. R A T. Finge animo: te aquarum exur-

Y S

dan

dantium ac scopulis allifarum sonitum audire : persuade tibi esse vel ad fontem Sorgiz vbi ingenti strepitu ex horrendo specu lucidissimus amnis emanat : vel vbi Reatini gurgites quos Nar in Tyberim conuehit alto de colle descendunt : vel vbi ad ea quæ catadupa nominantur, vt ait Cicero, Nilus se ex altissimis môtibus præcipitat: vel vbi similiter, vt ferunt, Hister in Euxinum ruit. Denique vbi vel Ligusticæ rupes Ætneis fluctibus furienti austro, vel Charybdis oblatranti Scyllæ Sicanis vorticibus torta responder, consuetudo præstabit, vt quod tædiosissimum sentis, quadam cum voluptate percipias. D O L. Latratibus canum vexor. R A T I O. Qui vulgi latratus ferre didicit, nullos horrebit canes : nam neque tam multi alij, neque tam rabidi aut mordaces. D O L O R. Immitis equus ac fremens, infidus seruus ac contumax, non tantum tædio, sed periculo etiam mihi sunt. R A T. De utroque animali quid sentirem dixi olim & nil nunc muto : addo aliquid, vt vitare quidem possis equi tædium si nil aliud pedes tibi, vt serui autem manus dare possunt, nec lamentis dignum quo carere valeas cum velis. D O L O R. Muscarum tædio affectus sum. R A T I O. Vide ne muscarum tædio musca fias, & ab alio quàm à deo creatam muscam credens in illius qui
musca

muscarum princeps dicitur potestatem venias: quod affecto cuidam rēdiis similibus accidisse, auctor est Augustinus principium illud Iōānis famosissimum exponens, & musca, & pulex, & brucus, & culex, & cinifex, & locusta, cæteraq; huiusmodi creata non sine certa causa sunt ab illo qui vidit cuncta quæ fecerat & erant bona valde: & si nulla esset alia, illa sola sufficeret, ut his armis humana superbia domaretur. Potuit enim deus Ægyptiis leones, tigres vel dracones immittere, minuta & vilia immisit animantia, quò clarior & cœlestis potentia & terrena fragilitas notæ esset. **D O L.** Pulicibus inquietor. **R A T.** Sanis cogitatibus conquiesce, cogita nihil mali præter peccatum homini contingere posse: multis non hæc modò facilia, sed quæ videntur gravissima profuerunt: quid scis an si pulices abirent sopor nimius aut malæ libidines subirent? Crede bene in omnibus tecum agi, bene erit. **D O L O R.** Nocturno pulicum prælio victus sum. **R A T I O.** Quid superbis igitur vmbra & cinis, quid erigeris iners lutum à pulicibus victus? contra Deum calcitras, iumentum indomitum ac stolidum? **D O L O R.** Offendor pulicibus. **R A T.** Vis ne tu homines offendere, à pulicibus te defendere, vilissimo impar animali nobilissimum aggredieris & pulicum cibus homines voras?

DOL.

D O L. Pulcibus agitor. **RAT.** Terrēna omniā hominis ad obsequiū facta sunt. Pars ut pascat, pars ut vestiāt, pars ut vehat, alia ut defendant, alia ut exerceant doceantq; & conditionis admoneant, quædam deniq; ut delectent fessūmq; rebus animum leuent, quædam verò ut delectationem noxiam frænent ac salubribus tædiis cōtemptūmq; huius lucis simulque desiderium vitæ melioris incutiant. Quātum enim quæso mors timeretur, quantūve si tædiis vacua esset placitura mortalibus erat hæc vita, cū tædiis plena sic placeat, sic habitus timeatur: nec vitæ iucunditas viuenti, nec amœnitas viæ semper est utilis viatori, expeditq; nonnunquam durū aliquid occurrere quo optabilior finis sit.

D O L. Nocturnæ aues flebilibus notis infestæ sunt. **RATIO.** Non ut arbitror philomela, quæ apud Virgilium flet noctem, ramóq; sedens miserabile carmen integrat, & mœstis latè loca quæstibus implet: dulcis enim fletus & suauē carmen & delectabiles sunt querelæ. Mœstior te forsitan strix offendit, neque tam proprio quàm poëtarum carminibus infamis bubo, qui quibusdam tamen quàm læti fuerit augurij apud Iosephum legis, quauis vtrunque ridiculum, hinc spem scilicet metūque concipere. Huius enim & multorū tristis aspectus & lugubris cantus ac vterque

que naturalis, nō sic canunt vt vobis aliquid nuncient, sed quia canere aliter non norunt. Da illis philomenæ vocem, flebunt dulcius, nunc naturæ parent suæ: vos naturam ipsam superstitionibus vestris, vt pareat cogere delirando nitimini. D O L O R. Proxima in turre pernox noctua impōrtuna mihi est. R A T. Noctuam inquietas noctes Augusto facere solitam audisti, & quæ quæso verebitur quæ mundi dominum inquietat? D O L O R. Mures thalamum infestant. R A T I O. Quid scis, an hoc ipso in thalamo exorti quem tu forsitan peregrinus inhabitas, de te iustius queri possunt, qui natale illis aduena solum turbas. Sed omissis iocis horum omnium ratio vna est. Idcirco equidem his infestam vitam agitis, vt discatis alteram optare: at illic animum habeatis, vbi nec mures, nec fures, nec araneæ, nec tineæ, nec dāna, nec tædia vlla sunt. D O L. Procaces ranæ, ac strepidulæ tædium pariunt cicadæ. R A T. Finge solatium parere, solatium erit. Opinio rem quocunq; vult trahit, non vt verum mutet, sed vt iudicium regat & sensibus moderetur. Inuentus est nuper qui rure habitans ad fugandas nocte lusciniæ, saxi armatus sudibûsq; confurgeret, quo cum parum proficeret circumfusas arbores iuberet abscindi, vt vel sic præreprofrondente domicilio abirent, quibus manentibus.

tibus abire illum oporteret, tamque importunis cantibus pulsus sopor abiisset, is tamen proximæ paludis in ripa nocturnos strepitus ranarum modulatissimam quasi fidium harmoniam incertissimus hauriebat, inhumanum ferumque hominem vixque inter homines numerandum & moribus quidē qualem audis forsitan & vidisti, vulgaribus tamen negociis haud insanum, qui nunc ideo ad memoriam rediit ut constaret quantum in rebus omnibus possit opinio. D O L O R.

Ranarum & cicadarum strepitu offendor. R A T I O. Non illę quidem ut offendant strepunt, sed naturæ communis beneficio vtuntur. At hoc ipsum superbam impatiētiam vestram lædit, sicut reliqua quæcunque aliter fiunt dicunturve quàm exigit oculorum vestrorum atque aurium voluptas. Sed ut fabulā vestri erroris ad antiquas fabulas remittam, cogita nunc vel ranas suā veterem querelam & vlticem Latonam raucis vocibus, vel cicadas versum in suam speciem Titonum stridulis plausibus memorare, sinēsque forsitam suū illas agere negociū & tu tuum ages. Cur iniusti naturæ semper accusatores innocuis animantibus succēsetis, nec aduertis quanto maiora sunt tædia quæ vicissim ipsi vobis infligitis? Silco raptorēsque urbium & mille iniuriandi lædendisque artes, mille
violen

violentias, mille dolos, quorum pleni sunt
 vici omnes & compita. Taceo latrunculos
 toto orbe dispersos & itinera interrupta præ-
 donibus: quibus magna pars terrarum ho-
 die inuia est, spectacula mundi pulcherri-
 ma præcepta mortalibus, dissimulatum il-
 lud & miserrima iam consuetudine robor-
 atum: quis dignis quæstibus explicet aut hu-
 manæ pondus ignaviæ verbis æquet, quod
 pacatis quoque regionibus passim legitimus
 prædator occurrit, qui sollicitum viatorem
 exhaustumque laboribus & onustum curis
 ære suo spoliatur, iniustissimi nescio cuius iu-
 ris obtentu, quo effectum ut quod amœnissi-
 mum fuisset orbem terrarum permeare, id
 alicubi periculosissimum ubiq; sumptuosum
 ac tædiosum sit. Sic vestri principes & patres
 patriæ: immo verò vestra patientia, vestri
 mores libertatem publicam paruo precio vi-
 derunt. Quid custodias loquar superuacuas
 & obstruos passus ac suspicionib' variis ple-
 na omnia: absentiaque solatium vnicum li-
 terarum commercium interdictum? Quod
 ipsam quia mutari iam non potest, forti ani-
 mo ferendū est. Verum ut naturæ opera fer-
 re non renuat, qui tot insolentias, tot imma-
 nitates hominum, tot tædia, tot rapinas pati
 solitus didicisse debuit: quàm iniquè natura
 parens leuibus ex causis quotidie laceretur,
 cum

cum tot acerba & grauiâ pati hominem ab homine sit necesse. D O L. Magno torqueor calore. R A T. Expecta, hyemis tædium hoc pulsura festinat. D O L. Frigore crucior importuno R A T I O. Ecce tibi æstas accelerat, huius ipsius allatura desiderium. D O L. Frigoribus vrgeor. R A T. Vix incommodum inuenies, cui non inuenerit natura remedium. Et sæpe vnus remedia multa sunt: arcent frigora rectum, vestis, cibus, labor, exercitium. Rarò quisquam frigore vincitur nisi victus inertia. Piget ignem inter remedia numerare, magnum mortalis ignauiæ argumentum. Non tam faciliè vini è dolio immixta aqua linteomadente detrahitur quàm è turba hominum hyeme accenso igne inertes à fortibus segregantur: omnes eò confugiunt quibus nihil sanguinis neruorumque animi est, videre licet, sed non libet iuuenes nostros vt formosi videantur deformatos abscissosque pubetenus sese ignibus ingerentes, quanto erat honestius pudenda contegere quàm semiustis naribus inamœnum naribus nidorem respirare? D O L. Nunc tremo, nunc æstuo. R A. Credo id faciliè, mores noui, & te loquente quod occurrit dicam. Recens at brevis historia est: pater in Galliis pro capitali causa cum adolescentente filio comprehensus, & secundum ritum gētis in ahenum missus. ac decoqui iussus.

fin.

sus erat. Cùm fortè igitur in aquam hyeme gelidam nudi ac vincti pariter descēdissent, cœpit adolescens tremere, & frigus magna dentium collisione testari, vbi subiectis ignibus cœpit aqua feruescere, ille lamentis ac gemitu impatientiâ caloris exprimere. Contrà immotus ad vtrumq; & toruo illum vultu respiciens senex: vilissimæ, inquit, meretricis fili, nec frigus igitur nec calorem pati potes? Verbum mali forsitan, sed constantis solidiq; animi dignumq; quo illæsus è vase mortifero prosiliret. Cæterum vestris nūc adolescentibus convenientissimum, quibus nihil effœminatius, nihil eneruatius est, æstate solem execrantibus vt Athlætes solent, hyeme igit. è adorantibus vt Chaldæi. D O L O R. Nix metædio afficit. R A T. Delicati etiam iucunda fastidiunt. Atqui niuē sine ventis descendentem quidam inter pulcherrima ponunt, porro si quid est niue pulchrius, nil certè candidius. D O L. Nunc æstibus, nunc frigoribus nimis, nunc siccitate, nunc imbris angimur. R A T I O. Impatientissimum caloris Alexandrum ferunt nempe qui & diræ & prosperæ fuit impatiens fortunæ: contrà verò caloris ac frigoris patientiam parem dant Hannibali: cur non tu aliquam tibi vel dissimilis partem laudis arripias? æquè ille vtrumq; potuit ferre, tu neutrum? Hoc vobis primum tribuit

Z volu

voluptas quæ emollit eneruatque, & vt verè
dicam castrat animos, vt nō hostiles tantū m
gladios aut mortem, sed impressiones aëreas
formidetis. Clamo autē & sæpe frustra qui-
dem, quoniam surdis clamo: linquite suum
officium naturæ: nihil sine æternis agit illa
consiliis. Stulti & ignari, ne vna prorsus aquæ
stillula plus minúsve quàm expedit in terrā
cadit: & si non singulorum libidini at saluti
omnium cōsultitur. D O L. Hic luto, hic pulue-
re, hic nubibus, hic ventis ac tonitru turbor.
R A T. Atqui terræ varietas, cœli varietatem
sequitur: vduş aër lutum parit, siccus pulue-
rē, sic de motu aëris venti de, vaporibus nu-
bes, de ventis ac nubibus rempestates ac ful-
mina prodeunt. Qui rerum causas nouit &
naturæ se præbuit obsequentem, consequen-
tiam effectuum non descebit. Et de ventis li-
cet apud quosdam magna sit quæstio, nōne
tamen tibi aër omni carens vento penè se-
mianimis videatur, vt non ineptè quidā ven-
tum animam dicant siue spiritum? Puluerem
certè apud multos viris fortibus dulcem vi-
des: idq; vt de luto etiam credi possit diuer-
sorum operum vna virtus efficiet. Tonitrua
verò & concitatiores cœli motus, quid nisi
comminationes & monitus miserantis dei
sunt? qui certè non minaretur nisi amaret ho-
minem, sed feriret, cū multæ & graues nū-
quam

quam defint feriendi causæ. Ad terrorem vero hæc formidinēque mortalium spectare, sed ante alios illorum qui rebellant, deo non solum naturæ gnarus meminit poëta, sed vates illa etiam diuini conscia consilij quæ ait: dominum formidabunt aduersarij eius & super ipsos in cœlis tonabit. Formidate verum tonantem aduersarij, enitimini in gratiam redire, vt amici dei effecti, nihil omnino nisi eius offensionem timeatis. Hoc potius agite & querelas mittite. DOLOR. Fusco & nubilo contristor aëre. RATIO. Nulla tempestas durat, & sereno nubes succedunt, & serenum nubibus frequens immo iugis alternatio, & ferēdum sine questionibus quod tam breue est. DOLOR. Offendor nubibus. RATIO. Offensio admonitio quædam est, vt iam hinc tibi prouideas ne tenebras quas momentaneas ægrefers, aliquando perpetuas patiaris. DOLOR. Igne cœlesti turbor & grandine & procellis. RATIO. Hæc & his similia ad timorem salutiferum, vel si spernitis ad vindictam sunt. Audi vnum: ignis, sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. Audi alterum: ignis grando, fames & mors, hæc omnia ad vindictam. DOLOR. Tempestatibus turbor æquoreis. RAT. Noli hic naturam, sed tuam vel stultitiam vel avaritiam

Z a accu

accusare, quis huc te cogit? DOLOR. Tenebrosis nubibus & contrariis ventis afficior. R A T. In tenebris natus & in tenebris moriturus inter rerum contrarios ventos vivis: disce quod semper pateris tandem pati. DOL. Tonitru ac fulmine quarior. R A T I O. Plus hîc aliquid quàm tædium est. In primo equidem metus ingens nisi stultis quibusdâ contemptoribus: in secundo autem mors. Itaque quibusdam visum est de fulmine nō nisi inexpertum queri. At quis oro nisi amens hæc non metuat, cū cautum apud fortissimos hominum Romanos videat veteri statuto vt Comitia populi Ioue tonante non teneant? Cæterū metus hic nisi ad emendationem vitæ spectet inutilis est. Quid prodesse enim potest timor vbi nullum est remedium formidatæ rei? Huc vertenda res igitur vt licet naturalibus causis tonet ac fulminet: nihilominus tamen commonitorium existimetur illius qui nullis obstructus causis ipse fons omnium causarum est. Ille quidem ideo tonat in cœlis, vt tu in terris bene viuas & oblivione discussa irascētem dominum recognoscas, quôdque amore debueras, saltē metu facias. Nolite queri, omnia æquē bona & mala expedit vobis, mihi credite, vt sæpius tonet, & quàm sæpe tonuisse memoriæ traditū est eo anno quo verus dei aduersarius ac pietatis

tis hostis Domitianus interit, non ut exclametis sicut ille, feriat iam quem volet, sed ut iram dei piis lachrymis ac humili prece vincatis. D O L. Ebriorum congressibus læticiaq; contristor. R A T. Vinum lætificare cor hominis & Bacchum læticiæ datorem, & si David Virgiliusq; non dicerent, notum est. Et quavis illud quoq; verum sit quod horum nõ facundior, sed sanctior vates ait: fluminis impetus lætificat ciuitatem dei, plus tamen feruidi gaudij seu læticiæ gestientis, ut philosophi vocant, pauca potentis vini dolia, quàm multa nitentis aquæ flumina continent: fateorq; ebriorũ læticia nil tristius, nihil opificibus & tabernariis, quos merito ciuitatum fæcem Cicero vocat, ineptius: vel ferendum tamen vel vrbibus abeũdum vel foro saltem ac platæis & tabernarum scænis tanquã scopulis abstinendum. D O L. Turbis premor frequentiaq; ciuium: importuna. R A T. Trux & inhumanam votum est, optare patriæ solitudinem quo ipse sis laxior, ob hoc enim illa, olim ut nosti, soror Appij Claudij mulctata, & illa innocens vltimo apud scriptores celebrata est, ut verò istud iniquum & supplicio dignum, sic virandi studio fastidij se turbis eripere, & si res poscat vrbì cedere, modestum ac sapientibus vsitatum est. D O L O R. Longo & sequi iudicio laboro. R A T. I O. Ad
 Z 3 quid

quid inuenta transactio est nisi vt litem finiat & tarditatem iudicij antecedit ? D O L O R. Mœsto & turbido atteror litigio. R A T I O. Pro te aptis epithetis vsus es, vbi enim lis, ibi nec gaudium nec tranquillitas, esse potest. Tu si litibus vis carere, litium contemne materiam. Avaritia lites parit & paritas alit.

De terræmotu. Dialogue xci.

M E T V S.

TERRÆMOTUM timeo. R A T. Magnum fateor naturæ parēis incommodum: nec immerito à parentibus segregatum: nempe cunctis grauius sed rarius idque remedi, loco sit. Sæpe quidem instans tonitru cœli facies mœsta prænunciat: terræmotus præsagium nullum est: & si eum Pherecydes aqua putei hausta prædixisse feratur: adde quòd aduersus cœli minas aliquod fortasse refugium subterraneæ offerunt cauernæ: quale illud legitur Augusti Cæsaris fulgura metuentis, quod adhuc Romæ via cernitur Flaminia & nomen seruat auctoris: contra terræmotum nullæ sunt latebræ, nulla fuga: quo enim extra terram fugiat terrenus homuncio, aut quid fiet si & supra verticem cœlum tonat & sub pedibus terra tremat, nisi fortè quis in pelagus fugiendum dicat, quod
&

& cœlestis & terrestris varietatis est particeps,
 & suis insuper motibus inquietum? M. E. Non
 tu mihi remedium das ut soles sed pericu-
 lum exaggeras. R. A. T. Sentiebam ita tibi vi-
 sum iri, & sic haud dubiè se res habet. Sunt
 quæ dissimulari queunt & verbis extenuari,
 ut quæ fama terribilia visa erant, re ipsa nunc
 tolerabilia, nunc & contemptibilia videantur:
 id sanè de quo agitur tale est, ut sua quadam
 vi humani eloquij argumèta discutiat, vnum
 est solamen ut dicebam raritas. Vidisti æta-
 tem penè integram terræmotibus vacantem,
 quo in spacio innumerabiles obuisse non est
 dubium: qui in vita solum rei terribilis no-
 men audierit, nullum res visa terruerit, alio-
 quin quem non conspecta promoueant, vel
 antiqua illa, vel hæc noua, quorum vel in
 libris vel in animis hominum qui viderunt,
 memoria recens est, quando & olim vno
 eodémque die motu horrifico & concus-
 sa Rhodus & nouæ insulæ profundo maris
 emerferunt, & vetustæ vrbes Asiæ duode-
 cim corruerunt, nonnullæ etiam terræ hiatibus
 haustæ sunt: dehinc eadem pestis in
 Achaia Macedoniâque desæuit: demum in
 Campania illa pulcherrima, non Italiæ tan-
 tum, sed totius etiâ mûdi parte circa Senecæ
 ætatem, qui inter quæstiones naturales rei
 huius meminit, quando & Herculaneum

& Pópeios, vrbes tractus illius nobilissimas, ipsam quoque Parthenopem ea peste vexatam legis. An ne cuncta sequar, quæ infinita materia est? nuper Alpes æreas quæ Italos à Germanis separant, quarum motas insolitos Maro ait, & motas & multis in locis disiectas cernere potuisti. Et confestim postea ipsam vrbium reginam graniter agitaram vsque ad ruinam turrium ac templorum aliquótque alias humi stratas, moxq; velut perpetuo maiorum ordine Germaniæ partem illam quæ nobilior habetur, totam scilicet Rheni vallem tremuisse atque in ripis Basileam vrbem funditus & octoginta eoque amplius castella, vno simul temporis momento corruisse notum est. Horrendum planè negocium nisi arcem terribilium mors teneret. Hanc qui timere desierit, nil timebit, utque eleganter ait Flaccus: si fractus illabatur orbis impavidum ferient ruinæ: nam quid refert an in te lapis exiguus sic descēdat ut perimat, an te ingens obruat Apeninus, seu potius fractus orbis, ut est dictum, si vtroque nil amplius est quàm mori, nisi quia quibusdam fortasse mors clarior videri potest quæ maiore infligitur instrumento. Hæc tandem nostri consilij summa est, quando & aduersus fulmen aliquid diximus esse remedij, & vtrunq; vel obstando vel cedendo reliquis malis occurrur,

ritur, contra hoc vnum nec fuga valet nec ingenium nec vis vlla; hunc qui vnus horribilia cuncta facit, ponendum ante omnia metum morris: aliquanto non inficior factu difficilius quàm dictu, sed nequaquam impossibile. Et quoniam ab hac peste, nec tempus vllum nec locus immunis est, omnibus locis atque temporibus ad omnium quæ vel naturaliter, vel fortuito euenire possunt, tolerantiam præparandum armandumq; animum, quod nisi virtutis amor vitiisque odium accesserit vtique fieri nequit. Denique quando non cælum modò quoc in continuo motu est & elementa vndique cōminantur, sed & terra cui insistitis & quæ periculorum omnium & firmissimum præsidium sperabatur, ipsa quoque concutitur, incolæque suos fallit ac territat, ad cælum animi volatibus ascendendum: intèrque hos rerum motus atque hominum omnem in illo spem habendam qui respicit terram & facit eam tremere, de quo scriptum est: ego dominus & non muror. Quisquis in illo vestigia deuotæ mentis affuxerit, iam in solido & in tuto erit, neque amplius aut ipse mouebitur aut vllos metuet terræmotus. M E. Non possum terræmotibus non moueri. R A T I O. Potēs autem à terra omnem spem atque omne desiderium remouere? Hoc fac vt securus

vinas eaque vel tremente vel ruente confis-
stis. Stultum est firmam in re tremula spem
habere.

De peste latissime sentiente. Dial. xcii.

M E T V S.

P Estem latissime sentientem horreo. R A T.
Et hinc quoque nil amplius quam mortis
est metus, quo deposito plena securitas par-
ta erit, cum non is magnis animis non depositus
modo sed ne admissus quidem esse debeat:
nam quid minus viri est quam horrere comu-
nia? M E T. Pestem timeo. R A T. At quid aliud
tibi si moreris ad usitatum genus moriendi
pestis addiderit quam ut comitator moria-
re? Sin euaseris, ut dulcior vita sit, tot circum-
fusus erepta periculis, si mori periculum non
natura est, neque enim omnes pestis perimit:
alioquin ex hac peste nouissima cui par a se-
culis non fuit, nullus hominum euassisset. Eua-
serunt multi, qui melius obiissent. huic ut vi-
des fece solita nunc etiam mundus exuberat,
quam nulla unquam pestis, nulla mortis ma-
nus exhauriet, tam concreta est. M E. Pestem
metuo. R A T. Dic quod est verius, mori times,
de quo nobis, ut te video in querelas prouum
antequam res desinat disceptandum reor, praeter
hoc enim quid est quod pestis nomen exhor-
reas, cum potius, ut est dictum, solarij genus sit
peri

perire cū plurimis? M. Pestem horreo. R. A. T. Si ad hoc te humani generis charitas quædā trahit, est quod laudem: nihil est magis hominis quàm humana incommoda miserari. Sin tui tantum, est quod arguam: nam quid pestis nocitura mortali, nisi ut facias quod facturus es, nisi illud inter damna cōnumeres, non lugeri quod in talibus accidit, & fœliciores censes qui multum fletu ad superos apud Virgilium memorantur.

De tristitia & miseria. Dialogus XCIII.

DOLOR.

Tristis sum. R. A. T. Refert qua ex causa tristis sis aut lætus. Ita enim ut alia multa indifferētia dixerim quæ levi momento possint esse bona vel mala. Tristitia nempe de peccato utilis, modò ne desperationi surreptenti clanculum manum det: at gaudium de virtute deque memoria bonorum operum honestum, modò ne ingerenti se superbix fores pandat: harū igitur passionum præmittentur causæ, vituperatio illic locū laudis inuasit, nunc tu ipse quid sis, tristis cogita.

DOLOR. Huius vitæ miseria mœstus sum.

R. A. T. I O. Fœlicitas te lætificet alterius vitæ: neque enim tam hæc misera & si profectò miserissima sit, quàm illa est fœlix. DOL. Mœstus sum. R. A. T. I O. Mali huius tot radices,

quot

quot sunt quæ vno nomine aduersa dicitur,
 de quibus & multa iam diximus. Et ut te pro-
 num in querelas video, multa nunc etiam sunt
 dicenda. Est autem quando nulla prorsus ap-
 parens causa, non morbi, non damni, non in-
 iuriæ, non ignominia, non errorum mores,
 neque ullus omnino rerum talium & inopi-
 nus rumor, sed dolendi voluptas quædã quæ
 mœstam animam facit. Pestis eo funestior,
 quo ignotior causa atque ita difficilior cura
 est. Itaque hanc ceu animæ scopulum omni
 velorum ut dici solet ac remorum auxilio fu-
 giendam censet Cicero, cui in hoc quidem
 ut in multis assentior. DOLOR. Præsentis me
 miseriæ cogitatio mœstum facit. RATIO.
 Miseriam conditionis humanæ magnâ mul-
 tiplicemq; non nego, quam quidam integris
 voluminibus defleuere: sed si in diuersum
 aspicias, multa itidem quæ felicem vitam ac
 iucundam faciant, videbis. Et si de hoc nemò
 hætenus, nisi fallor, scripserit, aggressiq; ali-
 qui destiterint, quòd difficilem & contrariam
 scribentibus, steriliorem longèque imparem
 materiam se sortitos intelligerent, eo quòd
 humana miseria nimis multa prorsus euidẽ-
 ter emineat, felicitas parua & latens stilo al-
 tius fodienda sit ut ostendi possit incredulis.
 An autem ut ex multis summam deliberem,
 parua vobis gaudiij causa estrimago illa simi-
 lita

litudo dei creatoris, humana intus in anima,
 ingenium memoria, providentia, eloquium,
 tot inuenta, tot artes huic animo famulan-
 tes, huic corpori quibus necessitates vestrae
 omnes diuine beneficio comprehensae sunt,
 tantae quoque oportunitates, necessitates &
 tam variae rerum species, non necessitati tan-
 tum vestrae, sed oblectationi seruientium mi-
 ris & ineffabilibus modis, tanta vis radicum,
 tot herbarum succi, tot florum tam iucunda
 varietas, tot odorum & colorum & saporum
 & sonorum ex contrariis orta concordia, tot
 animalia caelo, terris ac pelago, non nisi ve-
 stris vñibus dedita hominisque solius ad ob-
 sequium creata. Nisi enim peccati iugum spõ-
 te subiissetis, omnium quae sub caelo sunt do-
 minium haberetis. Adde collium prospectus,
 apricationes vallium, vmbrosos saltus algè-
 tesque alpes. & tepentia littora. Adde tot salu-
 bres scatèbras aquarum, tot sulphureos fu-
 mantésque, tot nitidos ac gelidos fontes, tot
 infusa & circumfusa terris maria, tot omnes
 assidue mobiles, & immobili stabilitate cer-
 tissimos regnorum fines. Adde lacus maris
 æmulos & stagna iacentia & riuos inter mō-
 tium conuexa præcipites & floreas ripas, ri-
 parumque thoros & prata recentia riuis, vt
 Virgilius ait. Quid sonoris litoribus spu-
 manes scopulos antráque roscida, & flauesc-
 cen

centes agros & vineta gemmâtia & commoditates vrbium & ruris ocia & solitudinum libertatem? Quid spectaculorum omnium lucidissimum & augustissimum stellâtis cœli ambitum incomprehensibili celeritate volubilem? Inque illo fixas & errantes quas dicis seu vagantes stellas, solem imprimis ac lunam clarissima mundi lumina, vt Maro ait, seu lucidum cœli decus, vt Flaccus ait. Hinc terræ fruges, hinc vigor animantium, hinc varietas tempestatum, hinc nos annum, hinc menses & dies & noctes & momenta metimur, sine quibus vitæ fastidio non careret. His accedit corpus licet caducum & fragile imperiosum tamen aspectu serenûmque & erectum aptûmque cœlestibus contemplandis: accedit immortalitas animæ & ad cœlû iter ac precio exiguo merces inæstimabilis, & quæ in finem sciens distuli, quia tam magna erant, vt per me illa non capere nisi fidei magisterio didicissem, & resurgendi spes & hoc ipsum corpus post interitum, agile quidem lucidûmque & inuiolabile multa cum gloria reassumendi: & quod omnem non humanam modò, sed angelicam dignitatem supereminet, ipsa humanitas sic coniuncta diuinitati, vt qui deus erat homo fieret, idemque vnus numero perfectè duas in se vniens naturas esse inciperet deus & homo, vt ho-
mi

minem deum faceret factus homo : ineffabilis dei pietas atque humilitas, summa hominis foelicitas ac gloria, altum vndique occultumque mysterium, mirum & salutare commercium, quod nescio an coelestis, sed profectò mortalis lingua non æquat. Parù ne tibi autè vel hoc vno nobilitata conditio humana, parùmque expurgata miseria videtur, seu quid oro altius nō dicā sperare, sed optare, sed cogitare homo potuit quàm vt esset deus? Ecce iam deus est : quid iam restat oro quo vota vestra suspirent, nedū reperire quidem sed nec fingere maius aliquid relictum? Certè cùm ad salutem vestrà se diuinitas inclinaret, non aliud cùm posset nisi humanum corpus humanamq; animā assumpsit, nec angelicæ speciei ascribi voluit sed humanæ, vt sic quantum te dominus tuus amet agnoscas & gaudeas. Ita enim vt præclare ait Augustinus, demonstrauit carnalibus & non valentibus intueri mente veritatem corporeisq; sensibus deditis quàm excelsum locum inter creaturas habeat humana natura. Quid quòd idem ipse vos qui hac sua dignatione tam mirifica angelis quoque prætulerat, ipsos vobis angelos custodes adhibuit, vt modis omnibus vestrà inter creaturas excellentiā demonstraret? Ait népe Hieronymus, tantam dignitatem esse animarum
vt vna

ut unaquæque ab ortu suo habeat angelum
 sibi ad custodiam deputatum. Paterna verè
 & plusquam paterna de vobis deo cura est: &
 ut dictum Satyrici parumper inflectam: verè
 charior est illi homo quam sibi. Quis hæc in-
 ter tristitiæ locus aut querelæ? Non natura
 igitur vestra, sed culpa mœstos vos & queru-
 los facit. DO L. Mœstum me originis vilitas &
 naturæ fragilitas nuditasque & inopia & for-
 tunæ asperitas & vitæ breuitas & finis incer-
 tus facit. R A T. Multa studio cōquiris ut
 mœstus sis, contrario instandum erat, ut ho-
 nesto gaudio lætus esses: noui autem mores,
 cupide malis vestris incūbitis. Proinde quod
 ad vilitatem originis attinet, aut corporis
 fœditatem quicquid quorumlibet ingeniis
 accruatum est, non solum adnota resurre-
 ctione illa quā vera mortalium fides sperat,
 & glorificandorū corporum nobilitate dilui-
 tur, sed præsentī etiam decore minuitur, in-
 tērque omnia diuinæ manus opera singulari
 quadam hominis malestate: nam quid ortus
 obscœnitas humanę detrahit dignitati? Nōn-
 ne fœda è radice proceræ frondentisque ar-
 bores herbosum solum gratis vmbreis vestiūt?
 Nōne fœdissimo fimo segetes lætæ fiunt,
 nec fastiditur origo vilissima rei optimę? Vos
 segetes dei estis, in arca iudiciij ventilandæ,
 summiq̃ue patris familias in horreo repo-
 nem

nenda: terrestris fuerit origo, quanquam nobilis ac celestis ex parte sit, sed fuerit qualifcunque: ortus quantumlibet difficile incrementum, sedes vltima cœlū sit. Quid illa nuditas imbecillitasq; corpora multarūque rerum grauis indigentia, quæ humanæ conditionis infamiz ascribuntur? Variarum nōne artium ac multiplici remediorum suppleantur auxilio, ut magis ad gloriā hominis quā miseriam trahi possit? Quod animantibus cæteris ratione carentibus præualidam ætatem vnguēsque & villos mater natura prouiderit, homini vnum repertorem omnium contulerit intellectum, ut illa scilicet alieno, hic suo quodam proprio & interno præsidio euntes esset cætera quantum nascētibz obtingisset, & nō amplius vnus his tantū haberet, quantum viuendo meditādūque sagaci assequi possit ingenio. Sic seruis dominus ac bubulcis si quid forte cibi nobilis largiatur, suam cuique portiuunculā assignat, vxori nihil, aut filio, ut illi hoc tantum, hi pro eorum captu plus minūve percipiāt: sic illis frequenter præponitur, his libertas. Animantibus igitur quæ vel senio vel scabie depilata, aut caligantia oculis, aut pede clauda cōspicimus, remedij nihil est, nisi ab homine cōferatur: homo autē per se nudus ingenio vestitur atq; ornatur, etsi res poscat, armatur: claudus atque

debilitatus equo aut uani fertur iuxta vehicu-
lo aux auxiliantibus bacillis infirmitur. Deni-
que modis sese omnibus adiuvat atcolitq;
quin amissis artibus, pedes lignos, manus
ferreas, naſos cæteros fabricari didicit, & for-
tuitis casibus obſtare valetudinem faciscen-
tem meditantibus erigit guſtūque tor-
pentem ſaporibus excitat, vīum languidum
ocularibus reſouet, quā in re maioribus ve-
ſtris acutius cogitaſtis, qui vāſculis vitreis
aqua plenis, ut Seneca meminit, utebantur,
prope delectabilis naturæ ludus, blāda parēs
ac benigna, quod hinc ſilio eripit inde reſti-
tuit, & cū tristem fecerit, conſolatur. Quid
quod equus, bos, elephas, camelus, leo, tigris,
pardus & ſimilia quātarūlibet virium cū
ſenuerint contemuntur, cū obierint non
ſunt, cedunt ſenſio, ſuccedunt morti, ſolū ho-
minem virtute præditū, quæ hominis ſolius
eſt propria, & venerabilem ſenectus & mors
glorioſum ac ſœlicē facit, transferēs non ex-
tinguens: & ad ſummā, animalia quædam ro-
buſtiora ſunt homine, quædā velociora, qua-
dam ſenſibus vegetiora, nullū dignitate præ-
ſtantius, nullum cuius par cura creatori fue-
rit. Dedit ſphæricæ capitis figuram effigiem-
que ſydercam: pronāque cū ſpectent ani-
malia cætera terram, os homini ſublime do-
dit cœlūque videre iuſſit, & erectos ad ſy-
dera

dera tollere vultus, vt præclare ait Naso, licet dictū prius à Tullio: dedit oculos, dedit frontē, in quibus secreta animi relucerēt, dedit rationem, dedit orationem, dedit lachrymas, dedit risum, affectuum signa latentium, quæ quauis ad argumentum miseriæ quidam trahant, quod fletus præcox, risus serus sit: ortus enim statim flet, ante diem quadragimum non ridet: id vel maximè prudens animal arguit, venturūq; præscium, non equidem finis quem virtutis gubernaculo foelicem dico, sed difficilem quod ingressus est studij atque instantium laborum. Denique quodeunque robur est aliis, quæcunque velocitas, quæcunque oportunitas, quæcunque commoditas rota homini deseruit. Ille indomitos boues ad iugum, & feros equos ad frenum cogit: vrsos vnguibus, apros dentibus, ceruos cornibus metuendos, decus fecit ille mensarum: lynces, vulpes & infinita id genus, quia esui non erant vsui pellis ac corij reseruauit, retibus maria, canibus syluas, volucribus cælum omne lustrauit: & quibus cum nullum erat homini commercium, humanas voces intelligere & humanis nutibus obsequi docuit, sic ex omni naturæ parte partum aliquid. Non est tibi bouis robur, at tibi bos arat. Non est tibi equi celeritas, tibi tamen equus ambulat. Non est tibi herodij vo-

latus sed herodius tibi volat. Non est tibi elephantis aut cameli moles, sed ille tibi turrem vehit, hic sarcinam. Nō est tibi cerui corium, non agni pellis aut vulpeculæ, sed illi hæc tuo nomine possident. An ne igitur his qui vos inopes talium dicunt, haud inelegans responsum illud sit Romani ducis, habere ista hominem nolle, sed hæc habentibus imperare? Et hæc quidem modò breuiter, partim philosophicè, partim catholicè dixerim. Ad ægritudinem verò animi, ita enim hanc philosophi appellant, & depellendam & tranquillitatem reuehendam proderit nosse quid de primo Cicero in Tusculano suo. tertia luce disseruit, quid de secundo Seneca in eo libro quem de animi tranquillitate composuit. Festinanti quidem ad alia & spectanti metam non vacat vniuersa complecti. Pro tempore igitur alligatum vulnus ostensiq̃ue medici animorum, quibus si hæc non sufficiunt vti queas. Iam tria illa quæ vltimò questus es, ne responso quidem digna credidi, quando & asperitas fortunæ ipsa est de qua magna pars huius secundi colloquij nostri fuit & futura est, & asperitatem ipsam breuitas lenire debet ac minuere, & incertum vitæ finem statuit natura, vt præsens semper aut proximus crederetur.

De

D O L O R.

DEntium vexor agitudine. **R A T.** Quantum fidas intestinis vide, quando ipsa te ossa destituunt. **D O L.** Tremere dentes incipiunt. **R A T.** Quid mollibus spei est, duri & solidi nutant artus? **D O.** Dentibus æger sum. **R A T.** Inualidum & caducum animal est homo, cur etiam quæ prævalida videbantur infirma sunt. **D O L.** Magnus me dentium dolor habet. **R A T.** Et quæ ad decus præcipuumque oris robur obtigerant doloris in materiam verti vides, ut intelligas quàm mansura sit hæc cui tam securus infides mortalis compægo domicilij. **D O L.** Iam mihi vnus alterque dens cecidit. **R A T.** Iam ergo vel hinc existima quantum Deo debeas tot tantisque muneribus, quorum paucissimis ac minimis caruisse supplicium & flebile damnum ducas, digna ingratitude poena est. Seruus ut domini largitatem quam præsentem spernit, absentem lugeat, & quam lucris intelligere noluit damnis intelligat. **D O L.** Iam dentibus exarmatus sum. **R A T.** Iam inermis cum voluptate luctaberis, minus comedes, parcius ridebis, lentius mordebis alienam famam. Loqui parantem fracta sepes dentium frenabit: & si non castitas saltem pudor ab illicis osculis senilem petulantiam cohibebit.

bibit. D O L. Iam mihi senectus dentes fregit.
 R A T. Iure suo illa vsa est: tu naturæ gratias
 age quæ tibi hoc suo dono vti permisit in se-
 nium quod à multis in iuuentute repetiit:
 qualis fuit apud vos ille modò regum maxi-
 mus qui adhuc virenti ætate penè dentibus
 caruit: & si iuuenilem hanc iacturam senili
 postmodum eximio oculorù, vt ipse aiebat,
 quòdque ipse tacebat, ingenij atque animi
 vigore solabatur: exemplum vtile omnibus
 aliquo vel naturæ vel ætatis incommodo af-
 fectis, ne singula desinant, nève omnem solu-
 tum teporem munificentiæ cœlestis iniuriam
 vocent, sed seruatis perdita mulceant, aspe-
 ra lenibus, dulcibus acris. D O L. Dentes mihi
 rapuit senectus. R A T. Hos si illa non raperet,
 raptura mors fuerat: plana ossium sepul-
 chra inspicere testarum dentes arcantium, pri-
 mum quidem terrificè abicantes, mox ru-
 ptis vulsos radicibus atque effusos videas,
 non hic numerus, non hic robur decórque
 valuerit. Filia Mithridatis Ponti regis vtro-
 que gemino ordine dentium fuisse legitur.
 Prusæ verò Bithyniæ regis filius pro supe-
 riori ordine dentium vnū inferioribus cun-
 ctis parem, hoc est vnum os à vna in altera
 maxillam: nec inueniustè, nec incommo-
 dè portentum habuisse. At Zenobia regina
 Orientis inter cæteras formæ laudes, tampe-
 den

dentium nitore describitur, ut inter loquen-
dam ridendumque, non dentibus, sed candi-
dis margaritis plenum os habere videretur.
Horum quoque nunc basta perquire, singu-
lare nihil inuenies, cuncta prorsum æqua o-
mnibus spargit & attrahit mors. Nimis corpus
amatis ac membra mortalia, nimis animum
immortalem ac virtutem spernitis: ô cæci
semper & iniqui rerum æstimatores. D O L.
Iam sine dentibus sum. R A T. Iam ergo den-
tium dolor nullus, sed nullam quoque præ-
fidiam, nullus usus, sine dentibus cum labore
permolendus cibus, & nisi dissimulas, cogi-
tandum: cò tibi iter instare vbi nil editur, at-
que vbi solo gaudio cibisque antra vivitur.

De agitudine tibiærum.
Dialog. xcv.
D O L O R.

Tibiærum vixor agitudine. R A. In omni
edificio periculosissimum est illud vi-
tium quod fundamentis infidet. Cætera
enim utunque corrigas, hoc ruinam trahit,
quæ tollente quid est reliquum nisi ut quæ-
pitumne fatiscenti migretur hospitio? D O.
Tibiærum agitudine sum affectus. R A. Ha-
ius agitudinis ut militari causa ferè omnia
non abunde quam ex vobis ipsis est. Iure
igitur in vos ex vobis oris reflectitur, obli-

enim illud consilium Sapientis: palpebræ tuæ
 præcedant gressus tuos: & illud alterius pri-
 mum argumentum compositæ mentis existi-
 mo posse consistere & secum morari, neque
 consistere potestis, neque gressus vestros ar-
 tendere, sed ut ceci præcipites hac illac pal-
 pitando discurritis. Quid miri igitur se nunc
 ad lapidem, nunc ad lignum offenditis, illud
 plane mirabile est quod culpas vestras in-
 soniti tribuistis naturæ, quinetiam voluptas
 mira demeritis equorum vos frementium
 turbis ingeritis, vade sæpe ferratorum calcium
 vestigia reportatis. Nonne tibi videtur quod
 apud Ciceronem, ubi dicitur penè omnibus
 convenire? Hæc mala, inquit, stultissime tota
 ipse tibi addidisti. Sic est hercle: nolite vos fal-
 lere, mala vestra magna ex parte vobis ipsi
 facitis quæ postea deploretis. Tu si domi per-
 stitisses, hoc est tecum, neque hanc forsan ægri-
 tudinem, neque harum querelarum materiam
 inuenisses. Vaga vita & instabilis, quod variis
 afficiatur incommodis non iniustum est. Nō.
 Tibi doloribus agitor. R. A. T. Si tu causam
 doloribus præbueris, gaude culpam plecti, si
 minus exortem culpæ animum solace. Et si
 doles molestiam adesse, ac abesse culpam
 gaude. Vtunque se res habeat dolorum cu-
 spidi patientiæ clypeum opponere perperum
 in omni anxietate documentum, quo nulla
 unquam

vnquam medicina salubrior reperitur. D O L.
Tibiz doloribus pręgrauatus sum. R A. Con-
sulento medici vt iaceas, nec te de lecto mo-
ueas, haud ineptę illi quidę vt post damnum
facias quod ante debueras. Ego autem de
illorum consiliis nil amplius dicā, sed tu ipse
quāti ea sint precij tuo disces impędio Idem
tamen consulam quod medici, sed respectu
alio. Illi enim te iacentem fomentis adhibi-
tis instaurari posse facilius opinantur, dum
ad locum dolentem nec spiritus adeo con-
fluent nec humores vt stanti confluerent aut
eanti. Ego te in tuo lectulo cōpositum quic-
quid de salute corporea ouenturum sit, sepo-
stris interea curis omnibus tranquillo tanti
spereccubitu mitigatis angoribus de sepul-
chro aliquid cogitare, qualiter ve ibi sis iaci-
turus, & pręsentis status tui cōditionem me-
tiri velim, mortemq; ipsam antequam veniat
tam familiarem tibi efficere, vt non horreas
venientem. Mors enim sola est quę possit
mortale corpusculum ab omni ægritudine
liberare.

De catitate. Dialogus XCVI.

D O L O R.

Quios perdidisti. R A T. O quot simul vitę
fastidia perdidisti, quot fœda spectacu-
lorum ludibria non videbis. D O. Amisi ocu-
los. R A. Frontis fortasse non pectoris. Hi sū

22 5

supe

superant, bene habet, saluare est. **D. O. C.** Cecus sum. **R. A. T.** Non videbis solem amplius, sed vidisti & qualis sit animo tenes, aut si mori vidisti, ut in partes fors durior, sic desiderium lentius ignota rei. **D. O. C.** Oculis careo. **R. A. T.** Caelum terramque non aspicias, sed tibi terrarumque dominum spectandi facultas non eripitur: multum illa elatior est visio. **D. O. C.** Excitate perpetua damnatus sum. **R. A. T.** Non videbis amodo frondosas valles, aëreos montes, floecos cespites, ymbrosos specus, locidos fontes, vaga flumina, prata videntia, quodque pulcherrimum visu dicunt humani oris effigiem: sed nec coeni cumulos, nec viles cloacas, nec laniatae antaërae, & quicquid aspectu foedo stomachum laedit. **D. O. C.** Oculorum luce priuatus sum. **R. A. T.** Ut malo huic nihil aliud boni insit, quam quod hos ludos enormium penitusque deformium habitum non spectabis, optanda excitas, quam & si optabilem fuisse saepe olim fatear, æquè vquam nego, quandoquidem spes fugæ nulla est, quocunque terrarum verteris par insanæ regnum, par virtutis exilium, hoc in statu perdidisse oculos, fugæ & solarij genus est. **D. O. C.** Visum perdidici. **R. A. T.** Es formidæ vultus aspectu. Gaude igitur, clausæ vnde mori intrabant sunt fenestæ, multisque vitis obstratum iter: anarisia, gula, luxuria, pestesque
alia

aliae suos ministros ac satellites amifere,
 quantum animæ tuæ hostibus demptum est,
 tantum accreuisse tibi crediro. **D O L.** Perdidisti
 oculos. **R A T.** Perdidisti duces malos qui in
 precipitium te ducebant. Mirum dictum: scire
 quidem lucidissima pars corporis totam ani-
 mam in tenebras trahit, iam vocantem ad
 meliora spiritum sequi incipe, & veritati præbe
 aurem clamanti: Nolite querere quæ viden-
 tur, sed quæ non videntur: quæ enim videntur
 temporalia sunt, quæ autem non videntur æter-
 na. **D O.** Luminibus careo. **R.** Culpis tu careres
 plurimis si his perpetuò caruisses, nunc ventu-
 ris malis occurrat virtus ac cæcitas, præteri-
 ta deleant dolor ac poenitentia: ne lugeas,
 cæcitatem mentis oculos aperturam, lugendum
 forsitan quod dilata est. **D O.** Lumen oculo-
 rum perdidisti. **R A.** Lumen animæ verum ser-
 ua. Solent qui alterum oculorum amiserunt al-
 tero, ut aiunt, acutius videre. Id si ita est, quid
 reat nisi ut duobus perditis duobus aliis acu-
 tissimè videas, & tuum facias illud Tyresiae
 cæci vatis, sed famosi: obruit ora deus totam-
 que in pectore lucem desubina. Infelices me,
 verèque cæcum & prorsus exoculatum si habere
 etiam perdidisti, quod ut suspicer tuæ si per-
 gis facient querelæ, perditur nempè flebilis
 quod vnicum est habenti. **D O L O R.** Oculos
 mei capitis perdidisti. **R A T.** Purgas igitur &
 abster

absterge quos nō perdas, & externis pereuntibus ad interna reflectere. Illic mihi crede non in oculis habitat felicitas illa quā quaeritis. D O L. Lumen oculis non video. R A T. Disce vel in tenebris gaudere: Antibi Antipatri philosophi responsum excidit lascivum fortasse, sed proprium? cuius cæcitatem cū amicæ mulierculæ deplorarent, iocans: nulla ne, inquit, vobis videtur voluptas esse nocturna? Facete ille quidem brevitérq;. Multa enim sunt & in obscuro gaudia, sicut & in luce dolor multus. Ego autem tibi honesti solius hortator sum. D O L. Amissos oculos queror. R A T. Si vsurus malè, gaudendum potius præcepta tibi nequitiae instrumenta. Sin bene, nec sic quidem est quod doleas, rem decoram visu, sed pietati ac sancto proposito minimè necessariā amisisti. Nō membra, sed animum quaerit Deus: purum illi totūq; ei offer quem ubi acceperit, quicquid est reliqui acceptum feret, nil sibi retinuit qui animum dedit. D O L. Corporeos amisi oculos. R A T. Si ad cælum niteris, consolare cum Didymo, quem cæcum ab infantia, inq; hac cæcitate vsq; ad exitum summo virtutum exercitio insignem sacer Antonius senem visens, nihil moveri debere ait, eo quod oculos amisisset communes sibi cum muscis & muribus & lacertis, sed gaudere quod oculi communes

munus illi cum angelis salui essent. Antonianum verè celestisque magistri discipulo dignum verbum. Sin ad liberalium studiorum decus aspiras, Homerum ac Democritum cōtemplare, quorum alter ut fama est, dum mira illa ac divina dictaret, oculis non videbat, animo linceus. Alter sibi oculos eruit ne videret multa, quæ ut ipse arbitrabatur veri visus aciem impedirent, eius factum quàm vel laude vel vituperio dignum fuerit, nō disputo, sed inuenit imitatores. Quod si picturam fortè sculpturamve Apellis aut Phidias artem tibi mente delegeras, amisisse te aliquid non negem, nisi hoc ipsum lucrum est, ab incepto humili retractum cogi altius. **Do.** Cæcitate inops & inutilis sum. **R A T.** Quid te ipsum cæce deseris? Nam Tiresias de quo supra diximus, cæcus visu vaticinio clatus fuit, Num Diodorus Stoicus, sed familiaritate Ciceronis quàm secta notior sua visum perditum auditus solatio leniebat, cum ei, ut Cicero idem ait, libri noctes & dies legerentur quibus in studiis oculis non agebat? Hic & philosophiæ simul & fidibus, quodque sine oculis fieri posse vix crederes, geometricis quoque descriptionibus operam dabat, & alienis manibus lineas protrahi iubens suo de illis ingenio diserebat. Caius Drusus absque oculis, sed iuris civilis notitia satia fuit ut domus

mus eius consultorum frequentia quotidie repleteretur: & videbant illi qua iretur ad forum rectius, qua iretur ad causæ victoriam non videbant, atque ideo cæci dæcis patrocini-um implorabant. Sed clarissimus omnium quos famosos cæcitas habuit Appius Claudius, & re cæcus & nomine, qui cæcitate pressus ac senio, non priuatis modò consiliis à populo noscebatur quisquis in iure vel in facto scrupulus incidisset sed auctoritate ac sententia senatum regebat vniuersamq; rempublicam gubernabat. Tu cōfestim vno destitutus sensu, reliquos omnes atq; insuper mentem ipsam abiicis haud aliter quàm qui vnus damni levis impatientia & vitam & vitæ instrumenta proiciunt desperatione præcipiti. D O L O R. Cæcus sum nec quo pergam video. R A. At dux tuus videt, siue is est animus, siue vnus aliquis ex more cæci gressum dirigens, cuius ducta non modo rectum iter inuenias, sed ad contemptum vitæ nobilem, & præclaræ virtutis actus vltimos ad fastigia summa peruenias, neq; nisi vis animi defuerit generosum facinus, lux amissa præpediet. Meministi quid sacris Sanson in literis, quid civili bello apud Lucanū Massiliæ Tyrthenus agat in æquore, de quo quidem si poetice tubæ minus est fidei, illud certius atq; rectius recordare, quod ætate gestum sua videre

dere oculis potuisti: ut Ioānes rex Bohemus duorum sine medio Romanorū principum, alterius filius, alterius pater oculis semper infirmus, multos ad extremum annos cæcus, bello hoc quod inter Gallum cui ille fuit ac Britānum regem sex iam lustris agitur, dum pugna illa omnium asperrima, cui ambo reges intererant inclinare fortunam suæ partis intelligeret, duces suos clara voce compellās: Dirigite me, inquit, oculus in eam partem ubi rex hostium est atque omne robur exercitus sui, quod cum morosi ac trepidi fecissent, ille equo stimulis adacto eo se precipitem dedit, quo spectare alij cæcumque oculis prosequi vix audebant, ubi cum fortissima hostiū in acie non fortiter modo, sed horridè pugnavit, ipsis mirantibus & laudantibus qui vincebant. Rem narro notam omnibus, sed nisi mandata sit literis, obliuione perituram. Et quid ora gloriæ viri fortis obfuit visu caruisse, nisi ut quæ virtus & natura mirabilem fecerant, stupendum cæcitas faceret? **D O L O R.** Cæcus sum. **R A T I O.** Locasti incipiam nūc desistas queri: nam quid aliud si vires attulisse tibi cæcitas quirit, quàm quòd de seipso cæcus effectus Asclepiades ait, uno scilicet ut puero comitator gradianet.

DOLOR.

PERDIDI auditum. **RAT.** Iter ecce aliud tædio præclusum est. Multa oculis, multa auribus hauriuntur tædia, multa utroque calle fastidia in animum penetrant, quibus evitandis ex æquo penè optabiles videantur, cecitas surditasque, habent tamen hæc suas incommoditates ut reliqua ferè cuncta mortalium, amarumque aliquid non nego, sed patientia mollius ac virtuti impar. Vbi quænam sit hæc inter proportio incommodorum haud facile dixerim, nisi quòd ista periculosior, ista ridiculosior: nam quodammodo amentes videri solent qui surdi sunt & cæci verò magis miseri iudicantur. Itaque surdos risu, cæcos miseratione prosequimur: sapiens utrumque contemnit, nec quid aliis videatur æstimat, sed quid sit dolor. Audiam perdidisti. **A.** Adulantium iam susurros atque obrectantium iurgia enasisti, diversimodum, sed par malum, nisi quòd aliquanto virilius est iurgiis quàm his sedulis adhibere aures. Illis namque medicamentum aliquando, his venenum est semper. Illud ergo sæpe mordendo sanat, hoc saulecendo inquinat, atque ita peior est falsus amor vero odium. **RAT.** Amicum audistum. **A.** Etiam quod ars Vlyxi præstitisse fertur, tibi vel natura præstitit vel casus aliquis, ut si Sirenum

num cantus surda tutus aure pertrāsceas, fœ-
 licem te si æstimas quot inde pericula pene-
 trare in animum potuissent, quotq; olim in-
 de mēdacia, quot errores, quot demum mo-
 lestiæ subiere? D O L. Auditū amisi. R A T. Phi-
 lomenam credo, vel citharam tibiāsque non
 audies, sed nec rudentes iridem asellos, nec
 grunientes sues, nec vlulantes lupos, nec la-
 trantes canes, nec sæuiētes vrsos, nec rugien-
 tes audies leones, nec gementes pueros, nec
 altercātes aniculas, nec postremò his omni-
 bus grauiores vndiq; personantes stultorum
 risus ineptissimos & incōditos fletus & con-
 fusas voces, quo nullus vsquā sonus inamœ-
 nior. D O L. Auditū careo. R A T. Multiplicibus
 ereptus es fraudibus. Nulla re crebrius fal-
 lūtur homines quàm verbis: nihil hinc peri-
 culi est surdo. D O L. O R. Obtorpere aures
 mihi. R A T I O. Periculosa pars corporis, præ-
 cipuēq; principibus qui per illā adulatorum
 flatibus tumefacti sæpe cum populorum risu
 suāq; perniciē crepuere. D O L. Auditus he-
 bet. R A T. Si cum aliis loqui prohibirum est,
 tecum loquere, Ciceroniani memor illius:
 qui secum loqui potest, sermonem alterius
 non requireret. quanuis & colloqui surdo quo-
 que permissum legendo scilicet scribendōq;
 cum antiquis nempe loquitur qui legit, &
 cum posteris, qui scribit, ad hæc cœlestis phi-
 b b Josophiæ

loſophiæ libros & qui legit Deum audit, & qui orat alloquitur. In hoc quidem gemino colloquio nec lingua nec auribus opus eſt, ſed oculis digitisq; ac deuoto animo. Et hîc igitur vt in multis noſtri conſilium Ciccionis amplectemur, vt ſicut cæcus auriũ, ſic ſe ſurdus oculorum ſubſidio conſoletur. Tu proinde ſi audire homines non potes, ſcriptos ab hominibus libros lege, & legendos ab hominibus libros ſcribe. Cœlum præterea ac terras & maria reſpice, horũque omnium auctorem in ſilentio contemplare. Nil ad hoc ſurditas iſta nocuerit, multum fortaiſe profuerit. **D O L.** Auditus me deſtituit. **R A.** Quibus tonis aut numeris diapente conſtet aut diapafon, quibſiſve proportionibus aliæ quæ tractantur à muſicis noſſe vel ſurdus poteſt. Et quanuis humanæ vocis fidiũmq; vel organi modos auribus non audiat, ſi tamen cauſas animo tenet, delectationẽ intellectus haud dubiè præfert aurium voluptati. Finge autem & hoſipſos muſicos numeros ſurdo ignotos, modò virtutis numeri noti ſint, ſeq; in illis exerceat bene eſt, nil hic quoq; ſurditas nocet. Melius enim multo eſt bonum fieri, quàm doctum: & ſi abundè doctus ac ſapiens ſit quiſquis abũdè bonus eſt, ac qui malus idem & inſipiens & indoctus omnium licet quæ ſub cœlo ſunt eruditiffimus literarũ.

D O L.

D O L. Auditus elanguit. **R A.** Bene quòd hoc tibi non prius accidit quàm fidem quæ auditu maximè constat acciperes illam habens. Quid quæreris, seu quid quæris? Si hominum cantus aut volucrum non percipis, cantibus eor intède cœlestibus, internamq; aurè Deo applica. **D O.** Non audio. **R A.** At cœgita & dic tibi: si non audio, quid seu ad me seu de me homines loquãtur, audiam quid loquatur in me dominus Deus. Illi enim sæpe bellum, hic loquitur pacem semper. **D O L.** Nil penitus audio. **R A T.** Multi silentium appetentes, longis peregrinationibus fatigati sunt, vt aliquibus abditis & semotis in locis quod cuperèt; inuenirent: tu quod ab aliis operose quæritur, vbi libet tecum habes, disce iam bono tuo vti, & transacti memor strepitus veterumq; tumultuum tandem incipe silètiò delectari.

De tadio vite. Dialog. XC VIII.

D O L O R.

Vltæ me tædium ingens tenet. **R A T.** Ex præmissis ortum malum; quo nescio an vix aliud periculosius, quippe molestissimũ per se desperationi quoque contiguum atq; ad illam via est, pro quo nominatim institutum est vestris in tēplis auxilium implorare feliciũ animarũ, quæ terrenis tædiis vinculisq; corporeis resolutæ cœlestib' perfrũtur

bb 2 gau

gaudiis ac serenitate mentis æterna. DOLOR.
 Multa me vndiq; vitæ tædia circundant. R. A.
 Propellēda tædia cogitationibus letis ac spe
 bona & amicorū solatio, & librorum, & de-
 lectionum honestarū alterna varietate at-
 que exercitiis iucundis, & inertiz fuga, sed
 imprimis patientia rerum & longanimitate
 inuicta, neq; vel præsentium odio vel futuri
 desiderio nec metu deniq; nec spe vlla anti-
 cipādus vitæ finis, quod stulti quidam ac mi-
 feri fecerunt, qui dum paupertatem vitæq;
 tædia ac labores temporales fugiunt, in æter-
 nos incidunt. Sine Ciceronem nostrum loqui
 mortem Catonis huius vltimi suis in libris
 officialibus excusantē. Sine loqui Senecam,
 & hanc ipsam miris laudibus celebrantem,
 & multis in locis disputantem certis ex cau-
 sis arcessendam manu mortem, verior altera
 multoq; melior Ciceroniana sententia, qua
 & tibi & piis omnibus retinendus est animus
 in custodia corporis, nec iniussu eius à quo
 ille vobis est datus ex hominū vita migran-
 dum, ne scilicet assignatum munus diffugis-
 se videamini: quin & illud è cœlo tibi etiam
 dictum crede, nisi Deus is cuius est tem-
 plum hoc omne quod conspicias, istis te cor-
 poris custodiis liberauerit, huc tibi aditus
 patere non potest: & ad summam caue ne aut
 vilo vnquam vitæ tædio ita mortem cogites,

vt

vt occupare illam tibi licitum putes, aut villo gaudio ita non cogites, vt incautum illa animum improuisa deiiciat.

De gravitate corporis. Dialog. xcix.

DOLOR.

Grauis sum corpore. **RAT.** Quæri posses si vt volucris ad volatum, non vt vir ad virtutem natus esses. **DOLOR.** Graue corpus & inhabile est. **RATIO.** Hanc querelam Roscio dimitte atq; Æsopotu si vel per arctum circulum flecti, vel per funem aëreum labi nequis, quid ad rem? ito cum viris bonis gressu sobrio, gestus ac saltus histriionū sunt: Sapientem vt in actibus, vtq; in verbis, sic in incessu grauitas decet atq; modestia. **DOLOR.** Graui corpore sum. **RAT.** Hæc grauedo vna comitū senectutis esse solet, ne qui illā amiserit, hanc excludat, quanuis interdum non ætatis, sed naturæ comes inueniatur: vnde fit vt & iuuenes graues & seniculos agiles videamus. Cæterum & si graui sub corpore sæpe animus levis, & sub leui grauis habitet, corporis tamen æque animi proportio quadam paritasq; si obuenerit, haud spernenda est. **DOLOR.** Moles corporis ingens est. **RA.** Non minor quāuis inuisibilis animi moles & constantia, hanc illi obice, nihil graue erit. **DOLOR.** Mole corporea demergor. **RATIO.** Agilitate
bb 3 mentis

mentis emerge, & illam extenuare ac discutere laborando stude, circumeundo res multas & difficiles agendo, exercitio mentis & corporis, exilio voluptatum, pelle otia, arcesse negotia, sperne libidines, odi inertiam, curas ama, molliciem abiice, sectare duritiem, asperis delectare, cibo, potu, accubitu, sessione, intentione perpetua, somno breui ac sollicito. **DOL.** Mole corporea laboro. **RAT.** Alius contrario, alius alio laborat. Nullius sine labore vita agitur, sed quisquis suū nouit, alienum vel despicit vel ignorat. **DOL.** Multum corporeæ molis excreuit. **RAT.** Si hominis nomen, quod mortale est animal, ab humo dicitur, sic maximè homo erit multa humo oblitus, non potest tamen sic cœlestem naturam terrestris obtrudere quin & assurgat, nisi se surdam virtuti & malè suadenti credulā præbeat voluptati. **DOL.** Graue corpus animam premit. **RAT.** Ipsum collige animum & enormem sarcinam magno nisu perfer, ac cogita sæpe cœlestia ingemia ex hoc fasce corporeæ molis erumpere, & miram ad altitudinē peruenire. **DOL.** Corporis onere prægrauor. **RAT.** Et si vinci nequeat natura, omni tamen studio enitere ut indies & viribus tuis accedat aliquid & sarcinæ detrahatur.

De

De gravi ingenij tarditate. Dialogus c.

DOLOR.

AT graui duroque sum ingenio. **R A T.** Grauedo molestior, sed hæc quoq; minuitur si diligenter intenderis. **D O L.** At pigro obtusoque sum ingenio. **R A T I O.** Quid tu igitur huic morbo indignatione an lætatis succurrendum putas? Longè alio remedio res eget, non est indulgendum somno, non libidini, non cibo, non vino, non inanis fabulis, non captandæ excusationum causæ, & reflexa in naturam culpa inertiae succumbendum, sed vigilandum, cogitandum, suspirandum, anhelandum, enitendum, assurgendum, incitanda vis animi, excutendus torpor, propellenda segnities, abstinendum voluptatibus, incumbendum studiis. Nil tam graue quod non leuet, nil tam durum quod non leniat, nil tam obtusum quod non acuat, nil tam pigrum quod non vrgeat, nil deniq; tam defossum tamq; obstrusum quod non eruat, tam sopitum quod non excitet intentio. **D O L.** Ingenio tardo sum. **R A T.** Qui velocitatē ingenij laudē dicunt, tarditatē distempus infamiā certē scio. Malim tamē ingenium tardum ac modestum, quàm velox & præruptum: nam vt inde non insignis gloriæ nec spes operum magnorum, ita hinc errorum grauium & turpis ignominie metus est:

b b 4

to

tolerabilius autem multo est fieri inglorium
quàm infamem. DOLOR. Ingenio segni sum.
RAT. Quod equis signibus fieri solet, stimu-
los adhibe, non hinc tibi corporis excusatio,
sed laboris occasio data est. Sunt qui statim
quod non vitro prouenerit deserendum pu-
tent, at tu preme, insta, contende. Generosum
animum difficultas erigit, alit labor: illic ma-
ximè niritur, idque plaris æstimat ubi resisten-
tia plus inuenerit. Factum studio ingeniosum
Socratem legis, disertumq; Demosthenem, &
quam multis idem accidit: singulare quidem
nomen pauci occupant: rarior est fama quàm
meritum. DOLOR. Ingenio hebes sum. RAT.
Non tibi profectus ideo spes erecta, sed indu-
strie inuenta necessitas. Gloriosius autem tanto
est studio prouehi quàm natura, quāto satius
proposito boni aliquid agere quàm easu. DO-
LOR. Ingenio tardo prorsus & inualido sum. RAT.
Si literis non potes ac virtuti stude. Nemo
non ad illam satis ingeniosus ubi non acumen
queritur, sed voluntas, ad quam quidam lite-
ras nil prodesse, alij obesse etiā opinati sunt:
ideòq; desertis studiis in solitudines abiere,
& eximie illis solentia loco fuit ignorantia
literarum, de quorum iudicio pronunciare
difficile est. Id de quo constat, extremum ac-
cipe. Nemo te fallat, nec te vulgi stupor, nec
stultorum voces moueant: magis tutusq; est
vir

virtute quàm literis clarum fieri. Itaque semper illud optabile, sæpe istud formidabile res ostendit. Quod si ad virtutem animi literarum lux accesserit, tum demum consummatum quiddam atque perfectum est, ea quidem si quia in rebus humanis potest esse perfectio.

De inopi & infirma memoria. Dialog. c i.

D O L O R.

S Ed memoria inopi & infirma sum. R A T.

Est hæc alia senectutis infamia hand verior quam reliquæ, sed ut vera sit, huic quoque studij ope subuenias. D O L O R. Memoria labascit. R A T. Adesto ne corruat & labentem

iugi exercitatione sustenta. Fac quod mure ruinam minanti fieri solet, adhibe repagula

oportunis locis, & fragilem crebris ac validis adminiculis circumualla. D O L O R. Memoria fluxa est. R A T I O. Diligentia & artificio

illam stringe, cunctis ingenij memoriarumque defectibus occurrit industria. Nil patitur industria perire, nil minui. Hæc est quæ philosophos & poetas senes virentissimo ingenio ac

stilo, hæc est quæ detrepitos oratores voce solida validisque lateribus ac tenaci memoria

seruare potest. Quod nisi sic esset, nunquam Solon & quotidie discens aliquid senesceret, & supremum agens spiritum ad colloquium

affidentium amicorum, ex ipsa iam quasi

bb s morte

morte confurgeret: non Chrysippus acutissimum illud ac profundissimum volumē cœptum iuuenis in extrema perficeret senectute: non Homerus illa ætate diuinum & cœleste opus excuderet: non Simonides octuagesimo vitæ anno in Pieriū illud certamē iuuenili feruore animi, senili autem maturitate descenderet: non quarto & nonagesimo Isocrates ardens illud opus ac mirabile, & prope centesimum Sophocles tragici summum stili decus suam compleret Edipoden: non octogenario maior Cato nulla mutatione vocis aut laterum, nullo memoriæ lapsu, vel in graui seipsum accusatione defenderet, vel clarissimos oratores vltro ipse ad iudiciū euocaret. DOLOR. Infida memoria est. R A T. Noli ergo illi fidere, sæpe calculum secū pone, quicquid credideris confestim exige, & quod eras facturū fueras nunc facito. Non est tuta dilatio, sic ex malis si quid boni potes, elice. Fides socij desidiā parit, diligentiam perfidia. DOLOR. Memoria penē nulla sum. R A T. Ea est rerum conditio humanarum, vt qui pauciora meminerit, minor illi fletuum causa sit, vbi nec emendatio, nec poenitentia utilis locum habet, quid superest aliud quàm obliuionis auxilium?

De

DOLOR.

E Loquium deest. R A T. Altero querendi
 Eodij instrumento cares, naturæ benefi-
 cium agnosce, quæ ut magnum tibi in anci-
 pites reos, sic in te non paruum fortunæ ius
 eripuit multi propter eloquentiam periere: si
 hinc dubitas, vtriusque eloquij principes in-
 terroga: nam minorum ob hanc causam pas-
 sim pereuntium plena sunt omnia. In quibus
 idem ipse periculo qui excellentiæ est pro-
 prior ac notior fama. Sunt quibus obscurum
 nomen propugnaculum est salutis. Finge au-
 tem abesse periculum disertis, nunquam
 abest labor. Nihil est in rebus tam inane, pro
 quo tanti labores tantæq; vigilæ ultro susci-
 piatur, flatus volatilis sic exercet animum, so-
 lida quasi virtus in verbis sit. D O L. Eloquen-
 tiæ nihil est mihi. R A T I O. Fortasse multum
 securitatis, quod non esset si eloquentiæ
 multum esset, multorum quoque in quibus,
 & tuta forsitan ut vita, sic & tutior fama erit.
 D O L O R. Nihil est eloquentiæ. R A T I O.
 Cura ut sapientiæ sit aliquid, ut innocentæ,
 ut virtutis. Illa enim paucorum, hæc sunt
 omnium. Non te insignis poetarum, non te
 maior oratorum raritas trahat: immo verò vi-
 de ut subito dictum nuntem, si te raritas alli-
 cit, hoc age, hac ad illam itur via. Indignum
 qui

quidē vt nihil melius, sic nil iam rarius virtu-
te. Eloquentia ipsa quā paucorū dixi, multo
est crebrior quam virtus, adeo quod omnes
possunt, omnes negligūt, quod pauci possunt,
omnes appetunt, omnes experiūtur. **D O.** Ver-
borum inops sum. **R A T I O.** Rebus intende
animū. In verbis enim flatus & labor & elo-
quiū, in rebus quies, virtus ac felicitas. **D O L.**
Loqui nescio. **R A T.** Multi quæ minus sciūt,
magis agere gestiūt. Equitādī inscium equo
imponere. vix illū inde diuulseris: te loquendi
ignarū saltē pudor ad tacēdum cogat, etsi lo-
qui nescis quod alij audiant, discere loquentes
alios audire. Non est minus artificiū tacere
quā loqui, cū sit turius atq; facilius. **D O L.**
Non possum exprimere quod in corde est.
R A T. Si intellectu polles magnisque & altis
qui in animo sunt sensibus, iucūda vox & vo-
lubilis lingua nō suppetit, quiesce. Noli quod
infelicititer succedit retētare. Quid ergo? Bo-
po tuo nō tantū æquanimiter sed lætē vte-
re: alienū linq; aliis neu linguā stilūmq; su-
peruacua atteras. Sine inquam loqui alios, tu
intellige, cū secretior, cū maior ex inge-
nio voluptas quā ex eloquio percipitur ma-
gisq; continua & plus quiescis & inuidiæ mi-
nus habens. **D O L.** Coram multis loqui pudor
impedit. **R A T.** Magnis hoc vitis accidisse nob-
is est, frontis imbecillitate nō vitio linguae
vel

vel ingenij: quod sic cum multis refugis, ac cū paucis & cum vno loquere, vt clariores faterar cōciones, dulciora eloquia non negabis: si ne id ipsum potes, ad te redi, tecum loquere, quod iam suprà monui tutūq; domesticū collocutorē excita: semper ille quidē pręsto est, non insidiatur, non irridet, nō invidet, nō fastidit, nō exactam atq; laboriosam querit eloquentiā, confabulationibus gaudet familiaribus interruptisque sermunculis, quin & multa sæpē loquenti silētio acquiescit. Disce tu illo teste contentus esse, qui non qualiter sed quid dicas, seu potius quid dicere velis attendit. Disce tibi theatrū honestissimū medio pectoris extruere. Disce non hominum, sed veritatis applausum optare, & aliquando sine strepitu gaudere, contemnātq; modestia quā perfecta nonnunquā extinguit eloquentia. Disce deniq; non ad pōpam vivere, nō ad pompam loqui, quo vix maius malū vita hominum habet. D O L O R. Blesi oris sum. R A T I O. Fles ne aliquid tibi commune cum Moyse tali viro & tam dei amico? Atqui seu antiqua repetis seu moderna circumspicis, vt multi occurrent blesi viri optimi, multique disertissimi scelerati, sic perrari quibus vtrunque contigerit singularis eloquentia & excellens virtus.

De

DOLOR.

Quid quòd linguam ac loquelam perdidisti? **R A T.** Quid si securitatem & requiem inuenisti? Quam multos manu innoxios lingua pessundet? Est voluptas stulta quidem sed communis volentium videri fecisse quæ nec faciunt nec possunt. Mentitus est qui Israëliticum regem filiumque eius occidisse se dixit, & facti innocens mendacij poenam luit ut periculum cesseret: quantus est labor, loqui, respondere, fabulari, fingere, comere verba: sententias librare, cogitare quid & qualiter dicas, quamque suauiter aërem verberes: ita enim vocem ipsam difficiunt, qualiter quoque non linguam modò sed reliquum corpus moueas: nam & huc se porrigit pars vna rhetoricæ, qualiter meditabundus humi frontem defigas, quam quorsumve manum porrigas, quo terram ferias pede, an non satis hæc operosa concinnitas, & præcepta penè musicis opera ut dulciter sonet angis, an non verè loqui labor & silentium quies? **D O L O R.** Nullatenus loqui possum. **R A T I O.** Quæ deficiente eloquentia dicebam, multa dignius perdita repetuntur lingua. Quando igitur loqui nequis, tace, & quod necessi-

tas

tas iubet, volens facito. Quod ipsi qui loqui possunt sæpe vtilius facerēt, sæpe dolent non fecisse. Tace inquam neu te damnum pati putes, tacēs cogita & quiescens tecum loquere, quæ meliora esse quàm perorare, ne discreti quidem negent. D O L. Mutus factus sum. R A T. Si muti fuissent Cicero & Demosthenes diutius vixissent & leuius obiissent. D O L. Linguae vsum omnem perdididi. R A T. Et mentiendi consuetudinem & fallendi artes & inimicitiarum querendæque infamiae instrumentum: plures enim lingua sunt quàm factis infames. Nulla pars corporis ad nocendum promptior, ad frænandum difficilior. Merito ergo quasi magnum aliquid ac rarum prout ille qui dixit: custodiam vias meas ne delinquā in lingua mea. Quod cum sanctus quidam vir qui ad discendum sacras literas accesserat, audiuisset, abiisse dicitur, nec amplius audire voluisse. Cūmq; post longum tempus præceptor suus illum admirans sciscitaretur quid tandem absens cœptū opus omisisset, respondisse dicitur, quod primum illud ei verbum sat superque negotii attulisset, nec dum illud vnum omni studio posset implere. Hanc tibi custodiā & hoc frænū seu à natura quidem seu à fortuna oblatū ne contempseris libensque te regendū præbe, neve contra tuā sortem calcitres. D O L. Linguam
ami

amisi. **RATIO.** Nunc maximè quod sapiens iubet, omni custodia serua cor tuum, è duobus custodiis ad vnam redactus, & dimidia laboris parte liberatus facilius pauca custodies & preciosa vigilantius. **DOLOR.** Linguam perdidisti. **RATIO.** In quibusdam paucis nobile & argutum membrum, in magna autem parte hominum nocens atque pestiferum, & quo multis caruisse sit melius. Sic non solum in seruo verum cernitur, quod Satyricus ait: lingua mali pars pessima serui, sed in plerisque etiam liberis quibus nihil peius dedit natura quàm linguam. Bella, doli, adulteria, corruptelæque omnes penè cessarent, nisi lingua malum semen & spargeret & foueret. **DOLOR.** Linguam perdidisti. **RATIO.** Si malam, lucratus es plurimum. Magnæ enim diuitiæ sunt, esse inopem malorum. Hæc qui non habet diues nascitur, at qui perdit, diues fit, & nouo auctus censu perdendo inuenit quod inuenièdo perdiderat. Quod si bonam perdidisti, dico iterum, cor conserua: amisisti quidem quo placcres hominibus, serua quo placeas deo: cui si lingua non potes, corde loquere. Si enim de malis scriptum est, Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt: cur non piorum in corde pia labia esse, & ipsi corde etiam loqui possunt vbi sint aures dei? Verùmque sit quod alibi scribit idem: non est ocul

cultatum os meum à te quod fecisti in occulto. Nulla enim secretissimarum quoque cogitationum abscondita est deo, nec tacitos minus quam clamantes audiri: immo non est apud illum clamor altior vehementiorque quam cordis clamor, ille silentio delectatur. Hunc clamorem cōpressis labiis promebat ille gregis primum, postmodū populi pastor famosissimus, qui audire meruit vocem dei dicentis sibi: quid clamas ad me? Non loquebatur & clamabat, immo quidem loquebatur, sed corde. Sicut autem qui deum audit surdus non est, sic quem deus audit non est mutus.

De virtutis inopia. Dialogus. CIII.

DOLOR.

AT virtutis inops sum. R. T. Verum damnum, iustus dolor, nisi quòd aliae omnes inopiae naturales aut fortitae ac violentae esse possunt: haec una proculdubio voluntaria est. Caeterae nanque vel in corpore, vel in ingenio memoriæque vel eloquio, seu externis in rebus sunt, quæ quidem omnia, non qualia exoptantur, obveniunt, sed qualia cuiusque sors rulerit, haec una autē in voluntate consistit, quam pro arbitrio sibi quisque moderatur atque efficit. Neque verò alia potest esse homini bona volūtas, nisi quam vult is cuius illa est, qua & hoc ipsum vult & quæcunque

CC

vult

vult alia: alioquin si ut vitium utque ingenium
 siue eloquii siue opum defectus inuito acci-
 dit sic accideret voluntatis, nec præmio di-
 gna virtus nec supplicio digna esset iniqui-
 tas: nunc autem non voluntas vobis hæc au-
 illa, sed huius atque illius electio ac liber-
 tas nascentibus data est, quæ in bonum flexa
 bonos facit, in aduersum malos, uti licet hæc
 ut libet, & si ut libet bene uti libeat, haud du-
 bic dei donum, ut male autem, peruersitas si-
 volentis, illud penitus non licet, ut non & vo-
 luntas bona virtutis & mala vitij radix sit
 atque ita virtutis inopiam non patitur nisi
 qui vult, quoniam prima & maxima pars vir-
 tutis est, velle. P O L O R. Quid quod virtu-
 tem volo nec assequor? R A T. Multi se id pu-
 tant velle, quod nolunt, id nolle, quod vo-
 lunt, sic quisque se fallit, seque boni auidum,
 non modo aliis, sed sibi etiam persuadere ni-
 titur, nec cuiquam facilius persuadet quam
 delectabilis vera virtus, falsa virtutis opinio
 sic delectat ut populum & amicos fallere
 & falli insuper dulce sit. D O L. Scio me velle
 nec posse ideo bonum fieri. R A T. Ut sit ita,
 velle non sufficit, desiderio opus est, eoque
 non modico sed vehementi. Vos autem ma-
 la vestra feruentissime cupitis, bona vultis
 repidissime, unde fit, ut diuites multi sint, bo-
 ni autem paucissimi. Nam quid miri est si ci-
 tius

tius ad optatū ardens intentio quàm voluntas lenta prouehitur? DOZOR. Vellem bonus esse si possem. RAT. Stude; nam poteris, & si bona fide vis esse, iam incipe, sed segnitiam vita. Si enim minima rerum non habentur gratis, quid de virtute speres, qua nil in rebus hominum maius est, nil altius? Non tu illam quasi diuerticulum curarum, sed vt rectum atque vnicum iter ad felicitatem cogita. vaca illi & insiste summo nisu totòque animi pondere, neque verò temporis particulam, vt iucundo cuidam exercitio, sed vt ordinario vitæ officio, quod te beatum & nullius egentem rei faciet: vniuersum tempus, omne studium impende, quod rebus sæpe vilissimis impendisti, & ad memoriam refer illud sanum magisque efficax quàm comptum verbum Marci Varronis ex Satyrarum eius libro: si quantum operæ sumpisti, inquit vt tuus pistor bonum faceret panem, eius duodecimam philosophiæ dedisses, ipse bonus iam pridem esses factus, quod sic accipias velim, non vt terrenæ philosophiæ quæ ex frequentatis actibus habitū spōdet, cuius quantitas sit promissi fides experti sciunt, sed cœlesti sapientiæ sospitatrici optimæ, suisque consiliis atq; auxiliis te virtutis, quæ te per hanc quaeritur salutis debitorem statuas, sentiāsque pia confessione, grato animo quòdque est

scriptum: nemo potest esse cōtinens nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ scire cuius esset hoc donum, tibi nominatim dictū credas atque ad omnem virtutem intelligas referendum. DOL. Valde quidem esse cupio nec sum bonus. R A. An valde cupias res docebit. Intensa voluntatis indicium perseverantia est. Siue autem gratuitum dei donum virtus, & profectò eam largitor ille sydereus nisi constanter optantibus instatérque precantibus vix tribuit; siue tanta in re vllæ sunt partes ingenij humani, & cum intentione feruida res egeat, tum & cōtinua eget & diuturna nam quod studio quæritur repente non provenit, sic quocunque te verteris perseverantius opus est animo. Omissis ergo neglectisque omnibus hîc incumbere, idque fiet alacrius si memineras semperque descriptum ante oculos habueris, ad hoc vnum atq; ad nihil aliud te venisse in hanc terrenam habitationem, & hoc à te vnum exigi, vt virtutum gradibus cœlum petas, ita vt quicquid agis aliud vel superuacuum vel damnosum sit,

De avaritia. Dialogus CV.

DOLOR.

A. Varitiæ stimulis vrgeor. R A T. Bene ais, stimulis: nam & quærendarum opum cupiditates stimuli quidam, & quæsitæ opes spinæ

spinæ sunt. Ita enim illas vocat qui mentiri
 nescit, præclaræ verò diuitiæ quæ & quæren-
 dæ torqueant & quæritæ. At si corpusculum,
 si naturam, si vitæ respicias breuitatem, vide-
 bis te frustra superuacuis curis angî & pau-
 corum egentem multa desiderare. Insupér-
 que dum quærendis inhias, parta non cerne-
 se, atque ita quodammodo quærenda perde-
 re, quo nihil est stultius. **D O L.** Multa quæren-
 di **VRGEOR** appetitu. **R A.** Nec aduertis quòd
 inter quæredum tempus & vita cui illa quæ-
 rebantur elabitur. Sic mira perplexitas inci-
 dit, dum vita abundare videmini, diuitiis in-
 digetis, dumque indigentia illa præterit, su-
 peruenit altera, & diuitiis abundantes indi-
 getis vita. Non hoc ignorabat ille sapiens ubi
 loquitur de eo parsimonizante qui dicit: in-
 ueniam requiem mihi & manducabo nunc
 de bonis meis solus, & nescit quod tempus
 prætereat & relinquet omnia aliis & morie-
 tur. Et idem alibi: qui acceruat iniuste, aliis
 congregat & in bonis illius alius luxuriabî-
 tur. O terribile dictum, sed commune quoti-
 dique se oculis ingerens, nec idcirco profi-
 ciens in animis anarorum. Idem rursus: au-
 ro, inquit, nihil est seclustius, & nihil est ini-
 quius quàm amare pecunias. Et ut scias quo-
 nam verò omnia consonant, ut ait Aristote-
 les, ecce in ecclesiastico sapienti cōsonat sæ-
 cula

cularis: pecuniz, inquit Cicero, fugienda cupiditas: nihil est enim tā angusti animi tamque parui quàm amare diuitias.

De inuidia & liuore. Dialogus CVI.

DOLOR.

INUIDEO. R. A. Superior affectus ut bene tibi esset optabat, hic ut male sit aliis, tanto hic illo & auaritia peior liuor. Bene ergo Sapiens idem de quo modò dicebam: nequā, inquit, est oculus liuidi, insatiabilis oculus cupidi. D. O. Inuidia torqueor. R. A. T. Inuidia Siculi non inuenere tyranni, maius tormentum. Flaccus ait: idque ad vestros tyrannos pestilenti austro impellente translatum est. D. O. L. Inuidia crucior. R. A. T. Simul & peccas & peccatis expedit iustitia. D. O. Felicitas vicini mihi parit inuidiam. R. A. T. Credo hercle, neque vestrum regi Parthorum aut Persarum inuidet, nec illi quidem vobis. fuit quando vicissim inuidebatis, quā vicinitatem faciebat imperij magnitudo. Sed an non satis est propriis malis angiquæ tam multa sunt, nisi & aliena bona vos crucient, vndique miseri & infani? D. O. L. Vicinis inuideo. R. A. T. Proximos, inuidia lippi est; longinqua non videtur vicinitas atque prosperitas inuidiæ sunt parentes. D. O. Inuideo alienis bonis. R. A. Si contentus & pusillanimis sis oportet, omnibus

1120

{ 33

ex vi

ex vitis nullum pigrius inuidia, alios in animos non ascendit, nullum quoque miserius, itaque reliqua omnia bonum aliquod licet factum præsupponit, hæc solis malis præfertur & torquerit bonis, & quod aliis optat iam sibi habet malum. Alexandri ergo Macedonis dictum patet: multos homines nil esse aliud quam tormenta seu tortores suos proprios: lenis adolescentis verbum graue.

De ira. Dialogus CVII.

D O L O R.

Ed irascor. R A T. Ego aduersis opem polliceor non vitis, non fortuna enim illa sed voluntaria sunt & in vestra potestate, quis te igitur cogit irasci? D O L. Irascor offensus. R A T. Is fortasse qui offendisse te arguitur, se offensum abique te querit: non tantum est offensum, quantum insolentia. D O L. Irascituo. R A T. Furiis ergo: ira furor brevis est. Inquit Flaccus: fit autem a plerisque mala consuetudine & impatientia longis furor. Eius autem iram initium dixit insania, cum plerisque minus illam sequentibus furis & insania sit & vicia. Siquidem hæc etiam petis, ut superior, etiam sepe alios, semper tamen ante alios possessorem suum torquet & cruciat, ut miser inde quibundam videri potuerit, tunc nescio quid melle dulcius in-

CC 4

esse,

esse, habet fortasse ultio dulce aliquid, esse-
rum, inhumanū, ira nihil nisi amarum habet.
D O I. Irascor ob iniurias. R A. Vix iracundus
vnquam adeo quisquā fuit, vt nulla re lacessi-
tus irasceretur, nisi forte Cælius senator, ira-
cundissimus ille mortalium, qui cliēti suo in
omnibus sibi consentienti atque omnia con-
fidenti, irascens exclamauit: dic aliquid con-
tra vt simus duo: durū caput qualiter tulisset
iniurias qui obsequium non ferebat? D O. Ira-
scor quia offendor. R A. Hac in parte vulgo
plurimum erratur: quæruntur causæ, fingun-
tur offensæ, inq; his ipsis quæ veræ sunt, cau-
sæ, itē modus exceditur. In omnibus peccatis
velum aliquod excusationis obtēditur, & est
excusatio ipsa peccatum: tu quia non tibi vt
deo paretur, irasceris, & tamē deus ipse quo-
tidie verbis ac rebus offenditur nec semper
irascitur, vos omne verbulum casu elapsum
ad iniuriam capitalem trahitis, impatientes ge-
nus. D O. Irascor sic meritis. R A. T. Si de te qui-
dem malē, si de republica, modo non ita, sed
iustitia illa sit, optime: & ad summam mordi-
ens, vt dici solet: Ciceronianum illud est re-
pendum, ira procul vt ablit cum qua nihil
rectē fieri, nihil considerare potest. Iure ergo
laudatur Archyus Tarentini dictum, & Pla-
tonis amici sui factum, quorum primus dum
se studiis dedito, possessiones suas culpa vi-

lici destructas aspiceret, in eum versus: sumerem, inquit, ex te debitas poenas nisi tibi iratus essem. Alter iratus seruo, nō impunem dimisit vt Archytas, sed amico commisit vt supplicium exigeret, veritus ne se ira impetus quō nō deceret, impelleret. Hæc horūque similia frænare nam debent, ne sequaces suos vt solita est in infamiam eladēque præcipiet.

De gula, Dialogus CVIII.

DOLOR.

GVla vellicor. R A T. Dixi iam, his medemur quæ iniuris accidunt: nā quis sponte ægrotantibus medeatur? D O L. Gula sollicitor. R A T. Proprie id quidem: nulla res tam vilis tam sollicitos vos habet. Stupor & pudor est cogitare quō se humanum inclināt ingenium ad maiora creatū, nisi respuere terrarum tractus, cœliq; & maris abdita penetratis: meditati estis repa & hamos & viscum & laqueos & rapaces volucres imperio parere, & prædari vobis docuistis, ad nil aliud nisi vt gula satietur, quam non modo explēdo, sed operando fatigatis, & angustū ventrem variâ arte laxatis ac premitis obsequendo, cui aliquanto utilior fames esset, vtilissima verō sobrietas, & fœdo illi ac misero sacculo simulque & syluis & nubibus & fluctibus pacem

ec

lin

linquens: ita tamen eunt res, hic est mos nobilium ante alios, hæ sunt artes quæ liberales fuerant, mechanicæ quæ ferè, ipsiq; qui bellorum duces ac philosophi ac rectores urbium ac patres patriæ esse solent, venatores atque aucupes facti sunt, vixque intelligas nullam esse reliquam spem salutis. Nobilitati tribuitur quod est gulæ, aut proculdubio vanitatis. Hoc malum nullo melius modo quam generosa quadam indignatione, & rei ipsius extimatione, contunditur, vel sensim, ut Cicero ni placuit, vel repente, ut Aristoteli visum est. Multum confert cogitatio exitus, quod cum omnibus vitiis sit commune, tamè huic proprium atque luxuriæ.

De torpore animi. *Dialogus* CIX.

DOLOR.

Torpeo in agendis, & quis miretur post gulæ studium prægravatū corpusculum animi torpor obrepit? **D. O. L.** Animo aggrauor torpore. **R. A.** Torpor hic ex imperfecta voluntate oritur, mox ut bonum velle corperis, ardor erit atque impetus, qui cum multa sit pessimus, est optimus ad virtutem. **D. O. L.** Torpeo & ad bona opera lentus assurgō. **R. A. T.** Est torpor quidem animis obitus, nec minus ardor quidam generosa pars animæ, sed & hic ardor accenditur & ille torpor

exc

excutitur fuga temporis intellecta, quæ tanta est, ut vix metiri eam quâvis celer animus possit, & specie virtutis adamata, quæ talis est ut si corporeis oculis cerni posset, quod vult Plato, mirû sui amorem paritura esset. Hinc te amor igitur, illinc metus excitet, utraque res in summis, neque qui amat enim neque qui metuit, torpere solet, & tamen hoc ipsum ne torpor soporque vos noxius premat, ad divinas laudes surgentes nocte precamini, non est somno locus aut inertia, ubi vos hinc mors territat, hinc honestas allicit. Quis enim inter magna pericula magnâq; præmia consopitur? Vbi ad ista respexeris, redibit vigor ad animum, fugiet somnus ab oculis cogitantis quantum nunc etiam superet imperfecti, quantum transferit ociosi, quod quia non sit longas ætates inutiles effluxisse conspiciamus & senes attonitos ac stupentes dicere, quid hic in tot annis egimus? Comedimus, bibimus, dormiimus, serò tandè expectati sumus. Culus mali præcipua causa est torpor iste quæ quæreris abigendus in tēpore stimulis industriæ, freno providentiæ, ne cunctando ad ingloriû finem cum multitudine rapiaris.

De luxuria. Dialogus CX.

DOLOR.

A Estu quatuor libidinum. **RAT.** Atqui libidinem torpor gignit, gula autem illam

illam parit: quid miri igitur filiam post patres sequi? Gulam certè & luxuriam communes vobis esse cum beluis, maximèq; bestialem vitam vestram facere, sapientibus visum est: itaq; cum sint alia grauiora mala, nullum vilius. D O L O R. Libidine rapior. R A T. Quoniam verò nisi ad mortem animæ & corporis & infamem notam seramq; pœnitentiam, & fortasse inutilem? I nunc igitur & raptantem sequere, quæ te tales raptet ad exitus. Cogita autem innumerabilium casus miserabiles ac famosos, non modò singularium hominum, sed vrbiũ & regnorum, qui tibi partim visu, partim auditu & maximè lectione debent esse notissimi, raptanti nequaquam, vt arbitror, manum dabis. Audi enim quid hinc doctissimi viri senserint ac scripserint. Voluptates ait Cicero, blandissimæ dominæ maiores partes animi à virtute detorquent. In hoc, inquit Seneca, nos complectuntur vt strangulent, non aliter ergo quàm latrunculi viatoribus insidiantes eosq; seducentes ac perimenteres declinandæ sunt. In quod valde proderit, si illud præclarissimè apud Liuium à Scipione Africano dictum Massanißæ dictum sibi quisquis hac peste laborabit, accipiat: vince, inquit, animum, caue deformes. multa bona vno vitio & tot meritorum gratiam maiore culpa quàm causa culpæ est corrumpas. Idq; faci

facilius fiet, si quis acriter rei villitatem, ob-
scenitatem, breuitatē, finem cogitet, at lon-
gum dedecus horæque fugacis forsitan aut
momenti vnus illecebras multorum anno-
rum poenitentia vel æterno fortasse suppli-
cio puniendas.

De superbia. Dialogus cxi.

DOLOR.

Superbia extollor. R A. Quid superbis an-
tem terra & cinis? Tu ne tantorum male-
rum fasce obrutus atq; oppressus extolleris,
qui si te omnibus malis explicitus virtutum
omnium alis euectus attollereres, hoc vno bo-
na omnia corrupisses. Nihil est enim odio-
sius deo quàm superbia. Per hanc enim ille
pulcherrimus creat' raptim corrui per quā
tu peccator vis ascendere. Si sic illi ob id vnū
accidit, quid per hoc aliis culpis adiunctum
tibi euecturum arbitraris? malum sarcinis tuis
cumulum superimposuisti. D O L O R. Super-
bia vehor. R A T. Cur quæso, an non te mor-
talem, an non assidue fatiscentem, an nō pec-
catorem, an non mille casibus expositum, an
non morti obnoxium incertæ, an non deniq;
te miserum meministi, & non famosissimum
illud Homericum auduisti: nihil miserius
terra nutrit homine? Scire velim quid te ho-
rum potissimè ad superbiam cohortatur, an
fragi

fragilitas, membrorum, exercitusq; morborum, an vitæ breuitas, an cæcitas animi inter spes vanissimas metusq; perpetuos fluctuantis, an præteritorum obliuio, an ignorātia futurorum ac præsentium, an hostium insidiaz, an mortes amicorum, an aduersitas perseuerās, an fugitiua prosperitas? Hæ non aliæ vobis sunt ad superbiam scalæ, his ascenditis ad ruinam. Atqui cætera hominum pericula, & si iniustam aliquam, tamē excusationem superbia & inuidia nullam habent. **DOLE.** Doleo me superbum. **R.** A. de peccato dolere primus ad salutē gradus est. Et sicut superbia est extollere, sic humilitas est dolere seq; submittere, quod quidē facile factu erit mox vt oculos in te ipsum tota intentione reflexeris, quod cum ita sit, nolo tibi nec oportet librorum partes scriptas aduersus peccata congerere, hoc satis est cuncta arbitrij tui esse destitura illico vt bona fide volueris, vtq; aiūt, receptui cecineris tēque ad tua signa conuerteris, quod ad præsens malum attinet. Vnum illud adiecerim: superbiā esse ægritudinem miserorum ac stultorum: tales nempe sunt haud dubiè qui superbiunt: neq; enim aliter superbirent, neq; verò sine causa in libro Sapientiz scriptum est: omnes insipientes & infœlices supra modū animæ suæ superbi sunt. Certè animæ suæ si saperent, modus erat humiliari

miliari

miliari cōditionis imbecillitate cognita. Sic enim eodem libro scriptum legis: Rex hodie est & cras morietur. Cum enim morietur homo, hæreditabit serpentes & bestias & vermes: initium superbiæ hominis apostatare à deo, quoniam ab eo qui fecit illum recessit, quoniam initiū omnis peccati superbia est. Nota sunt reliqua, quibus acriter circumspectis monstrum est superbus hominatio.

De febribus. Dialog. CXII.

DOLOR.

Febribus æstuo. **R A T I O.** Æstus hic aut tempore finiendus aut frigore, vtrunvis fecerit bene erit. **D O L O R.** Febribus vigeor. **R A T I O.** Omnis hic contra naturam motus plus habet impetus quàm diuturnitatis, & sæpe duorum facit alterum, aut corpus expurgat, aut animam absoluit. **D O L O R.** Febribus teneor. **R A T I O.** Non longum teneberis, expecta: citò te vel sanum oportet esse vel liberum, vtrunq; optimum. **D O.** Febribus laboro. **R.** Illico requiesces: natura cum morte cōfligit, operire exitū duelli, prope est hora vel hinc te morbo, vel omnibus exemptura. **D O.** Febribus ardeo. **R.** Mius mali est corpus ardere quàm animū, de quo

quo præcedentes tuæ septem proximæ sunt querelæ: quid si ardor alterius salubris est alteri? Quid si hic ardor quamvis asper optabilis est? Quantum denique boni est præsentis vitæ mala breui gustu perennis admonere supplicij, ut infinitas amaritudines declinare studeant qui tam grauitè paucis horis amariscula tolerant, atq; his angustiis discant illas euadere, quibus nec phycus, nec herba medebitur, nec dies ceticus, nec mors quidem. **D O L O R.** Febribus vror. **R A T.** Vermium cibis excoquitur: fer te aliis vri, cui toties alia vsta sunt & de supplicio consilium cape, ex quibusdam malis remedia confluunt: sæpe paruus dolor ac præsens ut vêturis ac grauib; occurreretur admonuit, sitq; utilis qui molestus erat. Fœlix incendium breue quod æterni refrigerij causa est. **D O L O R.** Febribus exerceor. **R A T I O.** Eris iam bonæ valetudinis æstimator idoneus. Vos enim homines dei donâ nisi amissa vel intermissa non noscitis, ingratum genus. **D O L.** Febre vexor importuna. **R A T.** Diu simul esse non potestis. Nemo diu ardet, aut illa te deseret, aut tu illâ.

De dolore iliaco atque ecstasi. Dialog. C X I I I.

D O L O R.

Iliacum patior dolorem. **R A T I O.** Sperare incipe, quandoquidem quod tam tristius metuas,

metuas, nil est. Sicut autem ad extrema gaudij pervenisse principium est doloris, sic extremitas doloris principium gaudij sit oportet. Contrariorum hæc lex est: alterum ex alterius fine oritur. D O L O R. Doloře torqueor iliaco. R A T I O. Spes est fateor acerba solatij, nil acerbius pati posse. D O L. Iliaco crucior dolore. R A T. Qui dolet ac metuit ille miser est, vndiq; tibi pars altera miseriz metus eripitur: nam quid oro metuat qui ipsam quæ ab omnibus præque omnibus metuitur mortem sperat? D O L O R. Iliaco dolore discrutior. R A T I O. Disce viuens mori, quodque non nisi semel fit, sæpius experire, facies securius tandem semel quod tam sæpe tentaueris, nihil enim noui facies, simillimus dolor iliacus morti est nisi quod mors faciliior breuiorq; , vt qui hunc fortiter tulit, nisi metus alter interueniat multo illam fortius fit laturus. D O L. Doloře rumpor iliaco. R A. Magnitudo ipsa doloris finem spondet: nemo enim diu moritur. D O L. Quid quod dolor extasim parit? R A T. Longos febrium dolores breui transigis suspirio. D O L. Aduentare extasim intelligo. R A T. Vix id quidem intelligere est: nam & repente aduenit & præsens intellectū viribus suis priuat. D O L. Linqui animo incipio. R A T. O felix qui re necessariam, vtq; aiunt, durissimā sine sensu sis

d d obitu

obiturus. D O L. Sæpe extasim incurro. R A T. Sæpe mortuus reuiuiscis. D O L. Sæpe extasim mortiferam experior. R A. Hæc plus quam semel experiri nequis. Nemo enim plus quam semel moritur, quod autem optimum mortis genus esset inter doctos ac præclaros viros aliquando quæsitum est, vbi Iulius Cæsar interfuit summus vir & imperio & doctrina, qui & ipse tẽpore extremo, vt de illo scriptum est, repẽte linqui animo solebat, quam quæstionem ille sic absoluit, vt reponitum atq; inopinum interitum commodissimum diffiniret. Quæ sententia & si pietati veræq; religioni fortassis asperior videatur, sic tamẽ & cuilibet sapienti & præsertim pio vereque religioso viuẽdum est, vt sibi nil repentinum aut subitum esse possit, & si quid tale incidat animo, celeritas ipsa non noceat & profue corpori.

De totius corporis dolore ac languore vario.

Dialogus CXIIII.

D O L O R.

TOto corpore languco. R A T. Si non languet hospes corporis animus bene est, quicquid tuguriolo suo eueniat saluus eruperit. D O L. Toto corpore erucior, ingens malum. R A. Stoici vnum in rebus omnibus humanis bonum dicunt, virtutem. Et quanuis alij aliter, hæc verior tamẽ virilibusq; sententia-
visa

visa est, cui consequens est, vaumquodque
 quod huic bono obicitur malū esse vitium,
 quo fit ut dolor corporis molestissimus sit,
 malum tamen utique non sit. D O L. Hei mihi
 misero ego torquetur, tu disputas, philosophi-
 ca fabella. R A T. Lute te miserum dicis, vel
 hoc ipso quod humane vitæ regulas fabel-
 las vocas. D O L. Sonora hæc in scholis famosa
 per libros, sed nec eculeos nec ægrotantium
 ascensura grabatulos, dicatur scribunturq;
 facilius quam probantur. R A T. Immo verò &
 ad dolorem & ad ægitudinē & ad mortem
 profunt, sed non omnibus, quippe quæ non
 omnium insedere pectoribus, & profectò qui-
 bus credita non sunt, salubria esse non pos-
 sunt. D O. Heu ego crucior, tu disputas. R A T.
 Iste tuus dolor necessarius aut lenis erit aut
 intensus, atq; ita vel facilem vel brevem pa-
 tientiam requirit. D O L O R. Hei mihi, sum-
 mo crucior dolore. R A T I O. Si summus, nem-
 pe brevis est dolor, patet gemitibus aut fu-
 giet aut fugiat lest necesse: sit utriusque li-
 bertas in foribus: interim forti animo ferre
 mortalia speciosum ac virile est. D O L. Spe-
 ciosum dictu fateor, factūve possibile qui-
 dem recte. R A T I O. Non impossibilitas re-
 rum est, sed mollieties hominum quæ virtu-
 tis innumeros desertores fecit, & faciet dum
 omne difficile tāquam impossibile respicitur,

dd 2 virtus

virtus perit cuius materia difficultas quidē
 sed honesta est. DOLOR. Sumus homines non
 dii, & moribūda corpuscula viri doloris fer-
 re non valēt. R A T I O. Fragilia corpora hu-
 mana non negem, sed non vsque adeo quia
 vsq; ad tolerāriam omnis aduersi sat virium
 habitura sint, nisi maior multo esset infirmi-
 tas animorū. Illa est quæ viro indignos ciu-
 latus & muliebres atq; humiles voces elicit.
 Quid est enim ore te, cur impossibile homi-
 ni censeas quod sæpe olim & potuisse vides
 hominem & fecisse? D O L. Heu mihi rursus ad
 historias vocor & in medio dolorū æstu vix
 præsentium, vix mei ipsius memor ad memo-
 riam protrahor antiquorum. R A T. An non
 ergo clarorum recordatio virorum qui simi-
 lia fortiter passi sunt magnum affert in omni
 rerum asperitate solatium & lenimen? D O L.
 Sentio, ad imitandū rarissimos hortaris, glo-
 riosa consilia, sed alta nimium supraq; homi-
 nem. R A T. Quid supra hominem dicis, non
 deorum tibi, sed hominum rationes, homi-
 nūmq; exempla proponimus. D O L. Homi-
 num fateor, sed paucorum, estque vltima &
 exacta raritas nullitati proxima: nō multum
 inter Phœnicem & Chimæram interesse di-
 xerim: illos sequor qui Chimæram nihil esse
 volunt, apud alios nanq; Sicilia mōs est. R A.
 Quasi verò imitandus tibi proponatur Phœ-
 nix

sive & non acies virorum, quæ quo rarior, eo
 dignior cui similis fieri velis, quisquis raros
 sequi negliget, rarus esse vir non poterit. D O.
 Video, vnum ex paucis fieri iubes, vnus ex
 multis sum. R A T. Prope nullum te maluerim
 quam ex multis vnum: nescio enim an nō es-
 se, an stultum esse sit melius: atqui plurimo-
 rum idem & stultorum è numero sit oportet.
 D O L. Ego verò nil peius esse quam nil esse
 scio. R A. Nescis quid mali sit esse aliquid, nec
 esse quod debeas. D O L. Ita hoc dicis, quasi
 quod vni fortè accidit, debitum sit omnibus,
 sedq; ad omnes trahi velis. R A T. Malè ais for-
 tē, virtus enim non fortita, sed deliberatiua
 prorsus & electiua est, non casu equidē qua-
 rendā, sed studio. Neque ego quod vni casus
 dedit, ad cunctos, sed quod virtus multis tri-
 buit ad vnum traho, ad omnes tractura libe-
 ritus, sed in vno etiam defatigor. D O L. At non
 omnia possumus omnes. R A. Non poeticeum
 modò, sed pastorum est verbum: scio, sed te
 posse aliquid quod non omnes possint, immo
 iam potes velle, cupio. D O. Quid heu miserū
 inquietas, nōne satis igitur torquet dolor?
 R A T. Quietem potius afferro & hūc tibi tor-
 torem auferre meditor, quod nisi tu qui po-
 tes manum dederis, sola non possum. D O-
 L O R. Pape, quid hoc est quod me posse ais,
 non possum dolorem non sentire, quem sch-

cio, aut malum negare quod pessimum expe-
 rior? R. A. T. Primum non requiro, obstat enim
 natura, alterum ne impetrem, non natura
 non veritas, error solus obstitit. D. O. L. Proh
 superi quosdam hac inanitia quæ philosophi-
 ca dicitis, scio plane dolorem non esse animi
 vitium, sed corporis, scio dolorem aliud esse
 se quam perfidiam, dolere aliud quam fu-
 rari, hac me ut noua ne doceas, satis magnū
 & si nil aliud addideris, per se dolor malum
 cuius ego non hostendi consilio, sed ferendo
 seu quod malum depellendi ego, noui enim
 nossemque vanum minus quid est dolor.
 R. A. T. Et ego dolorem rem acerbam, scio
 inimicem, horridam, amarā, tristem, natu-
 ram aduersam, sensibus odiosam, sed quæ vir-
 tutis ope non dico dulcescere, quod Epicu-
 rus dixit, secum ipse dissentiens, sed leniri
 frangiq; sorsique etiam si vera acutum vir-
 tus armauerit, aut sentiri parouit aut quodā
 modo nec sentiri quidem possit. D. O. L. Arma-
 tus an inermis ego dolorem valde sentio &
 malum grande profiteor. R. A. T. Professio-
 nem aliam ex te optabam. D. O. L. Si rursus ac-
 speciosa retrahitur, delectant aures verba
 magnifica, sed vera animum, quid si dolor
 enim corporis animum patiens maior sit? R. A. T.
 Quid si nullæ corporis vel illecebræ vel mo-
 lestiæ, nulli angore, stans atque obspiciens ani-

animi viribus pares sunt? Quid si in omni luctamine modò non volens terga dederit, sed toto nisu ac bona fide restiterit, semper superior fuit, semper abiit victor? D O L. Quid verò si doloris intolerantiam morbi foeditas grauat & fastidium & pudor? Quid si lepra putre corpus ac miserum inuasit? Quid hic mihi sermo tuus iste contulerit? R A T. Multum sanè ni respuis, ostendet tibi te qui cuncta respiciens, te non vides, iubebit meminisse terreum & mortale corpusculum tibi esse non aëreum neque æternum, nec mirari quidem oportere nec indignari si putredo in terram suam, si in sedem fluxerit esse hominis, mentem & suprema eius ni rebellent ad foelicitatem perpetuitatemque dispositæ, eiusdè partes infimas & morti obnoxias & omnis miseriarum capaces: seu lepra igitur, seu epilepsia, seu quid his turpius aut tristius inciderit, cogitandum tibi acriter in miseriarum vasculum descendisse, quod suum erat destinatumque; illi figulo ab æterno, contra quæ lutea vasa ne murmurent admonentur, quòd illud in honorè, hoc in contumeliam, verum cuncta fragilia finxerit atque mortalia. D O. Ergo ego, te consule sine murmure & gemitu lepram feram? R A T. Planè me consule atque auctore, cui si ostenderis murmur aut gemitum vilem tibi leuamenque aliquod mali esse, versis

vltro consiliis vtrumque permiserim seu ius-
 serim. Quòd si indignatio & querelæ nū-
 aliud quàm accessio mali sunt, quid morbo
 corporis addere animi morbum iuuat réque
 miseriorem flendo facere & illum tibi for-
 san infestiores, qui labores hominum ex al-
 to videt, patientiámque considerat, quem
 aut remedio compenset aut præmio? An ve-
 rò aduersus omnes corporeas pestes, seu quo-
 niam nominatim vnā defles parum solatiij,
 contra hanc ipsam est nosse lepram superfi-
 cieij vitium vel coloris esse non valetudinis
 aut integritatis sensuum atque membrorum,
 vt Augustino visum scimus, nec physici con-
 tradicunt, sed vt cutem penetret artúsque di-
 lacerans in præcordia ima descendat, quod
 fecisse legitur Plotino ingenti Platonico? Im
 animam certè descendere nisi ipsa consense-
 rit non potest, quæ incolumi non plaris ex-
 trinsecus corporis sui habitus apud illā erit,
 quam bene valentem apud hospitem, quàm
 hospitij fortè paties extimus ventis ac imbri-
 bus scaber sit. Quid quòd lepra possessorem
 suum vulgo eripit consortiòque hominū sæ-
 pe eorum quos vt fugeres recusandum nihil
 nulliusque non auxilium implorandum erat
 vt ad calculum res redeat, multis, illa corpus
 radiis implicans, multis animum explicuit.
 D O L O R. Heu quid credam rerum pessima
 lau

laudanti. R A T I O. Rerum pessima non corporis, sed animi vitia morbique sunt, nec idcirco ego lepram, sed æquanimitatem & patientiam laudo, nec indignanter nimiumque debiliter ferre suadeo humanarū tuam propriam rerum sortem, cum summo tibi præfertim imperatore ac philosopho Constantino scilicet ac Plotino de quo modò diximus communem: postremò ante oculos habere cœli dominum non lepram odisse, sed vitiū: eūque ipsum angelorum iudicem atq; hominum, de quo scriptum est: neque habitabit iuxta te malignus neque permanebunt iniusti ante oculos tuos, non tamen leprosos horuisse seu fugisse, sed illorum domos adiisse atque conuiuiis interfuisse. D O L O R. Tu me verbis superas, dolor rebus, ego autem non philosophorum nugis hac in re, sed sensibus meis credo, illi mihi quid renuncient scio.

R A T I O. Primum quidem philosophorum aliquot, vt verè ais, nugis quas nec excusare possum nec negare, philosophiæ totius grauitas non perit, quæ in eo quod nunc agitur, vt in multis laboranti animæ vna in terris tuta proculdubio arx est: deinde nihil absurdius inter mihi amicos quàm sensuum fallaci iudicio verum quæri, ingenio ac studio veritas est quærenda non sensibus. D O L O R. Hec quid me crucias & dolori meo addis tedium

d d f

pre

proferas remedium, iam nunquam tu, nunquam philosophia tecum faciet, ut non sentiam quod sentio. R. A. T. Mos gerendus delictato ac fastidienti ægro, permittendū quicquid aliquid interdum, quod per se nocivum, sed utētis desiderio fit utile. Itaque facile patiar, ut si languor, si supplicium si offensio afflictioque corporis mala sunt, quæ incommoda Stoicis dici videntur, honestius ipse quoque dolor hinc oriens dici viderique malum, & si ita vis ingens possit, sed virtute superabile: utque iam litigio verbi cedam, amicus noster Cicero nos reducet in gratiam. Non enim dolorem, inquit, dolorem esse negocur enim fortitudo desideraretur? sed cum opprimi dico patientia, si modò est aliquid patientia, si nihil est, quid exornamur philosophia, aut quid eius nomine gloriosi sumus? Hæc Cicero Multa ibi præterea diuinè contra hoc seu incommodum seu malum in Tusculano suo, scilicet secunda luce disseruit quinque dierum disputationes pari librorum numero complexus, quem signasse tibi locum volui, valet enim miris modis ad id quo nunc egēs, maxime patientiam roburque animi, quo enervato atque amisso, falsæ vulgi subeunt sententiæ, & indigni viro gemitus exumpunt. **POLOA.** Nunc languori meo propius adhibes manum, docens ubi illa reperiam quæ in
hoc

hoc statu Stoicorum opinionibus inhumanis
 ac faxeis potiora & mihi oportuniora confi-
 do quamvis & confidendo diffidam, quia dū
 remedij audis sæpe locū illū repeto ad tole-
 rantiam doloris, nunquā mihi per me, nūquā
 vel Ciceronis ipsius vel cuiusquā ope virium
 satis inueni. R A T. Ego hāc diffidentiam non
 apprehendo, sed laudo; nemo sibi multū fidat,
 inque omni difficultate non ab homine, sed à
 Deo speret auxiliū: at non ita vt armatos vē-
 turos sibi de cœlo deos credat, malis forsan
 interdum, nunquam certē diuinitas inerti-
 bus fauit: vt subsidio dignus sis, quod in te est
 facito, excitandus, atollendus & armandus
 est animus, contraque suos hostes in aciem
 educendus. D O L. Reliqua, nisi fallor, intelligo:
 vñ quæro, quænam sunt hæc arma animi quæ
 memoras? R A T. Bene habet: iā cōcipio spem
 salutis tuæ. Inter asperitates enim rerum fle-
 re, muliebri est, consultare autem, niti, obsta-
 re, implorare consilium atque auxilium, id
 virile est & ad vincendum efficax. Arma
 quidem animi & bellandi artes pro diuersi-
 tate hostium multæ & varix sunt. Nec vñ-
 lum philosophiæ munus vtilius aut san-
 ctius, quàm de his agere, quæ vt reor ali-
 quanto magis ad vos pertinent, quàm nosse
 quid agant astra, quid naturam Iuppiter in-
 tuens promittat, quid Saturno iunctus Mars

mi

minetur, quos Mercurius interpres vagus à
 patre fratrèque mores capiat, quos ab obuiis
 quibusque, vnde imber & æstus, vnde tremor
 terris, qua vi maria alta tumescant, & nō nos-
 se vnde æstus ac tumor tremorque ac debili-
 tas animorum, quibúsue remediis temperetur
 æstus, compescatur tumor, tremor ac de-
 bilitas roborentur ac firmentur : quo in stu-
 dio & si Socratem ludat Aristoteles, idem ta-
 men mutato fortasse animo huic rei non me-
 diocrem operam dedit, sed hæc passim in phi-
 losophorum voluminibus sparsa sunt, quæ
 ignaris ingerere operosum nimis neque cō-
 pendij huius est : scienti verò superuacuum,
 cui non doceri expediat, sed moneri. D O-
 L O R. Scio ita esse, neque de omnibus quæ-
 rebam, sed hoc vnum quæ tu mihi cōtra hūc
 hostem cui nunc congredior dolorem, arma
 monstrares. R A T I O. Ad id tibi nec melius
 possum nec breuius respondere quàm Cice-
 ro. Quærit enim vt tu, & quæ sunt, inquit, ista
 arma? respondetque illico, contentio, confir-
 matio, sermōque intimus. D O L O R. Edissere
 oro singula: legi quidem hoc sæpe olim, ta-
 men vereor ne mihi accidat quod multis so-
 let, qui apud se legentes intelligere sibi om-
 nia videntur, apud alios locuturi tum demū
 nihil intellexisse se intelligunt. Dic si libet
 quænam ista contentio est? R A T I O. Satis sit
 qui

quidem si parum ultra progrediare in ipsius
Ciceronis verbis apparet: sed ne quid me fru-
stra poposceris, dicā idem aliter. Multa sunt
animis corporibúsq; similia, & ut nullum
tantum corporis robur, sic nullus animi tan-
tus est vigor, qui non improuiso & graui fa-
sce curuescat: fac prouideant, erigentur, ne
vtrunque sua moles opprimat, sed deprehen-
dat intentum, sæpe ad subitum magni hostis
occursum vir fortissimus licet expauit, da-
spacium colligendi sese inque instans disci-
men animum intendendi, venientem hostē
securus excipiet, visis cæstibus pugnaturi
athletæ brachia viso onere subituri illuc cer-
nix intenditur, & illa pugnam firmitus obeunt,
& hoc pondus intentata fert leuius cui negli-
gens ac remissa succumberet. Ad hunc igitur
modum insigni difficultate conspecta ani-
mus contra illam intendendus est, quod si ad
plenum fiat, terribilium omnium victor eua-
det: alioquin incredibile dictu est, lentus at-
que imparatus animus quā paruis sæpe
deficitur: hæc est illa animi Ciceroniana con-
tentio, seu sic dici maior intentio, quæ (ad
hoc enim duobus his vocabilis sensus idē)
& origo, quæ ut vides apud illum in promi-
ssu vi sunt, dōque vnius verbi fonte descen-
dunt. **V. O. L. O. R.** Video tēque libēs audio, sed
quid est confirmatio? **Q. A. T.** Dicam, est in ipsis
quo

quoque fortissimis animis nescio quid admixtum diffidentiae & veris imbutos falsa circumsonant, tantumque coit errorum popularium ad arcem mentis expugnandam, ut iudicium tenere difficile sit. Subit interdum torpor quidam, subit dubitatio, an vera sint quae à doctissimis atque sanctissimis viris de virtute patientiae, de honesti specie, de splendore gloriae dici solent, an id verius quod ab aliis disputatum vulgus probat, vacuitatem doloris optimam, pessimum dolorem, voluptatem boni finem: & illae quidem paucorum, hae ferme omnium voces sunt, quarum saepe tantus est sonitus ut paucae illae voces adhortantium audiri nequeant, & custodes arcis exterriti omitta defensionem fugam cogitent: in hoc stans dubium nutantemque praesidiis firmare animum oportet, ne de sententia excidat, ut olim Dionysius Heracleotes, qui cum Zenonis praceptoris sui de dolore sententiam dolore victus abiiceret, à Cleante condiscipulo irrideri meruerit: non inquam excidat, sed resistat, inque arrepto vestigio pedem figat, intelligens quid in rebus verum, quid umbratile, neque larvas horreat, neque clamoribus moueatur, certus dolorem nihil nisi ignaviam, virtute apertam & ignaviam & dolorem & mortem, & dura omnia vinci posse: inque hae sententia fixus & immobi-

mobi

mobilis perscueret, promptus pro virtute pa-
 ti fortiter, quod multis cogitare terribile est,
 quódq; nunquam ab homine fieri posset, qui
 non super auri ac gemmarum speciem, super
 muliebrem formam, & super omne concu-
 piscibile virtutis pulchritudinem adamasset:
 hac confirmatione animi & falsæ opiniones
 & vani merus infirmatur & acies doloris ob-
 tunditur: sitque quod Cicero idem vult, vt si-
 ont in prælio pavidus miles abiectusque ar-
 mis viso hoste diffugiens sæpe ipse sibi peri-
 culum fecit vbi impavido periculum non
 fuisset, sic ignavum animum & sensibus ob-
 sequentem sola cogitatio doloris exanimat,
 qui virtute firmatus atq; armatus incolumis
 ac doloris victor & prope nil molesti sentiens
 evasisset. Patientia enim non modò animi
 vim augeri, sed asperitatem ipsam doloris
 imminui & penè ad nihilum redigi, atque
 hinc esse vt acerrimo in dolore recti qui-
 dam & immoti, alij etiam læti sint, quod
 fieri non posset nisi animus à sensu doloris
 aduersus ipsam de qua loquimur firmita-
 tem atque constantiam induisset. D O L O R.
 Intelligere videor, sed perge, quid est ser-
 mo intimus? RATIO. Et hoc dicam, genero-
 sa mens æquè voluptatum dolorumque con-
 temptrix, & vtrisque pariter cedere nescia,
 vbi adesse periculum seque circumvenientem
 hosti



hostibus suis videt arma capir, obuiamque
 progrediens seque in prælium cohortans,
 multa secum, multa cum deo suo loquitur,
 quannis hoc vltimum Cicero vel nesciuit vel
 non rite sciuit, non defectu ingenij, sed gra-
 tiaz. Tali sanè colloquio ad decoris obserua-
 tiam atque ad illa quæ diximus ad incendē-
 das vires, ad consummanda consilia nullum
 efficacius: aliis tamen verbis contra volupta-
 tum blanditias atque aliis contra dolorum
 minas esse vtēdum, & quibus vtroque pro-
 num est aduertere scienti, quænam vel illæ
 blāditiaz vel hæ minæ quàmque impares sint
 virtuti. Sed quoniam horum de altero sermo
 erat, exemplo agam vnico, sed insigni, quo in
 reliquis omnibus instructior fias: quis est hic
 in dolore sermo intimus? meministi quibus
 verbis Lucanus magnum Pompeium inter
 carnificum gladios, vsum facit, sed quia hoc
 pro qualitate personæ à poëta fictum, & se-
 cundum viri similitudinem animo viri illius
 in eo statu conuenientibus verbis expressum
 est. Exemplum verum recēnsque alterum
 adiiciam, hac ipsa ætate superant qui vide-
 runt adhuc multi. Sannitem illum imperter-
 ritum & inuictum senem, qui dum iussu il-
 lius cuius nomen suppressisse silentio melius
 fuerit, curru per ciuitatem duceretur nudus
 inter duos carnifices candētibz forcipibus,
 hinc

hinc illinc membra carpētes, populo ad tam
 miserum tñque indignum spectaculum la-
 chrymante, ficcis ipse oculis graui & cōstan-
 ti voce sese alloquens dicebat : quid facimus
 anime ? Noli oro succumbere, nihil aut ira-
 scaris aut metuas, graui sunt ista sed breuia,
 & pro nostra æterna ne dubites salute gra-
 uiusque supplicium hoc iubenti fuerit quàm
 ferenti : erige te anime & depelle formidi-
 nem, spera in deo, statim erit finis. Quibus
 verbis, quantam sibi cogitabis, certè pectori-
 bus audientium incredibile dictu est : quan-
 tam cum misericordia firmitatem, constan-
 tiam, securitatem, patientiam infuderit, & si
 arctius æstimanti: nō ille intimus de quo agi-
 mus, sed extimus Termo esset : nempe qui, vt
 dixi, à multis exterius audiretur, si hæc & his
 similia, & ab aliis in silentio dici possunt & ab
 hoc ipso forsitan dicebantur : vicissim enim
 nunc tacebat, nunc in voces quas diximus
 erumpebat. Potest & aliter ille idem sermo
 intimus videri : vnde non quo prodeat cogi-
 tanti & huius quidem secum, at cum deo lo-
 quentis in doloribus inque periculis, nullum
 clarius exemplum quàm Iob primi, Theo-
 dosius secundi. Ille manu dei tactus atq; vl-
 ceribus obsitus, quanta deū libertate iurgan-
 ti similis compelleret seq; ardēti & querula de-
 uotione in deum erigat : hic cum paucis in-
 e e nune.

numerebilit ac barbarico circumuētus exercitis, quo feruore, quibúſve ſuſpiriis ceu præſentem deum inuocet, audiuiſti. D O. Audiui planè & memini & exéplis doceor quid velis gratiámque nō mediocrem Ciceroni habeo, de cuius tribus exiguis granis tres ingentéſque aſtas meſſui, ex quibus cultu adhibito meſſis vberior naſci queat. R A T. Ita ſe res habet, doctórum hominum verba prægnantia ſunt, plus continent ſenſuum quàm prætendunt vt nil aliud me loquente viſus es mihi dolorum & querelarum tátisper oblitus, unde elicis vehementem quoque cogitationem rei cuiuſpiam honeſtæ, atq; in illam à rebus aliis quibuſcunque animi totius abſtractionem multum & dolori & moleſtiis omnibus poſſe remedium afferre. D O. Poſeſt eſſe vt dicis, ſed mihi nunc etiam multum deeſt ad ſalutem illam quam intédís animi, magnóque ſum in dubio an his omnibus leniatur ſeu tollatur dolor, an verba ſint animos occupantia auréſque mulcétia, ad dolorem nihil. R A. Verba corporibus non medentur, fateor, niſi forſitan incantationes & anilia carmina fidei aliquid merétur at medentur morbis animorum, quorū proſectò ſanitas corporeū dolorem aut extinguit aut mitigat. Nunquam ſi patientia nulla eſſet, tam multa de illa viri doctiſſimi diſeruiffent, nunquam tot huiuſce
rei

rei argumenta animo oculisque & auribus
 hzsiscent, quot memoria imagines rerum te-
 nes, quàm multa vidisti aut legisti, quot histo-
 rias audisti quibus nō probatum tibi, sed de-
 monstratum esse debeat ita esse vt dico, & si
 non doloris omnem sensum patientia eripi,
 quod ipsum tamen & fieri posse & factū esse
 contendimus, at doloris certè victoriā feren-
 dīque viriliter vires dari. Quid verò te plus
 habuit G. Marius vir literarū inops, sed vir-
 tutum diues militarium, an non ipse carneus
 atque offeus fuit? Quid plus Mutius Pom-
 peiūsq; Quid plus habuit Zeno, quid Theo-
 dorus, quidue Theodatus, Possidonius, Ana-
 xarchus, innumeriq; alij, quorū quidam ser-
 uili conditione, sed animorum ingenuitate
 mirabili omne supplicium pertulerunt, non
 modò fortiter, sed iucūde? Quid si ad vestros
 animum memoriāque reflexeris, inuenies
 in hoc numero pueros etiam ac puellas tulis-
 se cū gaudio, quod vos viri sine fletu & que-
 sitibus non ferretis. Sed iam de re, vt aiunt,
 omnium asperrima, plura quàm pro consue-
 tudine diximus: desinendum est, dolorem
 enim si non lenit virtus, verba non leniant.
 D O. Heu hinc tu me vrges, hinc dolor, & cui
 credam nescio. R A T I O. Crede nobilior: tu
 quod illud quoque plurimum adiuuerit, me-
 minisse summum illud & eximium mundi

decus, eum scilicet qui diuinam atq; humanam in se vniit naturam, tot tantosque pro te passum cruciatus, vt quæ pateris illorum collatione facilia, immo verò dulcia longæque suauia iudicari possint. Validissimum hoc remedij genus scrutantes cuncta philosophi nesciuerunt.

De furore Dialogus. CXV.

METVS,

N Imius dolor ne furorem pariat metuo.
R A. Obsta illi cogitationibus bonis & placidis. Quidam furori viam passionibus faciunt ex multis affectibus nō sanis, vera tandem prodit insania sicut ex contrariis vera virtus frequentatis actibus quæri habitum, philosophicum dogma est. **M E T.** Furere meo.
R A T. Si animi vitio ille tibi armandus, armatura animi virtus est, at si corporis, consulendum succurrendumque illi est, si quæ rei huius ars est ipsos apud corporum magistros qui physici nuncupantur, quæ si in hoc vt in multis aliis aut nulla est, aut professoribus suis incognita: ego artem hanc vnā tibi præscripserim, abstinentiam, & omnis excessus fugam. Notum illud atque antiquum: viri sancti virtutibus corpus ædificant, multam conferunt animo simul & corpori frena libidinum ac gulæ. Multos strauit luxuria, multos oppressit crapula, multos somnus, multos

multos ebrietas sepeliuit, multorum vitæ feruor atque impetus & furibunda licentia verum abiit in furorem. M E T. Timeo naturaliter in furorem agi. R A T. Quod natura infert durum potest esse non miserum: culpa enim caret quæ miseriæ est radix. Quando autem prouidendi obtingit facultas vnum facito, vt te furor, si vitari nequit, in securo saltem statu animæ reperiatur. Innocens si furere cœperis aut innocens resipisces aut innocens morieris. Nulla ætas, nulla sanctitas, nulla custodia sic innocentiam conseruat vt furor, qualem inuenit, talem reddit. M E T. Furere metuo. R A T. Heroes comites ac reginas metuis. An fastidis Herculem & Aiace Hecubam & Cassandram, an ex alio genere Lucretiam spernis & Empedoclem? M E. Furere pertimesco. R A. Multa varicinari solitos furentes accepimus, sic quo nullum acumen sani capitis peruenisset, vagus & rapidus furor veniat: atque hinc Graij quam vos diuinationem dicitis, à furore Manticem dici volunt. M E T. Horreo vim furoris. R A T. Et sanos mœstos & furentes lætos vidimus falsa quauis opinione: habet & error voluptatem suam. M E T. Furendi pavor animum exagitat. R A T. Laborum ferias quidam simulato furore quæsiere, verus furor ferias veras dabit.

Venenum timeo. R A. Potu abstine cibó-
 que permiscuo, expertorū fides amico-
 rum excubet, suspectos limō arceat, vina tur-
 bida, fusca exulent pulmenta, dapūmq; per-
 mixtio, cautio adsit & sobrietas & tarditas.
 Præcipitatio autē absit quæ & aliis & præser-
 tim genere hoc mortis multos perdidit. Sit
 ad mēsam lenta manus, oculus celer, animus
 vigil memórq; discriminis, nec tuis tantū sed
 tuorum oculis atq; animis obnixus inuigila.
 Magnis periculis magna obstat intentio, ni-
 hil non turbat incautum. MET. Venerari me-
 tuo. R A T. Operosum remedium audisti: vis
 audire facillimum? Pauper esto, veneni me-
 tum periculūmq; discussis. Hoc siquidem
 mali genus humilior fortuna nō recipit, vna
 securitatis parens & terrorum omnium ex-
 tirpatrix, medicina alia quidem optima at-
 que promptissima nullsq; hominum negata,
 multis etiam ingesta nolentibus, neq; verò
 efficax minus quam parabilis, tuta hercle
 quauis amariuscula atq; horridula: compri-
 mit animi tumores, liuores diluit, bilem pur-
 gar, curat hydropisim, causāsq; periculorum
 omnium à radice conuellit: vestræ opes ple-
 næ insidiarum plenæque formidinum, non
 minus cyathos metuunt quam gladios, nec
 minus

minus paropsides quam sagittas, non mensa,
 non domus, nō cubiculum periculis suis va-
 cat. Dubia quælibet atque suspecta præsen-
 tēque viris intentant omnia mortem: quod
 in tempestate ait Maro, in tranquillo vobis
 accidit, & hoc vestræ illæ tam dilectæ vobis
 afferunt diuitiæ: paupertas verò præter im-
 merito apud vulgus infamati nominis no-
 tam tuta habet omnia. Et si quando turbæ in-
 sciæ pulvis ac strepitus conquiescat, optabi-
 lia ac suavia penitus & tranquilla. Tandem
 ergo fictilibus & vitreis vasculis terreni ho-
 mines bibite atque edite si securi bibere vul-
 tis ac edere, aureis vasis ac gemmaris venena
 miscentur. Quorsum pergis avaritia? Ipsam
 quoque iam venenum gemmas amat atque
 aurum. Contra hanc pestem neque Pontici
 regis neque alterius efficacius antidotum
 quam paupertas. DOZ. Venenum hausi, mors
 præcordiis innatat. R A T. Vbi semel morien-
 dum esse decreueris, quod decretum esse de-
 bet omnibus qui se meminerint mortales,
 quid refert an id sitiendo facias an bibendo?
 Et rursus an tuo sanguine madidus an vino?
 Magnos compotores factique huius habes
 comites, Alexandrum, Hannibalem, Philip-
 pomenem, Mithridatem, ipsum Claudium,
 Theramenem Socratem.

MORI timeo. **R. A.** Hic non timor, sed cogitatus esse debet, qui si nouus incipit, nec à prima ætate tecum creuit: si per intervalla rediens non assiduus fuit, improvidè vixisti: inhesisse medullitus vtilissimum illud Flacci carmè debuit, inter spem curanq; timores inter & iras omnè crede diem tibi diluxisse supremum, ut is esses, de quo idè alibi: ille potens sui lætúsq; deget, cui licet indies dixisse vixi, cras vel atra nube polum pater occupato vel sole puro, hoc est nempe illud à philosophis laudatū, sed per paucis datum vivere vita peracta. **M. E. T.** Mori timeo. **R. A.** Et nasci timuisses & vivere. Vitæ limen initium mortis est, vita ipsa cursus ad mortem, seu verius mors quædam, viuendo vel ad moriendum ibas, vel quod sapientibus visum est, in horas certè moriebaris. Quid nūc igitur times si mors vitam vel comitabatur assiduè, vel necessario sequebatur? Illud quidem docti tantū, hoc etiam vulgus intelligit, quicquid est natum moritur, quicquid moritur natum erat. **M. E. T.** Timeo mori. **R. A.** Mori times animal rationale mortale. Atqui si primum verè esses, secundum ut arbitror non timeres, humanam quippe naturam duæ hæc in vnum iuncta perficiunt, ratio scilicet &

& mors. Illa animam concernit, hæc corpus, sed inopia rationis metum mortis induxit. **M E T.** Mortem metuo. **R A T I O.** Nihil est metuendum quod affert necessitas naturæ. Qui naturalia enim odit aut metuit, naturâ ipsam oderit oportet aut metuat, nisi fortè partem eius alteram amplecti licitum & laudare, respicere alteram ac damnare, quo nihil est insolentius, non solum homini cum deo sed hominibus inter se. Itaque vel totum recipis vel totum reiicis amicum, ne si tantum grata decerpseris, non æquus amicitiae cultor atque arbiter videare. **M E T.** Mortem horreo. **R A T.** Si quid in morte mali est. id ipsum metus mortis exasperat. At si nihil, magnum ipse metus malum est: stultitia est malum suum vel augere vel facere. **M E T.** Nomen ipsum mortis exhorreo. **R A T I O.** Nomen mortis infamæ mortalium fecit infirmitas. Si quid animi virium inesset, nihilo plus terroris esset in morte quam in cæteris quæ per naturam fiunt. Quid enim magis moritimes quam nasci, adolescere, senescere, esurire, sitire, vigilare, consopiri? quod ultimum planè simillimum morti est, atque ideo somnum alij consanguineum, alij verò mortis imaginem dixere. Næve seu poeticus lepos æstimeretur, seu philosophicum acumen, ipsa veritas amici mortem somnum dixit, & se-

non timere metuis quo quotidie delectaris:
 in constantiam quidem hanc docti mirantur
 atque arguunt. MET. Trita hæc apud philoso-
 phos ac vulgata sunt, delectantque dum re-
 sonant: interponere silentium, timor redit. R. A.
 Immo equidem manet, nam si abiisset non
 rediret, & est non inficior vulgi præcordiis
 timor mortis innatus: sed eruditum virum
 vulgaria sapere deforme est, quem deceat ut
 modò dicebam, non turbæ vestigia sed pau-
 corum sequi: nam quod de philosophis di-
 cis, miror quid ita, cum à nautis nauigandi,
 ab agricolis ferendi, à ducibus bellandi con-
 siliū capiat, viuendi consilia à philoso-
 phis sumpta contemnitis, & pro corporis cu-
 ra medicos euocatis, pro cura animi philo-
 sophos non aditis, qui si philosophi veri sunt,
 utique & animorum medici & artifices sunt
 viuendi? Nam si falsi & solo philosophiæ no-
 mine tumidi, non modò non consulendi sed
 vitandi sunt, quibus nihil est importunius,
 nihil insulsius, quorum abundantiore est quàm
 vellem ætas hæc, cum egentissima sit viro-
 rum: & quoniam à præsentibus præter meras
 nugas nihil est quod speres, si ad præscitos redi-
 tum inuentumque aliquid apud illos fuerit
 quod ægritudinē tuam leuet, noli spernere &
 dicere quod indocti dicunt, à philosophis
 ista sumis: respondebo enim tibi cū Cicerone
 metue

metuebam ne à lenonibus diceres, & reuera,
 vbi nam piscari venarique, nisi vbi pisces
 ferèque habitant in aquis atque nemoribus?
 Vbi fodi aurum, vbi gemmas legi, nisi vbi
 hoc nascitur? Illæ scatent in terræ venis ma-
 risque littoribus: vnde nisi à mercatoribus
 merces, vnde statuas ac tabulas pictas nisi à
 statuariis atque pictoribus? Vnde demum
 philosophica à philosophis peti iubes? Quæ
 etsi apud illos pro thesauris abdita atque ab
 illis inuenta sint, eadem tamen ab aliis in
 apertum eruit & vel acernatius vel clarius
 atque expressius vel breuius. Postremò vel
 aliter dici possunt audiendi similia omnibus
 spem datura successum paucis: ea est vis or-
 dinis ac iuncturæ, quod & in poëticis ele-
 gantissimè Flaccus docet, & sæpe aliter at-
 que aliter & aliquando potentius affectura
 animos tanta est gratia, vel notissima re nar-
 rantis, tanta vetustis nouitas, tanta lux ful-
 gidis, tantus formosis decor additur, quod
 non hoc ideo dixerim, quia alibi non pos-
 sem, sed quia tu hic materiam obrulisti. No-
 lo enim quia ignaræ superbiz mos est, semel
 audita nec fortè intellecta dum reperuntur
 quasi trita & vulgata fastidias. M E T. Acquie-
 sco, rectè quidem in his monitis te versatum
 video, etsi ab incepto procul, adhuc enim
 mortem nihilominus horreo. R A T I O. Sunt
 quæ

quædam nomine & opinione hominum maiora quàm re, multa horrore eminus fuerant quæ vicina sunt risui, temere creditur expertis: nemo ex his mortis infamatoribus compri aliquid loqui potest, nihil ipse expertus, nihil ab experto didicit. Mortuum quavis interroga, flebit, is cui iam rei veritas nota est, garrient quibus incognita & vanis auguriis astruent quod ignorant, hinc apertissima hinc occultissima rerum mors arcanum & coniecturale negotium suspicionibus agitur, in dubio bonis opinionibus inhæredum tenendumque potius quod iucundum faciat quàm quod mœstum animū. **M E T.** Animus mortem timet. **R A T I O.** Si sibi superuacuos timor, immortalis est enim ipse, si corpori sui hostis curā gerere pietas indebita: sin dissolui metuit, nimis carcerem & compedes suas amat stultus amor. **M E T.** Timore mortis exagitor. **R A T.** Stulti omnes mori metuunt, neq; id miror quibus fœlicitas omnis in corpore est, quod extinguere morte non est dubiū. Iure igitur boni sui finē pauidi cogitant mœsti vident: natura enim hominis hæc est, ut infœlix esse nolle nequeat virū doctum cui non alia corporis quàm vilis mancipij cura est, cui in cultu animi omne studium semper fuit, omnis amor, omne desiderium, omnis spes mortē corporis non aliter quàm digressum

sum marutinum è nocturno quodã inamœ-
no & incommodo prorsus hospitio spectare
debet. **MET.** Mortem non timere non possum.
R. A. Posses vitæ huius exitum non timere, si
alterius ingressum sperare posses aut optare:
tuus hic timor inde oritur. Quamvis enim
formidati vulgò exitus multæ tradatur cau-
sæ, omnes tamè vitæ illius spe proposita eua-
nescunt. **M E T V S.** Mortem metuo. **R A T.** Me-
tum hunc parit impræmeditatio maximè &
inopina necessitas moriendi, in viro docto ac
sapiente turpissima, & præsertim sene, cuius
si rite doctus verèque est sapiens, vita omnis
meditatio mortis est: quod si philosophiæ vi-
sum fuit antiquæ, quid nūc nouæ pietati quæ
summa philosophia & vera est sapientia, vi-
deatur? Aspice ut qui alieno imperio parent
subito, longum iter iussi agere solliciti & tri-
stes raptim complicandis sarcinulis inhiant,
ut queruli quod prædictum eis antè nō fue-
rit indignantèsq; abeunt, ut sæpe in tergum
verfi, & nunc quoque hoc, nunc illud obli-
murmurent. Atqui nulla via est lōgior quàm
mori, nulla durior ut perhibent infestiorque
latrunculis, nulla deniq; obscurior, suspectior
& incertior, quæ ut cuncta cessarent certè ir-
remeabilis via est, quo attentius providen-
dum, ne quid obliuiscamini, quoniam hinc
digressis non licebit quod utentibus cæteris.

arque

atque aliud quodcunque iter agentibus, literis scilicet aut amicis oblita cōmittere, quæ ad suos perferant nec remādere aliquid nec subsistere quidem nec diuertere licitum nec reuerti: iter necessarium, impossibilis reditus: ire illò necesse est milites, vnde redire non est necesse. Hoc militibus suis dux Romanus apud Senecam hoc dux vobis vester edicit: itaq; cū oporteat ire nec liceat redire, cūq; itineris sit certa necessitas, hora autē mortis incerta, vnum est remedium, vt parati animo sitis semper & vocati respondere & iussi obtemperare compositisq; omnibus ad primum ducis imperium iter illud alacriter agere, quod vtiq; vobis aut lætis aut tristibus peragēdum est ea: res maximè & metū mortis imminuet & dolorem: nec securos modò sed cupidos hinc abire vos faciet: alioquin improuisis & incautis eueniet, quod Bruto suo in epistolis verè olim vaticinatus est Cicero: opprimemini mihi crede Brute, inquit, nisi prouideritis, sic est, inquā, sic illi accidit, sic omnibus qui ventura non prouident. Sed cū cunctis in rebus prouidentia necessaria, sit tū in his maximè quæ amplius quàm semel fieri nequeunt, in quibus error vnus sufficit vbiq; pes lapsus fuerit: actū est. MET. Valde nunc etiam mortem horreo. RAT. Alce radicata non facile diuelluntur. Scio vt dixi metum

metum mortis sensibus insitum præcipuèq;
vulgarium, philosophi verò mortem neque
malum neque bonum, eo quòd per seipsam
nec timendam diffiniunt nec optadam, inter
indifferentia numerantes, quæ pro qualitate
fruentium, nunc mala nunc bona fieri volunt:
quod illi etiam ex vestris video probari, qui
peccatorum pessimam, preciosam verò salu-
torum mortem ait. **M E T.** Mortem metuo,
mortem odi. **R A T.** Equidem vnde hic mor-
talibus metus mortis, vnde hoc odium mi-
ror, nisi mollities animorum nota sit, qua
hunc scilicet aliòsque degeneres augetis at-
que alitis paupres: an non vides vt magna
pars mortalium ipsum nomen mortis exhor-
reat? quod quid est aliud quàm naturam pro-
priam horrere, atq; id odisse quod natus sis,
quo nihil inter homines stultius, nihil ingra-
tius in deum. Quam multi autem nomen il-
lud ægrè audiunt, quod semper internam au-
rem pulsare debuerat. Nempe sine quo non
est qui seipsum cogitare possit: quid nanque
se cogitet, nisi quod est animal mortale?
Quotiens in se quisq; reflectitur, nòne sibi
illico nomen mortis occurrit? Sed refugitis,
quasi per aurè mors irrûpat, & auertitis ani-
mum atq; id cogitis obliuisci, quod mox sui
memoriâ vel inuitis ingeret. Recusatis ecce
mortem cogitare quâ confestim & cogitare
opor

oportebit & pati, cuius passio facilius sequeretur si cogitatio præcessisset: nunc simul in angustiis altera alterâ exasperat. Omne enim inopinum ac subitum animam quatit. Æquè stultum est vel appetere aliquid frustra, vel vitare velle quod nequeas, eoque stultius utrumque quo damnosius futurum impleſſe quod cupias: atque nil damnosius in humanis malis quam dei suique ipsius & mortis obliuio, quæ tria numero sic connexa sunt ut vix valeant dissolui: at vos vestri memores videri vultis & principij & finis immemores. Obseruasti hos qui domui suæ disponunt, vix est qui dicere audeat, cum moriar, sed si moriar, quasi in dubio ponitur quo nihil est certius. Neque id ipsum si moriar clarè sonat, sed si quid de me esset aliud, quid nam esset hoc aliud quæso & non potius idem ipsum quod de omnibus fuit, existere vel qui nati vel nascituri sunt, quibus ut vitæ, sic & mortis multa sunt genera, necessitas vna moriendi? Hæc tu cupis excutere, quam nec patres tui nec ulli vnquam reges gentium excussere, nec excutient quidem. Tergiuersamini ut libet, ita vobis eueniet, ut his qui cōtra hostilis ferri aciem oculos claudunt, quasi periculum quod non vident, nec sensuri sint: feriemini, moriemini, sentietis: an cæci autem, an videntes, id in vestra manu est. Optate igitur bene mori, quod
ipsum

ipsum nisi bene vixeritis, frustra est: optate inquam & enitimini, & quod in vobis est facite: reliquum illi cōmittite qui quos in hanc vitam vltro non vocatus intulit, egressuris non nisi vocatus & rogatus manū dabit: nō mori autem nolite optare: non modò enim impudens arrogansq; , sed inefficax etiam & inane votum est. Assuescite ò mortales naturæ legibus, & ineluctabili iugo colla submitte. Etsi vosipfos amatis, quòd nati estis amate, non quòd nati non esse velletis: neq; enim natura vobis sed vos illi obsequi fas est. M E. Pauorem mortis abiicere diu quidē frustra nitor. R A T. Miror quid tam diu frustra niteris quo te debuit cogitatio prona perducere? Turpis est enim tā brevis periculi si periculum non natura & periculorū finis est mori: turpis est inquam viro tam momentanei discriminis tam longætuus pauor, & tot anni anxij atq; suspensi ad horæ seu suspirij vnius euentum. Visne autem mali huius vltimum remedium, vis mortis metu perpetuo liber esse? bene viue, vita laudabilis mortem spernit, sæpe etiam cupit, deniq; hæc terribilium omnium summa est. Siquidem labor, dolor, aduersitas, infamia, carcer, exiliū, damnum, bellum, seruitus, orbitas, paupertas, senium, ægritudo & mors, fortibus viris nihil sunt aliud nisi experiētiæ schola, campus patientiæ,

ff tiz,

tiz, gloriæ palestra.

De voluntaria in seipsum manuum iniectio.

Dialog. CXVIII.

M E T V S.

MORTEM mihi conscire propositum est. **RAT.** Rem vnā nunc metuere, nunc optare, hæc tota constantia vestra est. Nunc tu mortem muliebriter formidabas, nunc eādē inhumanē appetis, rogo quænam subita mutandi animi causa est? **MET.** Cogor ipse mihi manus iniicere. **RAT.** Si cogeris iā non voluntaria manū iniectio est, quāuis dicatur, quod coacta volūtas volūtas est, sed profectō nō libera, nec voluntas propriē quæ volēdo fit. A quo autem cogeris nosse velim. Iniici autem manus vel inuito possunt, tu tibi illas iniicere nisi volens nequis. **MET.** Magnæ sunt causæ quæ me mori velle cogunt. **RAT.** Magnæ fateor si cogunt, sed non cogerent si vir esses. Nunc in vestrā animi molitiem nihil est inualidum, vide autē an quæ sint hæ causæ rite præfagiam: ira, indignatio, impatientia, furor quidam in se versus, obliuio denique tui ipsius. Nam si te hominem meminisses humana omnia æquo animo toleranda cognosceres, neque parui mali immo ne mali quidem odio maximum in malum velles incidere. **METVS.** Iniicere mihi manum cogor extremis malis. **RATIO.** Non

Non sunt extrema quæ te premunt mala, summum illud & extremum malum quod te urget, desperatio, cæteris enim malis aliquid, huic vni nihil potest esse remedij. Quæ sunt autem hæc extrema quæ dicis mala nisi labor forsitâ & paupertas? Hæc sunt enim quæ poëta commemorat, de his agens: qui sibi letum insontes peperere manu lucemque perosi proiecere animas. De quorum fera poenitentia mox adiecit: quàm vellent æthere in alto, nunc & pauperiem & duros perferre labores. Sunt ne autem tam gravia mala hæc quorum primū boni omnes, forti atq; æquo animo tulere, de quo suo loco diximus, quidam sponte insuper elegerunt atq; hinc gloriosi ac in æternum diuites. facti sunt, sæculum viris conuenire apud Crispum, atque ad id nasci hominem, apud sanctum illum & afflictum senem legimus. At vos inquietissima animalia quicquid non ad nutum avaritiæ vestræ fuit vestræque libidinis iustam voluntariæ causam mortis opinamini, tam delicata, tam preceps luxuria vestra est, ut leuib; ex causis non fortunæ tantum, sed vobis ipsis irascamini, inque ipsum Deum calcitrantes impia ora laxetis, quasi quicquid id est in quo non vobis dominus vester obsequitur, iniuria gravis sit. **M E T V S.** Magnis malis victus mori eligo. **R A T I O.** Tædio

ff 2 vitæ

vitæ credo familiari vitio stultorum omnium. Sapientibus enim omnis vita iucunda est: lætam libenter, tristem ferunt patienter, etsi in rebus ipsis nequeunt, patientia delectantur: nil in rebus lætius, nil dulcius est virtute. Illa est quæ molesta lenit, obliqua dirigit, dura mollit ac mitigat, ardua atque aspera quæq; complanat. Cessant querimonie, cessant præcipitia: & ad summam, sapientis vita nil serenius neq; tranquillius: hi autem animorum fletus atque angores, hæ nubes ac procellæ quæ in scopulos fragilæ vitæ cymbam tradunt è sola stultitia oriuntur. M E T. Morbi impatientia mori elegi. R A. Stultè eligis ac superbe: sine dominum de corpore tuo quod ipse fecit arbitrio suo statuere. An quod tibi tuo in ædificio vis licere, in quo non lingua, non lapides tu fecisti, in quo deniq; præter structuram nihil est tuum, id in suo licitum domino omnium non vis, qui non in illo tantum carnem & ossa & sanguinè & spiritum, sed cælum & terras & maria & omnia quæ in eis sunt, creauit ex nihilo? Nec dicas apud te metipsum: corpus meum graui dolore angitur. Nec tu dominium, sed vsum corporis accepisti breue ad tempus: an tuæ luteæ domus te dominum credis? Inquilinus es, qui fecit omnia is est omnium dominus. D O L. Dolore nimio cogor vt mori velim. R A T I O.

Hic

Hic fortassis ad experientiam dolor datur, qui si molestus est, esse poterit utilis: si intolerabilis, longus certè non erit: expecta domini reuocantis edictum: cùmq; vocatus fueris, responde & non prius. Fixa est dies tua, quam nec anticipare fas est, nec differre possibile. Præoccupauerunt tamen hanc multi, & dum paruam fugiunt breuè inque molestiam, in æternas se atque irremediabiles demerferunt. Habuitque hæc opinio magnos auctores: Anneum Senecam imprimis, qui ad eam tam constanter, & tam sæpe reuoluitur, ut mihi quidem veritus videatur ne non propria sua sit, mirariq; cogat interdum vnde tam tristis sententia tanti viri pectus inuaserit. Vtrque alia fileam quæ prosequi longum est, quadam ad Lucillum epistola: si inutile, inquit, ministeriis est corpus, quid ni oporteat educere animam laborantem? Dehinc paucis interiectis: profugiam, inquit, ex ædificio putrido ac ruenti. Malè ais: ô Seneca, & multa bene dicta vno polluis maledicto! Non migrandum nempe, sed expectandum est: sine, ædificium tuum ruat, ut antequam fugias opprimaris. D O L O R. Non possum pati quæ imminet, mori malo. R A T I O. Ab hoste forsitan inferendam mortem quæ fortiter lata sit, turpis esse non potest, cùm hæc voluntaria non possit esse, non turpis,

ff 3 quia

quia contra domini superioris imperium est,
 contrà quod nihil bene fieri potest. **D O L O R.**
 Mori malim quàm quæ instantia sunt vide-
 re. **R A T I O.** Non est viri non posse erectis
 oculis vtrànq; fortunæ faciem spectare, mu-
 liebre est trepidos oculos auertere. Quid est
 autem quod te turbat vsqueadeo vt solius
 opem mortis implores? Tuâne forsitan, an
 tuorum, an patriæ laborâtis aduersitas? Len-
 ta illa duo quidem: nihil enim potest fortuna
 cui non possit virtus obstare: tertium hoc
 pium, sed pietate languida & inerti. Siquidẽ
 patriæ seruitus & tyranni facies morte po-
 tius repellenda quàm declinanda sunt. Id est
 enim viri opus, hoc feminæ. Quæ tamen in
 re Catonis mortem miris laudibus. Seneca
 idem effert sua illa peculiari opinione de qua
 diximus. Non sic Cic. excusasse cõtentus lau-
 dibus abstinet. Ait enim Catoni: incredibili
 gravitate naturæ perpetuâque constantia mo-
 riendum potius quàm tyranni vultum aspi-
 ciendum fuisse, quam tamen Brutus aspexit
 & illius potius morte tollendum quàm sua
 morte fugiendum censuit. Quod quàm bene
 seu quam male fecerit, non laboro: fecit ta-
 men. Cicero autem dum Catonem excusat
 suæ illius sententiæ melioris obliuiscitur
 quàm ante annos plurimos libro sexto Rei-
 publicæ posuerat. Ea verò est huiusmodi: dũ
 Publi

Publium Africanum minorem in cœlo cum patre atque auo colloqui somniantem & audita immortalitate animi ac felicitate vitæ alterius moriendi auidum induxisset, patrem mox inutile desiderium castigantem fecit his verbis: non est ita, inquit ille: nisi enim deus is cuius hoc templum est omne quod conspicias istis te corporis custodiis liberauerit, huc tibi aditus patere non potest: homines enim sunt hac lege generati qui tuerentur illum globum quem in hoc templo medium vides qui terra dicitur, quare & tibi Publi, inquit, & piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis, nec iniussu eius à quo ille vobis est datus ex hominum vita migrandum est, ne munus assignatum à Deo diffugisse videamini. An non satis Ciceronianæ hæc excusatum arguunt Catonem? Et planè si ab Imperatore terreno ad custodiam loci cuiuspiam deputatus non auderes iniussus te remouere, ferretque ille hoc grauiter si contrarium fecisses, quid cœlestis putas Imperator, cui tanto plus obedientiæ debetur, quanto maior deus est homine? Fuit nuper priscæ virtutis Stephanus Columnensis, non hac solùm sed omni ætate vir clarissimus futurus, hîc ab ingenti illo suo hoste cui potentia impar erat obsecus, rursim vbi plurimum periculi videbatur,

vni suorum conseruandam certus de illius
 fide commiserat, quæ dum cuniculis suffossa
 latentibus tremere ac ruinam minaretur, fu-
 gientibus sociis atque hortantibus, vt saluti
 suæ descendendo consuleret, cùm iam nihil
 vtilis mora esset, sibi verò periculosa etiã &
 funesta: non descendam, inquit, nisi ille me
 reuocet à quo hic positus fui. Id dum Stepha-
 no nunciatum esset, & ipse illi metuens atq;
 eum renocaturus accurreret, turris funda-
 mentis fatiscentibus magno corruit fragore:
 sic fidelis custos oppressus est, quem vix eru-
 tum ruinis dominus suus mortuus ac lachry-
 mans sepeliuit: eùmque dum vixit & piè de-
 siderauit & fidem eius sæpe meritis laudibus
 in familiari colloquio prosecutus est. Quid
 his verbis velim vides: talis enim tibi com-
 missi corporis custos esse debes deo, qualis
 hic creditur sibi tutus domino suo fuit, fuisse
 tamen nihilominus non me latet mortē Ca-
 tonis illa ætate laudatam à multis ac opinio-
 ne hominum gloriosam. Notumque est illud
 Iulij Cæsaris, qui dum victor Vticam prope-
 raret, vbi ille se peremerat, audita eius mor-
 te, Cato mea gloriæ, inquit, inuidit, & ego
 suæ inuideo: præclarum aliquid haud dubiè
 videbatur cui vir maximus & gloriosissimus
 inuideret. DOLOR. Quid igitur obstat: mihi
 aut quid prohibet sapientis viri mortem in-
 ui

uidiosam summa hominum & excusatam
 sapientibus ac laudatam sequi, vitæque diffi-
 cultates innumeras auxilio spontaneæ mor-
 tis euadere? Mori volo. R A T I O. Vbi ne te
 inanis spes rerum fallat. Sunt nēpe alij quàm
 pares eloquio, nihil ad rem at certè sententia
 potiores, qui Catonis hanc mortem neque
 laudent neque excusent, sed grauissimè re-
 prehendant. In quibus Augustinus scrutator
 veritatis acerrimus, non hanc fuisse illi ar-
 cessendæ mortis causam, disputat, ne sub Cæ-
 saris imperio viueret cum filio suo, cùm ipse
 auctor fuerit ad Cæsarem confugiendi de-
 que illius clementia sperandi omnia, nec fe-
 fellit: quòd si turpe credidisset, non filium se-
 cum vel veneno vel ferro vel morte qualibet
 ab eiusmodi turpitudine liberasset, cum Mā-
 lius Torquatus sit laudatus quòd filium ipse
 suum qui contra patris imperium pugnasset
 ac vicisset, occiderat. Neque enim turpius
 dici potest procacis hostis esse victorem
 quàm superbo parere victori. Quid ergo Cæ-
 sarem dignum iudicauit qui filio vitam da-
 ret, at qui sibi vel indignum censuit vel inui-
 dit? Et ad summam, mortis illius solam cau-
 sam fuisse deprehendit inuidiam, quod nec
 Cæsar ipse dissimulauit vt modo diximus.
 Aliud enim timere quid poterat, aut quid
 principem non tulisset à quo pridem con-

fule curia eiectus fuerat, & coniectus in car-
 cerem, & qui se tanta tanque presenti iniuria
 non occidit, quo inani metu, qua se falsa opi-
 nione superbiæ aut crudelitatis occiderit?
 Quid tam horrificum vultus Cæsaris habuit
 ut esset morte etiam fugiendus, viri omnium
 non tyrannorum modo, sed principum cle-
 mentissimi atque mitissimi, cū potentio-
 rem nullum, multos certè ferociores sua ille vi-
 derat ætate: immo verò nullum viderat mi-
 tiorē? Iure igitur alter quidam scriptor egre-
 gius & fide clarus & eloquio: mihi, inquit,
 Cato videtur causam quæsisse moriendi, non
 tam ut Cæsarem fugeret quàm ut Stoicorum
 decretis obtēperaret quos sectabatur, suū-
 que nomen grandi aliquo facinore clarifica-
 ret, Cui quid mali potuerit accidere si vive-
 ret, non inuenio. Gaius enim Cæsar ut erat
 clemens nihil aliud efficere volebat etiam in
 ipso belli civilis ardore quàm ut bene mere-
 ri de republica videretur, duobus optimis
 civibus Cicerone Catone servatis. En tibi alia
 præter invidiam causa moriendi vanitas stul-
 ta, ytraque nec Catone digna, neq; illa pror-
 sus anticipandæ mortis sufficiens causa est.
 D O L O R. Mori malim quàm sic vivere. R A T.
 Quid scis an hæc tibi tam tristis vita multis
 optabilis, multis invidiosa sit? Sed impatien-
 tia res cunctas exasperat. D O L O R. Mori
 opto.

opto. R A T I O. Vt timidis metum mortis, sic desperatis vitæ odium extorquere difficile est: vitam tamen æquanimiter perferendam, mortem fortiter expectandam, hæc nostri remedij summa sit.

De morte. Dialogus CXIX.

DOLOR.

MORIOR. R A T. Ad extrema peruentum est: iam nec mortem metues nec optabis, de quibus duobus totidem me proximis tractatibus fatigasti: iam præterea nec dolebis, nec corporis animique defectibus subiacebis, nec rerum tædiis, aut morbis, aut senio, aut hominum dolis, aut fortunæ varietate lassabere, quæ si mala sunt; mali finis utique bonus est. Tu paulo ante de his omnibus querebaris nunc eorundem de fine cōquereris, vide ne sis iniquus, vnam rem qui simul doleas esse & finire. D O L O R. MORIOR. R A T. Iter patrum, immo omnium latum triūmq; iter gradieris: solus ne tibi nescio quid aliud demum maluisses perge autem, non est aberrandi metus, tot sunt viæ daces comitēs- que. D O L. Heu morior. R A T I O. Si quis est quem flentem mori deceat, ridere dedecuit viuētem, cum instare semperque supra verticem videret vnde mox flendum sciret, risum illū haud dubiè fletus hic non longo sciūctus
spa

spacio sequebatur. DOLOR. MORIOR. RATIO. Non est ferendus qui sui generis sortē luet, non moreris utique nisi mortalis esses : si id desles quòd mortalis sis, non est flendi locus, ubi esse desinis quod inuitus es, flendum erat ab initio dum inciperes esse quod nolebas, nunc gaudendum, esse enim incipies immortalis. DOLOR. MORIOR. RATIO. Omnes hi qui lectulum tuum modò ambiunt, omnes præterea quos vidisti vnquam, omnes de quibus audisti aliquid aut legisti, & quantula ea pars hominum est quam nosse poteris, omnes omnino qui vel olim nati sunt vel omnibus terris ac sæculis nascentur, iter hoc egerunt acturique sunt. Cerne animo longam præcedentium longamque sequentiū cæteruam, comitum quoque & hac ipsa hora tecum simul obeuntium non paruum numerum, pudebit credo sortem publicam privatis vrgerè querimoniis, dum ex omnibus vel vnum cui inuideas non videbis. DOLOR. MORIOR. RATIO. Hoc est impassibilem fieri & itigum fortunæ pariter ac mortis excutere : geminum ingens bonum, quod viuenti nulla vnquam prosperitas largiretur. Cogita autem quæso quot tibi & quàm graves curæ, qui superant labores : si non dicam infinitam, sed annorum mille qui vnius iam præteritæ diei spacio comparantur certam vitam accipisses, quod

quod optimè æstimabis, si huius brevis ac fugacis & incertæ vitæ tædia, pròque hac totiens susceptos labores molestiasque memineris. **DOLOR.** Morior. **RATIO** Ita mortem fletis ô mortales quasi magnum aliquid vita esset, quod si esset magnū aliquid, muscæ haberent & araneæ & formicæ. Si semper beneficium vita esset, semper maleficium esset mors, quæ magnum beneficium est interdum, dum vel ab intolerabilibus malis, vel ab his quæ summa sunt mala peccatis instantibus animam eripit præservatque. Atqui ut magnum aliquid inter vos sola est virtus, sic si per se spectetur vita hæc, miseriarum innumerabilium officina est, quam qui claudi dolet, is ferias respuit malorum, & quietem odit, quam qui appetit, laboriosæ finem vitæ cupiat necesse est: quando nullus alius est vel laborum vel malorum finis, quid fies igitur? Dies adest qui si traheretur, votis erat optandus & fortassis ut res hominum sunt & fortunæ vis immensa & insultus varij, sæpe etiā votis optatus est tibi. **DOLOR.** Morior. **RAT.** Immo è terrea & caduca domo ad æthereū atque æternum migras habitaculum, & in limine pedem habens mortuus auelleris atque inuitus, & nescio quid retro anxie respectans an sordium quas dimittis oblitus, an bonorum ad quæ pergis incredulus. Profectò si
quod

quod paulo ante dicebam, & quod magni dixerunt viri, vestra quæ dicitur vita mors est illud est consequens, ut eius finis quæ mors dicitur, vita sit. D O L. Morior. R A T I O. Rex te tuus carcere liberat, iam vincula franguntur quæ fecisse mortalia pium patrem libuit. Idq; vel maximè ad illius misericordiâ pertinere, & Plotino visum, & vestris approbatû sciens, quid queraris nescio. D O L. Morior. R A T. Vocat te rex tuus fœlix nuncius. Sæpe est enim nec videtur faustum quod inuitis acciderit. Consensum adhibe, nûc sentire incipies quàm bene tecum agitur, hic quem meruis carceris exitum & malæ vitæ reputans & mortis bona præfagiens, quasi olor ille Socraticus diuinationis particeps & ob id sacer Apollini moriendo cantabis, si non voce, saltem animo: & nisi quod absit, graue nimis in expiatorum te criminum pondus premit, quod fecisse Vespasianus corpore legitur, tu facies mente, ut assurgas moriens, nec te dignum censeas iacentem mori, neque minus hac in parte tibi tribuas, quàm ille sibi, quòd non ut ille, sis princeps: mors enim nescit imperium, principes non agnoscit, adæquatrix optima multa forsan in vita, certè nihil illi licuit quod nō liceat tibi, quin & plusculum diuinæ opis tibi ni respuis affuturum spero, non quia tu melior, sed quòd tu gratui

tuito dei amore felicior, qui negata magnis
 & sapientibus abscondita concessit paruulis
 & reuelauit indoctis. Adde quòd tum utilius,
 tum facilius tuum erit assurgere. Illius enim
 conatus corporeis viribus egebat, quas mor-
 bus extenuat, mors extinguit, tibi ad assur-
 gendum non nisi animi viribus est opus
 quæ vicinia sæpe mortis augentur. D O L O R.
 Morior. R A T I O. Quic in tuto trepidas?
 quid in plano cespitas? quid in prono hæ-
 sitas? Non tibi ingeram quæ hoc loco di-
 sputant philosophi: multa sunt enim quæ
 morientis occupatio & angustia temporis
 non admittunt, debuit tibi profundè admo-
 dum hæsisse quicquid vbique de hac re ab
 antiquis philosophis disputatum est: vt enim
 ipsi idem volunt, asperarum rerum om-
 nium remedia superuacua facere potest rara
 quidem, sed in finem rara prosperitas, quæ
 aduersus mortem disseruntur, ea semper uti-
 lia semperque necessaria, vt sint moriendi
 non fortuita sed naturalis & inuicta necessi-
 tas facit. Inter cæteros sanè multa & valida
 in Tusculano ipso, cuius supra memini prima
 luce recolligit Cicero, quæ nisi olim didice-
 ris, nunc docendi spacium non est, quibus ef-
 ficit, siue in malis sit qui moritur, siue in bo-
 nis esse videatur, quia tamen ex quo fortunæ
 iaculis patet omnis hominum status, à malis
 cum

eum non à bonis morte discedere, quod acer quisque humanarū obseruator rerum haud dubie verum sentit. Morte igitur non offensum se, sed sibi consultum iri existimat, iam latè illam cogitans & cū venerit visurus vt liberatoris sui nunciam seu ministram, & cū transferit respecturus, ceu fenestram vnde mundi laqueos & carcerem carnis euaserit. Illud Cicero idem disputando consequitur, seu perit animus seu transfertur, vt vel mali nihil, vel boni plurimum sit in morte, argutè fortassis apud suos, apud vos nempe non philosophis modò, sed ac vulgo dubiū, credo hercle, nec apud eum ipsum de quo sæpe loquimur Ciceronem, quod magnificè-
tissimè multis testatus est locis, sed vel sui collocutoris, vel illius æui diffidentiae seruiebat. At summam igitur sic teneto vt scias immortalem esse animam, quod non solū cō-
cors vestræ gētis opinio, sed philosophorum omnium excellētissimi tenuerunt: nulla tibi spes in occasu animæ quæ natura talis est vt mori nequeat, neque hinc fidas nil mali superesse post obitum, quòd nulla sit futura anima quæ pati possit. Sed quia creator animæ ipse est mitis, ipse pius ac misericors, opus suum non despiciet seque veraciter inuocantibus prope erit. In illum preces, in illum vota, in illum spes vltimæ ferantur, in illius nomen

non extrema definant suspiria. I securus, nil timeas, natura parens benignissima nihil fecit horribilium, mortem formidabilem error facit hominibus non natura rei providet. si quid magnum voluit animo, si quid altum struis, humiles & ineptas vulgi voces. ac si que despicere, verum illos suscipe, quorum imitatio ad veram gloriam via est: apud nostros quidem late feliciterq; morientium, innumerabilia sunt exempla. Sin antiquiora perquirimus, multi occurrerent, qui mortem non modo ferant fortiter, sed arcessant, quod in M. Antonio Catone, sicut modò diximus. Marcus Cicero accusat, Seneca autem & laudat: nobis verò neutrum sat probatur, sed secundum minus, quia tolerabilius est errorem excusare quàm laudare: nos utrūque reiicimus, quoniam ut vocatum respondere & reuerenter parere laudabile, sic imperatoris iniussu commissa de custodia & corporis statione discedere capitalis est habēda defectio, & vel exilio graui, vel summo plectenda supplicio. Sciens repetito ut alius imprimam abunde enim, nisi fallor, haec omnia superior tractatus explicuit.

D O C. M E M O R. R A T. Immo carnis tributum, naturae debitum persoluis mox futurus liber, fac libens quod vel nolens faceres, & ut bene ait quidam mortis hortator, cupias quodcumque necesse est. Non est utilius, im-

mo quidem non est aliud in necessitate con-
siliū, quicquid sit à volente fit leuius, & de-
finiū esse necessitas si voluntas accesserit. DO-
LOR. En morior. R A T I O. Ea te dominus
præstolatur. Accelera ne citius neu cancte-
ris, pone suspitiones, non tu tibi charior es
quàm illi: quis vocatus ab amante diffidit?
Adhuc fortè miraberis timuisse quod optan-
dum esset. Multa iam solutus seies quæ vin-
ctus nullo vnquam studio didicisses, vsque
adeo vt arcana rerum nosse volentibus, ad
quæ mortali velo obrita acies vestra non pe-
netrat, quæ profectò cupiditas naturalis est
homini, sed vehementior studioso, nil morte
melius putem, nilque quod breuius ad opta-
tum ferat. D O L. Morior. R A. Immo obdor-
mis vitæque fessus vt arbitror requiescis. D O.
Morior. R A. Vade in æternam requiem, nunc
primū viuere incipis. Bona mors initium
est vitæ.

De morte ante diem. Dialogue. cxx.

D O L O R.

Quid quòd ante diem morior? R A. Ante
diem nemo moritur: sed non omnibus
dies idē: immo vt vates ait eximius: Stat sua
cuique dies, ad quā quisque cūm venerit,
metam attingit. Et quoniam nec redire datum
nec subsistere, trāscundum est. D O. Ante diem
morior.

morior. R A. Posset id verum esse si in diem debitor fuisses, parus debitor semper debet: semper itaq; nutum sui creditoris, obsecres, & semper in numerato habeat, quod debet. Habet autē semper, dum mortale corpus habet, nullo mutuo, nullo opus est fornore, dormi habet immo quocunque ierit secum habet, & ut dicitur in manu habet unde se liberet, quo soluto nil naturæ amplius, & nil iam cœlestibus ullis debet: ut Virgilius ait, Pone igitur hanc querelam, ante diem non repositur quod omni debetur die, quin pro eo quod dicebam gratias ago, quia scilicet ad id debitum nec prece, nec possessione, nec pignore, nec usura, indiges, quod ultimum dixisse fertur Spartanus ille vir fortis incognitus, sed dignus agnoscī, cum ad mortem ductus, ob hoc ipsum imperterritus iret atq; alacer, quod capite suo satisfacere Lysurgi legibus posset. D O. Morior ante diem. R A. Non intelligo quid sit ante diem mori, nisi quod vulgo dicitur: ante lucem, seu cum primum elucescit, quæ exercitiis eius quam nunc agis animæ aptissima hora est: alioquin quis omnino hominum ante suū diem moritur cum ille sit suus dies in quo moritur non alius? D O. Ante tempus morior. R A. Neq; ante tempus neq; post tēpus, sed in tēpore morieris, nisi sic fortē tēpus accipis quod tu tibi, non natura seu

fortuna præfixerat. Ante illud enim sic non
 mori potes, sicut nec post illud vivere. D O L.
 Morior ante tempus. R A. Quis nisi amens que-
 ritur ante tempus absolui vinculis & carcere
 relaxari? Latundū modicus fidius si ante tem-
 pus acridisset, sed nec accidit nec accidere
 potuit; sunt tēpas habent omnia, hic te ter-
 minus manebat; hic metam fixerat qui te in
 hoc vite stadium induxit: si de hoc fine que-
 reris, & de alio quolibet queri posses. D O. Ci-
 tō morior. R A. Citō natus eras: non moritur
 citō qui iam senuit. Quod si non senueras,
 cessat altera pars querelæ, quæ si portio vi-
 tæ ultima est senectus, non senuisse nō potest
 quisquis moritur. Sed intelligo senectutē ut
 vulgus, annorū congestem maltorū, cui non
 reliquis finis est alius quā mors; de initio
 discrepant variis sententiis; sed pro viribus
 senescenium proque valetudine corporum
 atque animorum habitu ad concordiam re-
 digendis. Tota denique res huc redit, ut vel
 mortis incussore celeritatem definas, vel mo-
 lestias vitæ prolixioris quæ de mortis ipsius
 tarditate proveniunt, sed vos vobiscum dissi-
 dentes nec mori vultis nec senescere, cum
 utrumque cōtē vel alterum sit necesse. D O L.
 Amplius vivere poterā. R A. Immo certē non
 poterās nam si posses, puto viveres: sed hoc
 dicere vis, volebam seu sperabam: & ut est
 ani

hominus mortalium vitæ auidus, spei credulus, utrobique perfacile tibi assentiam. At si dicere vis, debebam, quia pauculos adhuc dies vivere ætati non indebitum videretur, non æquè consenserim: quidam enim serius obeunt, multi ocius, nūquam nullus, hæc inter nihil in cōmune prouisum, nisi ut omnes mortales vnā lex teneat, vnum mortis imperium, alio tamen atque alio moriendi genere diuersisq̃ vitæ spatiis: sic rei vnius modus multiplex tempusq̃ peruarium est. Aequo animo igitur quisque suum mortis genus, suam diē mortis expectet, nec auiditate vitæ, nec fastidio quod indocti ingratisq̃ omnes faciunt, de naturæ legibus queratur aut litiget. D. O. Modicum vixi. R. A. Nullus tantum vixit ut non sibi modicū vixisse videretur, & est planè modicum quicquid hīc viuitur: itaque si diu viuere delectat, vitam illā querere vbi semper viuitur, quæ & si hīc nō sit, tamen hīc queritur. D. O. Vixi modicum. R. A. Quid si plus vixisses, nunquid ideo nō vixisses, modicum? Spacia vitæ huius imparia & incerta sunt, vnum omnibus est commune, cuncta sunt breuia: vixit aliquis octoginta annos, quid hic quæso plus habet quàm qui octo? Verte acriter te in te nec te fallat vulgi furor, quid plus inquam habet qui diutius vixit, nisi forte curas laboresq̃ & dolores & tædia

dia ac peccata in luero ponitis? Aut quid
 plus haberet si vixisset octingentis? Est in ex-
 pectatione fateor plusculum aliquid: ac cū
 spācium vtrūque transferit, mihi crede, ni-
 hil inuenies quo plus vixisse felicius sit. D O.
 Morior dum bene agere cogitabam. R A-
 T I O. Quid agere cogitabas nec agebas? Sic
 forsitan in perpetuum cogitassos. Sunt qui
 bene agere semper cogitent, nunquam ta-
 men incipiant. Quod si bene agere coeperas,
 ne dubites, quānis boni operis finem mors
 praeuertat, apud cæca hominum iudicia for-
 tasse aliquid, sed spernendum, apud infallibi-
 lem rerum æstimatorem nil tibi subtrahitur,
 integra merces tua est, non actuum modus,
 sed votorum. D O L. In medio rerum appa-
 tu morior. R A T. Hoc non mortis, sed mo-
 rientium culpa est, qui breuissimam vitæ ro-
 lam, tum maxime ordinantur dum præiden-
 da erat, quod nisi sic esset, non tam sæpe inex-
 pletis vitæ muneribus morte præuenirentur,
 sed expletis ac transactis viuerent, qua pro-
 fectò nulla dulcior vita est: hanc tamen dul-
 cedinem non tam vitæ breuitas quàm viuen-
 tium torpor hominibus eripit, quibus nulla
 ideo longa est vita, quia quantūcunque sit
 temporis nunquā viuunt, semper viuere me-
 ditantur, & iam senes inter noua vitæ confi-
 ssa stantes celeri sine seram principium
 ante

antecedunt. D O. Morior dum magna para-
 rem. R A. Hoc multis magnis viris ferè que
 omnibus accidit. Falluntur homines cum in
 multis, tum in morte præcipuè, quam ventu-
 ram nemo est qui nesciat, dilaturâ sperant, &
 abesse præcul fingunt sibi quâ vicinam sem-
 per hinc vitæ breuitas & fuga temporum fa-
 cit, hinc fortunæ vis & casuum humanorum
 circumfusa varietas. Et ô cæcitas mira, quòd
 quid vobis sit sperandum in aliis saltem ali-
 quando non discitis: sed sic est, ægrè ad ama-
 ras cogitationes animus redit: itaque dum si-
 bi quisquis longissimum vitæ spatium spon-
 det, dūmq; vel ævum Nestoris, vel ut ait Ci-
 cero, Metelli fortunâ sperat, denique dum se
 quisque prædilectū naturæ filium credit, de
 primordiis agitanter finis occupat, & multa
 deliberantes improuisa repente mors aggre-
 ditur mediòsq; intercipit apparatus. D O. Vi-
 ridi atroxior ætate. R A. Ut nil in hoc aliud bo-
 ni sit prouisum tibi est saltem senio ne mar-
 cescas. Senectus enim quanuis non sit gra-
 uis, ut apud Ciceronem ait Lelius, utque à
 nobis suprâ disputatum est, aufert tamē eam
 viriditatem, in qua quidem, ut Scipionē ille,
 sic tu nunc etiam & te fuisse commemoras,
 multis tu fortasse desiderio, nulli iā fastidio
 futura sis, quòd in longa ætate vitare quan-
 talibet virtute subdifficile est. D O L. Iuuenis

morior. R A T. Nosti quid in vita passus fue-
 ris, quid passurus ignoras, & mihi crede, in
 hoc tam vario tamq; inamiti fortunæ regno.
 qui præmoritur comitem fallit. D O L. Mor-
 te præpedior ne cœpta perficiam. R A. Iustè id
 quidem, agitis enim semper quæ peregrisse
 pridem decuit, peractique nihil est, hoc ma-
 ximè vobis grauem mortem facit ac mise-
 ram: & si quidem absq; tua culpa cœpta per-
 agere nequiuisti, sufficiat voluisse. Sin per
 ignauia distulisti, displiceat neglexisse. Quòd
 si forsan hæc lamentis causa prætenditur, ve-
 rè autem nihil aliud quàm vitæ prolixitas &
 dilatio mortis optatur inanis, licet publici
 voti tandem te vel serò pudeat: audite tamen
 me mortales vsque adeo vitæ cupidi, quæro
 ex vobis sequestrato virtutû exercitio, quid
 omnino aliud vitæ hæc quam segnis & inerti-
 lis mora est? quæ quantulacunque fuerit, ne-
 quit non esse breuissima. Dictum ergo placet
 illius cuius Augustinus meminit, quæ in ex-
 tremis agentem cum amici solarentur ac di-
 ceret, ex eo morbo quamminimè periturum
 esse: respondit, si nunquā bene, at si aliquan-
 do, cur non modo? D O L. Interruptis rebus
 morior. R A. Si ad mentem redeunt, aut rebus
 gestis aut ingenio clariore, magis patri in-
 expletis operibus obire, patri in hæc breui
 vita contigit, vñ cœpta seuiam incepta
 per

perficerent: tu verò quoniam communi hominum more has te in angustias impegisti, nec præterita retractari possunt, unam hanc emergendi viam arripe, non ut ad multa interrupta flebiliter inutiliterque respicias, sed ut viriliter quod unum restat expedias, bene mori.

De morte violenta. Dialogus CXXI.

DOLOR.

Sed violenta morte pereo. **R. A.** Si nolens moreris, violenta mors omnis est, at si volens, nulla. **D. O.** Per vim morior. **R. A.** Siquidem vitæ vis aufertur, quid interest febris, an gladius, dum libere egrediare, quid refert, an ergastuli tui fores sponte pateant, an frangantur? **D. O. L.** Vi morior. **R. A.** Mutæ sunt species mortis, sed mors una, quæ an violenta sit, an non, morientis arbitrium est, vim vis maior superat, consensus exstinguit. Sapiens sic instructus est, ut quibus non potest obstare, consentiat. Quid tu inquires: percussori meo ut consentiam iubes? quidam non consenserunt modò, sed gratias egerunt: inuentus est qui percussorum suorum ignorantiam excusaret & supremo illis auctu veniam precaretur: neque ego te cruento consentire carnifici iubeo, sed inuictæ sorti, cui qui non sponte paruerit, vi parebit. **D. O. N.** Morior hostili manu. **R. A.** Quidam igitur amici manu mori posse

credideras, quando id tibi nisi ab ignorante
 contingeret? D O. Hostili dextera perco. R A.
 Hostiles euadis manus: ille dum iræ suæ ob-
 sequitur libertati tuæ consulit, potestati suæ
 detrahit, nſlque amplius in te potest. D O L.
 Hostili manu occumbo. R A. Satius est sub
 iniusto hoste procumbere, quam sub iusto
 rege. Illic enim occisoris est crimen, hîc oc-
 cisi. D O. Hostili ferior manu. R A. Quid tua
 magis interest quam dextera quam quo gla-
 dio feriare? Nō de manu, sed de vulnere quæ-
 ritur, quannis & Pōpeiſ manu Cæſaris fe-
 riri pro mortis ſolatio videatur apud Luca-
 num optare, & apud Statiū Capaneus Ipſeū,
 apud Virgilium Æneas Lauſum, Camilla
 Ornithum, quōd illorum manu occidantur,
 conſoleantur. D O. Ferro morior. R A T. Com-
 muns tibi cum maximis fortuna, cūque
 optimis viris bona pars eorum quos vel præ-
 ſens vita ſceliciſſimos habuit, vel æterna ſan-
 ctiſſimos habet, gladio perire, quos ſi nu-
 merem non breuiloqui monitoris, ſed longi
 opus erit hitorici. D O L. Gladio perco. R A T.
 Alij aliter, quidam laqueo, quidam lapſu,
 quidam vnguibus leonis, aut apri dentibus,
 multis ferri copia defuit, dum oprarent gla-
 dio perire. D O L. Ferro ferior. R A T. Quid
 ſcis an maiori exitio ſubtraharis, quōdque
 miſerrimum cenſes, grauioris miſerie fuga
 375

fit? Dixi supra ut Plotinum alterum à Platone philosophiæ decus pestilens lepra percussit: id non dixi, ut alterum ab Homero poëtiæ Graiæ lumē Euripidem canes moribus lacerarunt. Lucretius vestrorum vatum primo proximus, cui tam multa Virgilium auferre non puduit, amatorio poculo accepto in morbum rabiēque compulsus, gladio ad postremum pro remedio usus est. Herodes rex Iudæ tam fædo morborum agmine circumventus interiit, ut compendiosior ferri mors inuidiosa sibi esse potuerit, utque auguror, fuerit. Romanus princeps Hadrianus morbitædio victus, impatientiam doloris ferro abruptere si licuisset, optavit. magum quendam virum hæc ætate vermes toto scatentes corpore, mures alium exedisse narrantur. Inter tam multa ludibria humani corporis, si electio tribuatur, quis imbecillis adeo ut nō ferrum amittat? D O L. Ignibus pereor. R A T. Quidam animæ vim naturamq; igneam extimâtes, id facillimum mortis genus opinati sunt. D O L. Flammis absumor. R A. Vermibus ereptum corpusculum non putrescet. D O L. Fluctibus obruor. R A. Piscibus convivium, bustum tibi amplum, nobile, nitidum. Et quid refert corpus terrenum, terræ reddas an pelago? D O L. In freto morior. R A. Non ubi, sed qualiter moria

moriaris ad rem pertinet, ubiq; bene mori licet, ubiq; malè: non in loco, sed in animo est quod felicem mortem facit aut miserā. DOL. In mari pereor. R. A. T. Persuasum multis scio in mari miserum mori, quòd æthereus atque ardēs spiritus suo contrario videatur: opprimi: sed ut dixi nihil locus ad miseriam, animus totum. Imq; de hac re nautæ nescio tutius responsionem probo, quæ cum quidam interrogasset, ubi nam pater eius obiisset, in mari, inquit. Cùmq; idem ille de avo & proavo atq; atavo nominatim ex ordine quaesivisset, responsumq; idem de singulis accepisset intulit, & nunquid tu, inquit, mare ingredi non times? Respondit nauta dissimulans, & ubi nam tuus obiit pater? Suo, ait, in lectulo, ubi avus, inquit, & is ait & proavus & maiores mei omnes suis in lectulis obire. Tum nautænum tu, inquit, tuum non times in lectulum ascendere? Eleganter quidē aliquantòq; plus quàm nauticè. De morte igitur natura viderit quæ mortales fecit, ac de genere mortis, de loco, de tempore viderit fortuna. DOLOR. Veneno morior. R. A. T. O. Comites tibi illustres pridem dum de hoc vno ageretur exposui. Regia quidem mors est gladius, sed venenum magis. Et ad summam: ridiculum valde est ubi de morte decreveris, de instrumentis esse anxium.

De

Sed ignominiosa mors est. R. A. T. Mortem
 Signominiosam facit non genus aut quali-
 tas, sed causa supplicij. DOLOR. Ignominiose
 morior R. A. T. O. Nemo bonus malè mori-
 tur, nemo malus bene. Honestā mortem non
 funeralia, non ministri, nō purpureæ faciunt
 exuviz, non inuersi clypei atq; enses, & flens
 dominum familia, & vulgi clamor ac lamē-
 tā, & mœrore vxor insignis & pietate filij &
 delecta ceruice ante feretrum nigro indutus,
 ac lachrymis grandibus humens & homo,
 nō postremò funereus laudator, & imagines
 aureæ diuiri sepulchri, & functiq; titulus vi-
 cturus in marmore donec sua quoq; licet fe-
 ra lapidibus mors sit, sed virtus & clarū me-
 ritis viri nomen, nō vulgaris egens auræ, sed
 suapte eminens maiestate, quod nō præceps
 & cæcus fauor hominum, sed rerum series &
 innocens vita pepererit, atq; vsq; ad mortem
 veritatis & iustitiæ suscepta defensio: intēq;
 medias mortis minas imperterritus atq; im-
 fractus animus ac generosa fiducia. Contra
 his decoribus honestam mortem, quis igno-
 miniz quæso locus est, aut quomodo turpi-
 ter mori potest qui sic moritur? Semilem in
 modum virgas adhibe & tortores & laqueos
 & secures, sige cruces & rotarum radios at-
 tolle,

tolle, & quadrigas in diuersum age lacer
huc & illuc membra rapturas: adde ignes &
craticulas prunis impositas, atque oleo vasa
feruentia, & ferarum dentes fame armatos:
adde vncos & gemonias ac tracta pet. vicos
laniata cadauera, & quicquid iniuriæ atque
opprobrij, seu viuum, seu exanime corpuscu-
lū pati potest: dura mors fortasse videbitur,
ignominiosa certè nō fuerit: immo verò nō
nunquam eo clarior quo durior. Itaq; appa-
ratus hic exterior & tumultus, & tubæ, &
carnificum truces vultus & irata vox tyran-
ni, nihil prorsus ad rem, intra te ipsum te re-
flecte, ibi te quære atq; excita, omnibūque
quæ supersunt animi viribus ad extremos
casus accingere, aures ab inuiso strepitu, à
supplicij pompa oculos auerte, tacitūsq; to-
tam animam recollige atq; hortare, resque
ipsas examina non ymbras rerum, tu si mor-
tē ipsam rectis oculis spectare audes, nec
ferrum puto, nec restim, nec liuentes calices,
nec stillantes carnifices horrebis: vanum est
enim ipsum hostem cū contempseris, eius
faleras aut signa metuere. D O L O R. Ignomi-
niosa morte damnatus sum, R A T I O. Sæpe
actor seu delator infamis & obsceni testes
& obscurus iudex, teus autem ipse clarissi-
mus: sæpe ignobilis vulgo mors, nobilis verò
gloriosusq; qui moritur. Iam vt sileam reli-
quos,

quos, quòd & nimis multi & multo impares
sunt, quæ vsquam ignominiosior mors quam
crucis, in qua pepedit eximium illud & præ-
nitidum corli decus, ac terræ, ne tale aliquid
ignominiosum sibi censeat vlla fors homi-
nis. Et quoniã summo nihil est altius, in hoc
desino: omne genus mortis honestare potest
virtus, virtutem nulla mors inquinat.

De morte repentina. Dialog. CXXIII.

DOLOR.

AT repente nimis morior. **R A T.** Paulo-
ante si recolo sensuisse te dicebas, miror
quomodo repentina mors seni est, qui nisi,
non dicam, delirat, sed insanit: semper ante
oculos mortem habet: namq; cùm omni æta-
ti salubriter sit consultum, vt omnem diem
sibi vltimum credat, hoc amplius rite consu-
litur senectuti, vt omnem horã sibi putet ex-
tremam: neq; illud modò nō audiat quod est
apud Tulliũ: nemo tam senex qui se annum
non putet viuere: sed ne id quidẽ quod Sene-
ca ait, dic. DOL. Subitò morior. **R A.** Quid hĩc
dicam, nisi vt repetã quod ille olim summus
hominũ, neq; minor ingenio quàm fortuna,
vno ne integro quidem ante suum obitũ die
quasi iam vorum experientiæ vicinitate præ-
sagens, dum de hoc ageret, repentinam atq;
impro

improvisam mortem commodissimam iudicavit, quod iudicium ab ea videbitur religione dissentiens quæ ab hac morte liberari scixis genibus. Deum orat: neq; ego hanc sententiam ubi sit libertas amplector, aliud tibi nempe cogitandum est, neq; verò hæc optabilem, sed ubi sit tolerabilem mortem dico. Siquidem sapienti quicq; et minus cuncta prouiderit, inopinum nihil accidere posse non ambigitur. Vnde sit ut improvisa mors non sit cuius prouida vita fuit: nam quo pacto rerum maxima negligat, qui parua, qui minima etiam librare sit solitus? Humanis autem in rebus quid mihi maius morte monstraueris, quid par morti? **DOLOR.** Velocissimè mortuor. **R A T I O.** Impræmeditata mors non sit mors, quo velocior eo facilior: et supplicium enim si quod est, utique breue est, sensumque ipsam celeritate proueniens, & morti detrahitur quod est in morte durissimum, metus mortis.

De egrotante extra patriam. Dial. c. xxi. i. i. i.
DOLOR.

A Liena in patria egroto. **R A T.** Quid refert cuius sit patria, egrotando utique tua est. **D O L.** Ludis me, ego extra patriam egroto. **R A T.** Qui extra unam patriam est, intra aliam sit oportet, extra omnem patriam nec egro

ægrotare nec sanus esse quisquā potest. DOL.
 Diuerticula verborum quæris, extra meam
 patriam ægrotō. R A T. Vnum hoc bonum
 huic inest malo, nemo grabatulum tuū pre-
 met, non importuna vxor aut filius, sui uterq;
 sollicitus, negligens tui. Quotiens putas viro
 vxor, patri filius, fratri frater in vltimis labo-
 ranti puluinar iniecerint, & mori adiuerint,
 quem alienigenæ vetuissent. Sæpe ibi maior
 est charitas vbi minor creditur certè nullus
 astantium morbo tuo gaudebit, nullus tibi
 mortē optabit. Quæris causam? Nullus hæ-
 reditatem tuam expectabit: omne in facinus
 spes & cupiditas impellunt, hæc tranquillitas
 non facile tibi in patria cōtigisset: multi stra-
 tum circumstiterent sub officij specie funeri
 inhiantes, quæ cogitatio ægrotati ægritudo,
 nisi fallor, altera est: obsessum hinc lupis hinc
 vulturibus se cernenti: iam cadauer mēte ca-
 ptantibus. D O L. Extra patriam ægrotō. R A.
 Quid scis, forsitan nunc in patriam redis: re-
 ctum & breue iter in patriam est mori. D O L.
 Extra patriam æger sum. R A T. O superua-
 cuæ semper & inanes hominū querelæ, quæ
 verò ardentior extra patriam febris aut du-
 rior sit podagra: malum hoc omne quod vi-
 detur voluntarium est, atq; in vestra positum
 potestate, vt pestes aliæ quascunq; falsa ani-
 mis inuexit opinio.

h h

D o

MORIOR extra patrios fines. R. A. An peregrino id accidit an exuli: iam seu te in his terris visendi discendiq; studium, seu religiosa deuotio detinebat, & gaudendū quod honesto te mors reperit in actu, seu iusta sententia, & ferendum non modò fortiter, sed libenter. Nullo enim melius modo iniusti scelus hominis quàm iusti supplicij spontanea ac tranquilla perpeffione diluitur. Sin potentioris iniuria, neq; id tamen ideo dolendum, sed satis vt arbitror de exilio disputatum est.

DOL. Extra patriam morior. R. A. T. Dicebam modò hoc est in patriā redire, nullus rector trames erat, nullus breuior. An tibi Eudemus ille Cyprius familiaris Aristotelis è memoria lapsus est, de quo & Aristoteles idem scribit & Cicero: qui cū grauer in Thessalia ægrotaret, vidit in somnis se quamprimū egritudine liberandum, & post quinquennium in patriam reuersurum: tyrannum verò vrbs illius, vbi tunc erat, Alexandrum Phæreum illico periturum. Atque ipse paucis post diebus insperatæ reffidit salutis & tyrannus à cognatis esset occisus, atq; ita verā per omnia visionem ratus, promisso tempore reditum in patriam expectaret quinti anni ad finem pugnae Syraculis occubuit, eoque illum

lum modo in patriam suam rediisse somnio-
 rum interpretes dixere, ne qua penitus pars
 somnij falsa esset: ego—quid de somniis sen-
 tirem dixi alibi: de hoc in patriam reditu
 quid occurrerit modò dixerim. D O L O R,
 Extra patriam mori cogor. R A T I O. Dixi
 dū de exilio loqueremur & repeto, aut nemo
 extra patriam moritur aut omnes. Doctis
 quidem viris placuit omnem mundi plagam
 patriam esse, & præsertim forti animo quem
 non huius aut illius partis amor astrinxerit,
 aliis eam tantum vbi bene esset: contra, nul-
 lam hinc esse homini patriam quibusdam vi-
 sum est: illa communis, hæc altior philoso-
 phia est. D O L. Morior procul à patria in qua
 natus sum. R A T. Vbi morieris illa demum
 verior patria tua est: illa te diutius possidebit
 nec vagari sinet & proprium perpetuumque
 incolam sinu amplexa cōstringet: discce hanc
 terram pati quæ te ortum alibi transforma-
 bit in se. D O L. Procul à patria mors me ma-
 net & sepulchrum. R A. Et coelestes illi diuinique
 homines quos vna ætas & eadem media
 mūdi parte genuerat, toto orbe dispersi sunt
 mortibus ac sepulchris. Illū Ephesus, illū Sy-
 ria, illum Persis, illum habet Armenia, illum
 Æthiopes, illum Indi, illum Achaia, illos Ro-
 ma, illum vltima seruat Hispania, quosdam
 tamen ex his loco mortis ablatis esse, nunc

h h a in

in Italix urbibus fama est qua terreni erant
 pars quidem ætherea pridē haud dubiè cœ-
 lum tenet. D O L O R. Extra patriā mori oportet. R A T I O. Quid secundi ordinis viros lo-
 quar? Illum Stridoni Bethleem prius & post
 Roma, illum Gallia Pannonix, atque illum
 Athenis abstulit Parisius, hunc Grecix atque
 hunc Hispanix rapuit Roma, hunc Medio-
 lanum Romæ viuum, hunc defunctum Afri-
 cæ Sardinia, mox Sardinix Ticinum occidē-
 tis duo lucida sydera æqua meritis iūcta ani-
 mis, vicinæ corporibus. qui sunt de quibus
 loquor intelligis, atque ideo multa festinans
 transeo. Sed ne tertij ordinis exemplum de-
 sit. Illum Palestinæ Cyprus tulit, illum Nūr-
 fix Campania, hos Hispanix Itālia illū qui-
 dem Bononia, hunc Patavium. D O L. Intelli-
 go planè singula, sed adhuc inuitus procul à
 patria morior. R A T. Et ego planè causam rei
 huius intelligo, quòd scilicet sanctissimis spi-
 ritibus cælòq; semper hærentibus nullæ iam
 terrenæ patriæ cura esset, quæ nondum tibi
 deposita, sed mihi crede, si cœlo inhias depo-
 nenda est: attingam tamen dehinc alios vir-
 tutis amicos, cœli memores, nondum tamen
 cœli studio terræ oblitos. Samij ossa Pythago-
 rz Metapontus texit. Ciceronem Arpini or-
 tum, Romæ altum, Caietæ sinus exanimem
 vidit. Plinium quem infantem lauit. Archesis,

gran

grandæuum Veseui ciuis extinxit. Virgilium mundo dedit Mantua, Brundisium, siue, vt alij perhibent, Tarentum rapuit, nunc Neapolis tenet. Ovidium Sulmo compegit, Ponticum soluit exilium. Terentium Comicum vt fama est, Carthago genuit, Roma docuit, Archadia sepeliuit. Placcum Horatiū Apulia, Ennium Calabria, Statiū prouincia Narbonensis, Ausonium Vasconia, tres Annæos, siue vt alij volunt, quatuor, duos Senecas videlicet Galionem & Lucanum misit Corduba, & hos omnes, & Plautum Arpinatem, & Lucillum Aruncum, & Pacuuium Brundisium, & Luenaem Aquinatē, & Propertium Vmbrum, & Valeriū Antiatem, & Catullum Veronensem, & Varrum Cremonensem, & Gallum Forliuiensem, & Actium Pisauensem, & Cassium Parmensem, & Claudianum Florentinū, & Persium Volaterranū, & mille alios Roma retinuit, ac magna ex parte humo condidit, Titq. Liuius Patavinus vix seipsum velut ad sepulturam patriæ restituit: sic ex diuerso multos Roma eadem genuit alibi morituros. Orbis terræ quasi domus angusta est & ipse quadrangularis, cuius ab extremo ad extremum transitus, & hic viuere, illic mori. Non pluri est fortibus animis quam pro ratio vsu balneum triclinio seu brumali æstiuum thalamum mutare. Tota est om-

nibus maximèque illustribus alternatio hæc
 originis & sepulchri. DOLOR. Scio sic esse
 extra patriam tamen mœstus, morior. RATIO.
 Nihilò lætior in ea ipsa quam tuam
 dicis patriam moreris, sed indulgetis ætibus
 dolendiq; causas aucupamini, tanquam
 sua illis insit delectatio, quòd si animum
 vulgi erroribus circumuentum sanctæ do-
 ctæque simul ac discretæ paupertatis exem-
 pla non adiuvant, fortunatioribus agam, si
 quod doles regibus ac Cæsaribus accidisse
 monstraui, ductumque clatissimis maxi-
 morum ne hominum fortunam sis recusaturus
 videro. DOLOR. Quid dictura quòs-
 ve in medium prolatura sis sentio: sed quid
 opus est verbis? doleo extra patriam mori,
 mortisque molestiam locus grauat. RATIO.
 Medici manum horres, video, pergam
 tamen, quàm scilicet tu videto, mihi ve-
 rum dixisse ac fideliter monuisse sat fuerit.
 Alexandrum Pella genuit, Babylon peremit,
 Alexandria conditoris sui nomen ac cine-
 rem custodiuit. Alterum Alexandrum Epi-
 ri regis pauperat, Lucius annis obruit. Cy-
 rum Persis regem tulerat, Scythia truncum
 tulit. Marcum Crassum magnūque Pom-
 peium Roma & Romanum imperium om-
 ne suspexerat, quæ viuorum magnitudinem
 tolerasset, utique mortuorum si fors fineret
 suffecta

suffectura cineribus, sed alterum trans Euphratem tellus pressit Assyria, alterum Ægyptiaci gurgitis vnda contorsit. Catoni huic ultimo Roma principium ac nomen, finem cognomenque dedit Utica Cornelios Scipiones Roma progeniit nobilissima & Reipublicæ saluberrima germina quibus seruanda sæpe esset & ornanda, hos sic sua fors distribuit ut duo hi qui dicuntur magni Hispana tellure obruti, superior Africanus Linterni, Nasica Pergami, Lentulus intra Siciliam, seiunctis habitent sepulchris: soli ex hoc numero Asiaticus atque Africanus minor Romæ iaceant, melius quolibet in exilio, iacturi. Ille carcere mulctatus, hic morte. Sic persæpe ubique melius viuas, melius moriari quàm in patria, nusquam durius iaceas quàm domi. Tres Decij, etsi duos tantum fama celebret, extra patriam animosissimè ceciderunt, cum Latinis pugans pater, cum Hetruscis filius, addidit Cicero & cum Pyrrho nepos: quid nunc ex ordine occurrentes eximios duces sequar, omnes Romæ genitos, sed extinctos alibi? Artiliū Regulū pro seruanda patria simul atque hosti fide, quo crudelius, eo gloriosius morientem vidit Africa, & sequenti bello Gaium Flaminium Cortona, Æmilium Paulum Cumæ, Claudium Marcellum Venusiæ,

h h 4

Tibe

Tiberium Gracchum Lucania procumbentem vidit, nulli horum Romæ mori contigit. Dux spes ingentes imperij Romani in ipso ætatis flore succisæ, Drusus & Marcellinus, etsi ambo in patriam reuersi, ambo tamen procul à patria: ille in Germania obiit, hic Baionæ. Quid nunc, tu ne Tarquinio superbior, tu ne potentior Sylla es? Atqui ille Cumis, exul, hic dominus Putcolis expirauit. Quid minores loquar? Augustus Cæsar pater patriæ, extra patriam obiit apud Campaniæ Nolâ. Tiberius dispar moribus imperio par, apud Capaniæ Misenum. Vespasianus ac Titus optimi principes vt patrem & filium decebat, vna & eadem villa, quanuis prope, extra urbem tamen obiere. At Traianus in occidente natus, in oriente defunctus est. Septimus Severus Africa humilem habuit originem, Romæ superbum imperium, Eboraci autem in Britannia sepulturam. Theodosium in Hispaniis ortum, defunctumq; Mediolani, Constantinopolis accepit quæ iam prius aliunde æditum sui nominis possidebat auctorem. Quid de aliis dicam? Eurycurum Sparta profugum: Creta suscepit. Eadem Creta Saturnum regem pulsum à filio abeuntem vidit, Iasidis finibus abditum humatumque audiuit. Africæ lumen Hannibalem tegit vna Bithynica Thescum, The-

mi

mistoclem ac Solonem, tres Athenienſium
 coronas ſic fortuna diſperſit, vt primum Sy-
 rus, ſecundum Perſis, tertium Cyprus ſepe-
 lixer: imparia tantis cadaueribus ſepulchra:
 dies me deficiet ſingulis immorātem, neque
 de hitoriis: obrutere propoſui, ſed monere.
 DOLOR. Teneo, ſed hos omnes & quoscu-
 que enumerare alios potes, extra patriā de-
 functos fateor, ſed volentes nego, dolentēſ.
 que arbitror. RATIO. Vnde hoc tibi niſi quod
 ſtulti omnes, ſecundum ſe alios æſtimant, ne-
 que quod ſibi difficile eſt cuiquam poſſibile
 ſuſpicari poſſunt: & fortasſe illi veteri potius
 prouerbio præbuiſti aurem: bonum eſt pere-
 gre viuere, mori malum, cum vtrunque po-
 tius bonum ſit, modò bene fiat, longanimi-
 ter atque honeſtè: malum vtrunque, ſi malè, ſi
 ſtebilitè atque ignotè dicam quod mireris,
 quodque prouerbio penitus ſit aduerſum, ſi
 qua locorum querimonia inſta eſt, hanc ego
 facilius viuenti promiſerim cuius vtrunque
 forſan interſit, quàm morienti, cui omnis lo-
 ci cura ſapientia eſt iam locis omnibꝰ
 abituro. DOLOR. Tangit animum, adhuc
 tamen in patria morimur. RATIO. Vg-
 luntis humana niſi virtus ac ſapientia illam
 ſuener per ſeipſam indomita & effrenis eſt.
 Quod ſi alius attendas, totum hoc ad te ni-
 hil pertinere fatebere, quando neque hic
 h h s am

amplius esse potes, neq; ossib⁹ tuis superesse
sensus aliquis quo discernant vbi durius aut
mollius cubent, neq; quo tendis aliunde faci-
lius peruenisses aut breuius. Eleganter Ana-
xagoras peregre moriens, an in patriâ referri
vellet amicis interrogantibus, nihil necesse
est, inquit: & adiecit causam: vndiq; enim ad
inferos tantundem via est, quòd responsum
non minus continet ad cœlum ascensuris
quàm casuris ad inferos. DO L. Vtinam do-
mi moterer. R A T. Si illic esses, forsan alibi
esse optares, sic enim habe, & quod viuens
debueras, disce vel moriens, perdifficile est
vobis, ô mortales, morem gerere delicari &
queruli, quibus quod habetis omne vilissi-
mum est semper, & solum id optimum quo
careretis. DO L. O si domi moterer. R A T. Mul-
ta ibi forsitan videres quæ mortem tibi effi-
cerent grauiorem, vnde ideo te semotum
credo vt reiectis curis omnibus deum solum
atque animam cogitares.

De moriente in peccatis. Dialogus, c. xxv. id

duobus personis. D O L. & R A T. c. 2. c. 3. c. 4.

MORIOR in peccatis. R A T. Hæc iam nec
natura; nec fortunæ, sed tua propria
culpa est. DO L. In peccatis morior. R A T. Pri-
mum peccare quis te compulsi? Deinde quis
vetuit commissa diluere? Postremo quis pœ-
cnam

ægrotare nec sanus esse quisquā potest. D O L.
 Diuerticula verborum quæris, extra meam
 patriam ægrotō. R A T. Vnum hoc bonum
 huic inest malo, nemo grabatulum tuū pre-
 met, non importuna vxor aut filius, sui uterq;
 sollicitus, negligens tui. Quotiens putas viro
 vxor, patri filius, fratri frater in vltimis labo-
 ranti puluinar iniecerint, & mori adiuuerint,
 quem alienigenæ vetuissent. Sæpe ibi maior
 est charitas vbi minor creditur certè nullus
 astantium morbo tuo gaudebit, nullus tibi
 mortē optabit. Quæris causam? Nullus hæ-
 reditatem tuam expectabit: omne in facinus
 spes & cupiditas impellunt, hæc tranquillitas
 non facile tibi in patria cōtigisset: multi stra-
 tum circumfisterent sub officij specie funeri
 inhiantes, quæ cogitatio ægrotati ægritudo,
 nisi fallor, altera est: obsecrum hinc lupis hinc
 vulturibus se cernentiam cadauer mēte ca-
 ptantibus. D O L. Extra patriam ægrotō. R A.
 Quid scis, forsitan nunc in patriam redis: re-
 ctum & breue iter in patriam est mori. D O L.
 Extra patriam æger sum. R A T. O superua-
 cuæ semper & inanes hominū querelæ, quæ
 verò ardentior extra patriam febris aut du-
 rior sit podagra: malum hoc omne quod vi-
 detur voluntarium est, atq; in vestra positum
 potestate, ut pestes aliæ quascunq; falsa ani-
 mis inuexit opinio.

h h

D o

dici potest fiat modò quod dicitur, poeniteát, que vel sero? Anceps fateor ac periculosa dilatio, & quæ plurimos fallit qui purgationem animæ quæ festina nimis esse nõ potest, sciētes volentēque procrastinant & in finem trahunt, quo tempore circumuenti & arctati viciniæque mortis attoniti, nihil de conceptis expediunt. De quo quoniam multa dicuntur à vestris, hand impertinens est audire quid hic quoque Virgilius & ipse testis externus dicat, quibus verbis hanc desidiam negle-ctamque confessionem notet, ex illius ore mirabile, vbi apud inferos iudicem illum facie iustitiæ & æquitatis notissimum, qui vt ipse ait castigatq; auditq; dolos subigitque facit: quæ quis apud superos sermo loquutus inani distulit in seram commissa pericula mortem. Sed quantum hoc periculosum adeo sit, nihil tamen desperatione periculosius, nihil peius vestræ salutis hostis invenit. Cetera enim suis cuncta remediis leniuntur, hoc malorum maximum atque vitimum, abeuntem vbi animam oppresserit, nullus iam remedio locus est. Huius ergo cum semper, cum in fine vehementius obstandum est, quod & tunc urgere acius solet, & nihil iam est reliqui quo salutis consilia cunctando reicias. Neque verò te hinc metus arceat, nec te pudor dolorque dilationis impediant, peius est

nun

nunquam quàm ad vesperam expergisci, & omnino quicquid malè differtur, peius omittitur. **DOLOR.** Morior absque vlla spe.

RATIO. Malè ais, immo verò spem proicctam recipe, & admotam pectori totis animæ vlnis amplectere, stringe, conserua. **DOLOR.**

Magnum est peccatum meum valde.

RATIO. Nullum tam magnum peccatum hominis esse potest, quin multo maior misericordia dei sit. **DOL.**

Quis poterit tot peccata dimittere? **RAT.** Et quis putas nisi ille de quo sui hostes admirantes litigabant & quærebant: quis est hic qui etiam peccata dimittit? **DOL.**

Quis tantorum veniam merebitur peccatorum? **RAT.** Nullus fortasse merebitur aut meritus fuit, multis tamen data est gratis, & dabitur, modò sit qui illam fideliter ac reuerenter imploret. Nullam quidem esse remissionem criminum ingentium persuadere aliquid, vt perhibent, Constantino principi voluerunt: at id falsum esse, non modò apud vestros constat, apud quos remissio peccatorum per baptismum, & per poenitentiam nota est; sed apud Paganos etiam fama fuit, falsa licet, quorum morbis ideo inefficax erat medicina, quòd eis nondum medicus cœlestis aduenerat, proinde nisi mundari à peccato animus, & deleri posset iniquitas, frustra id totiens peccator ille primum maximum

mus, postmodū vir sanctissimus precaretur.
DOLOR. Peccati conscientia spem præcidet.
RAT. Peccati memoria poenitentiam ac do-
 lorem animo afferre debet, non utique spem
 auferre: sed vos omni ex parte fallimini, in
 peccato feruidi, post peccatum gelidi: peccā-
 do quidem exultatis, memorādo autem de-
 speratis. Multi passim peccant sub spe veniæ,
 contra verò multi cū peccauerint, veniam
 desperant, & utriusque errant: nam & illis ab
 initio spem damnosam pellere, & his in finē
 salutiferam spem tenere consiliū erat. **DOL.**
 Grauem culpis mors præcipitat, quid agam?
RATIO. Quid nisi quod egisse iam pridem
 decuit, ut infauitā sarcinam festinanter
 abiicias, qua leuatus ibis planē, non præcipi-
 tabere: ibi sique non curuus, non titubans, sed
 erectus certo ac stabili vestigio & spe bona.
 Age ergo ne differas, neu diffidas, est qui ex-
 oratus ab humeris illam tuis transferat qui
 grauiora iam transtulit, cui nil graue nil dif-
 ficile est. Et quanuis pigra dilatio excusatio-
 ne careat, laude non caret emendatio sera
 licet: satius est enim serò, quàm nunquam
 resipiscere: confortare, respira, multos à li-
 mine tartari paucae piz lachrymulz reuoca-
 runt. Stat dexter ad lectuli tui caput, qui
 non solum infecto illi se mundare velle re-
 spondit, sed quadriduano iam fortenti ut
 fug

surgeret, imperavit, réque etiam nunc expectat ut mandari velis ac surgere, non minus ipse hodie quàm tunc pius, nec solito minus potens: adhuc quo in statu mori velis in te est, adhuc sine peccatis mori potes, non quòd peccata non fuerint, sed non erant. Et si enim in præteritis nullum ius nisi obliuionis habere Deum Plinius secundus existimet, habet tamen quòd ille vir curiosissimus non vidit, ius etiam abolitionis, itaque facta licet infecta esse non possint, ex facto tamen oriens peccatum sic deleri potest, ut iam amplius non sit, ita ut sicut scriptum est: quærat^{ur} peccatum & non inueniatur, non quòd se peccati vinculis absolueret potètiæ sit humanæ, sed quòd pie hominum voluntati contritòque cordi diuinum nunquam desit auxilium.

De moriente sollicito quid de patrimonio ac liberis futurum sit. Dialogue CXXVII.

M E T V S.

Q Vid de patrimonio sperem, quid de liberis? **R A T.** Et patrimonium dominos inueniet, & liberis sua fors erit. **M E T.** Quid de tantis diuitiis fiet? **R A T I O.** Ne dubita ne hæredi nimis videantur, nunquam tantæ erunt quin aliquid desit, de his tamen illa viderit quæ res vestras hæcque tam dilo

dilectas opes huc illuc iaculatura contorquet. M E. Quid facient filij? R A T. A terreo patre desertos, in suam curā cœlestis pater accipiet, non relicturus ut tu, neque orphanos factururus: ille eos nutriet & docebit à iuventute eorum, modò dociles se præbeant, & vsque in senectam & senium, vsque ad mortem & sepulchrum non destituet. Spes nascētis hominis deus est, non genitor quanuis diues quanuis rex ille sit. Non est ædificandum in arena, sed in petra: omnis spes de homine brevis & caduca est. Filij igitur tua spe delusi ponent in Deo spem suam, & cantabunt cū David: pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me. Multorum indolem filiorum & virtutum semen mentibus insitum parentum blanditiæ extinxerunt: sicut ex diuerso, molliciē sæpe discussit orbitas ac paupertas. M E. Quo deuenient opes? R A T. Vnde venerunt reuertentur, hoc est ad fortunæ manus: inde rursus ad alios atque alios abituræ apud neminem diu mansuræ. Vagæ sunt enim; stare nesciunt. Néque sine mysterio: rotundam nummi formam opinati sunt, sed volubilitatis indicium esse dixerunt quidam faceret, non inficior, sed non minus triangularis, aut quadra volubilis haberetur, quod attinet ad diuitiarum fluxum, quarum natura est labi assidue ac

volui, odiffe vnus seras arcule, crebris ac variis possessoribus delectari, siue vt rubiginem motu vitent, siue vt fallât circuitione quamplurimos, siue vt cùm dominis suis de instabilitate contendant: hanc tu igitur moriens, vel viuenti superuacuum curam pone, quin si locuples moreris, agnosce fortunæ fidem raram & vsque ad exitum euita, diuitiâsq; iam tibi non necessarias aliis. At si pauper, expeditus proficiscere seu ingêtes seu exiguae seu nullæ opes tibi fuerint, modicum ad te olim post hac verò nil ad te pertinet nisi quod inopem vixisse securius quando laboriosa hæc vitæ vel præsidia vel tormenta mortem quoque sollicitant. M E. Quid erit de filiis? R A T. Erit vbi viuat tuum nomen si sint boni, si qua ea consolatio mortis est, non totus interire videberis; in illorum vultibus inque actibus te sibi redditum amici credet & gaudebunt: at si mali, est cur cupidè deseras quos corrigere nequiuisti & corrigendos ac domandos mundo tradas ac fortunæ, nève illos moriens suspires qui te mori segnius suspirant, & fors ocius mortuum suspirabunt. M E T. Quid de opibus? R A T. Times ne à te dimissæ non sint dominos reperiaturæ? Expectantur, exoptantur, æstimantur, neque tam de contemptu quàm de certamine metuendum: proinde iam nunc hæc diuitiæ tuæ esse debent,

cuius autem sint futuræ, quid filios aspicias?
 Sciri autem non potest quidem nec oportet,
 fate est scire tuas fuisse si fuerunt tuæ, & non
 potius illius rerum dominæ transeuntium atq;
 mortalium quæ fortuna dicitur: sed sic tuas
 dico, hoc est tibi ad breue tempus obsecutas,
 iam verò tempus est abeundi cedendiq; aliis,
 sine illis patumper obsequatur & vicissitudi-
 nē suam seruet, nisi ambitiosè mori (& quod
 stulti quidam fecere.) tua tecum tumulto vis
 inferri, quandoque sepulchrorum effossori-
 bus profutura: denique iam terræ metallq;
 curam proiice, cœlum tandem tēque ipsum
 cogita. **M E T V S.** Opes meæ fugiunt à me.
R A T I O. Putabāsne mansuras cum fugeret
 vita, cum tu ipse continuè rapereris? **M E T.**
 Quid de opibus meis erit postquam meæ
 esse desierint? **R A T I O.** Quid de eis erat an-
 tequam tuæ esse inciperent? **M E.** Opes tan-
 tas linquo nudus abiens. **R A T.** Nudus intra-
 sti, nudus egredere, non est quod queraris,
 sed vnde gratias agas. Alieni vsus medio
 tempore tuus fuit, nil tuum tibi præripitur,
 sed expleto vsu reposcitur alienum: è vicinia
 migrantes aduenæ ultro si quis est pudor
 commodata vasa restitunt. **M E T.** Heu nil
 tantis ex opibus mecum fero. **R A T I O.** Au-
 fer quantum attulisti, vel si mauis, quantum
 reges auferunt. **M E T V S.** Quid impuberes
 nati

nati agent? R A T. Adolescent si vixerint ac senescant, & ipsi suas agent vias fortunamque suam, & labores vitæ obibunt, interim sub tutela dei erunt, & tu forsan sine patre impubes vixisti.

De moriente anxio quid vxor eo mortuo sit actura. Dial. CXXVIII.

M E T V S.

Q Vid dilecta vxor post me faciet? R A T. Nubet forsitan, quid ad te? M E T. Quid faciet chara vxor? R A. Tuo iugo absoluta, vel subibit aliud, vel libera ceruice vagabitur, vel iam fessa subsistet & quiete sola meditabitur. M E T. Quid agat vxor amantissima? R A T. Quid cum te euaserit actura sit cogitas, cum tibi subiecta quid egerit nescias? Magna pars mortalium, quid domi suæ fiat nescia, quid in cælo agatur, quidve in terris sit agendum quærit. Sanè quid deinceps agat vxor, ipsa eadem vel maritus alter viderit, ad te amplius cura ista non pertinet. M E T. Vereor ne post meum obitum nubat coniunx. R A T. Quædam viuentibus viris nubunt. Fecit hoc apud Hebræos Herodias, apud Aphros Sophonisba, apud Romanos Martia & Liuia, quanuis has duas virorum consensus ac iussus excuset: tuæ vni viro licet mortuo nubere non licebit? Atqui paucæ viuus

coniugibus fidem præstant, tu gelido etiam cineri fidem poscis? Si fida tibi vsq; ad diem vitæ ultimum vxor fuit, quid ni totum coniugalis fidei munus implenerit? **M E T.** Ne secundo vxor nubat metuo. **R A.** Ne primo nuberet, magis forsitan metuendum erat : id ad te pertinet, hoc ad alterum pertinebit. Sic est autem, metuenda contemnitis, spernenda metuitis, nil in rebus iusto precio æstimatis. Maritalis thori duellum securus intrasti non cogitās quid periculi adires, id intrare alium times? **M E.** Nollem fateor vxorem alteri nubere. **R A.** Perfectæ quidem pudicitix secundæ nuptiæ quantū licet fateor vitandæ sunt, sed vitanda magis periculosa viduitas. Est. ubi nubere non tantum permittitur, sed oportet. Difficile est formosam solam castè viuere. **M E.** Dulcis alteri coniunx nuber. **R A T.** Raræ sunt earum etiam quas honestas dicunt, quibus non super præsentē coniugem, alter iam animo desponsatus sit. Mortalis mihi, inquit, vir est, quid si hic obeat, num ille, mihi aut ille erit aptissimus, quæ virtus, quem nobilitas, quem gratia, quem facundia, quem forma conciliet? **M E T.** Vxor meâ nuberet alteri. **R A T.** Tua quidem vxor minimè : ne tua enim sit amplius mors faciet : nec mirabere si coniuges separat quæ corpus atque animæ vincula dissoluit. **M E T.** Nuber iterum vxor mea,

mea. R A T. Et Romanorum ducum nupsere iterum vxores, fer communem cum maioribus fortunam. M E. Nubet vxor alteri. R A. Et Romani duces & principes viduas duxere: & sanctissimus rex Dauid viduas duas in coniugium duxit, quæ minorum fuerat vxores, & fortasse te maior aliquis tuam ducet, hanc tu illi tum linque sollicitudinem qui eò pergis vbi non nubitur. M E T. Nubet alteri dulcis vxor. R A T. Si meliori nupsit, gratulare prosperitati eius quã amasti. Sin peiori, gaude saltem quòd tu illi iam notior chariorque futurus sis. Multæ primos viros nosse ac diligere secundo demum matrimonio didicerunt.

De moriente sollicito qui post se patriam euenturum sit. Dialo-

gus CXXIX.

M E T V S.

Quid post me de patria mea erit? R A. Bonorum omnium patria vna est, & maiorum altera, harum cui te ascribi in ciuem feceris videto: tertia enim patria nulla est, sed diuersorium aut transitus. M E. Quid de patria mea erit? R A. Patria illa quam petis, vno semper in statu est: ista quã deseris (quod sæpe iam diximus) non patria, sed exilium tuum fuit. M E T. Quid patria post me ager? R A. Regia cogitatio esse solet, quid post se

regnis atque urbibus euenturum sit, qualem fuisse legis aut magnæ illi regi Assyriæ, aut Romano illi principum maximo, priuatam fortunâ hæc cura supereminet. Quâdo verò ad vltimum sic affectus es, vt illam miseriæ officinam atque illud hospitium doloris vbi rapidum vitæ tempus multis in laboribus, ne dicam gemitibus, exegisti, patriâ nunc etiam tuam voces: & vis scire quid actura sit, dicam: faciet nempe quod fecit & quod faciunt aliæ: at quid, inquires? Tumultuabitur, dissidabit, nouarum rerum sectabitur & partium simulcrates, mutabit dominos, innouabit leges, vtrumque sæpe in peius, in melius raro: calcabit præterea egregios ciues, attollet indignos, pellet immeritos, prædones ærarij colet, blâdos diliger, veridicos oderit, bonos spernet, venerabitur potentes, libertatis hostes adorabit, defensores reipublicæ persequetur, flebit ac ridebit inaniter, aurû gemmasq; mirabitur, virtutes abiiciet, amplexabitur voluptates, hi sunt mores urbium. Nemo tibi non certus horum vates fuerit, nisi qui semper rure vixerit, vel obtusis auribus ac oculis vrbes intrauerit. M. E. T. V. S. Quid post me patriæ accidet? R. A. T. Quid sollicitus, quidve anxius es? quicquid patriæ acciderit, tuâ iam domus ab incendijs, à furibus, à ruinis tuta erit. Nihil ad te pestilens annus,

nihil

nihil annus exuberans, nihil æstus, nihil siccitas, nihil imbres ac grandines niuësque & glacies & nimium gelu, nihil feræ vel volucres, nihil bruchus aut locusta, nihil denique terræmotus ac fremitus procellarum, nihil annonæ caritas, nihil hostium incurfus aut bella ciuilia. METVS: O quis patriæ status erit, seu quis demum finis? RAT. Quis putas nisi qui maximarum urbium fuit, quique omnium erit, puluis, cinis, sparsi lapides, nudum nomen? Possem id innumeris argumentis ostendere, sed rem tenes. Ad summam: nil ab homine sit æternum nil humanum, præter animam, immortale. Cœpta desinent, fata deficiunt, structa ruunt, quid plus æquo angeris, quid æstuas? si in cœlo eris & hoc ipsum & mortalia cuncta despicias: nam qui ad inferos descendunt, charitate amissa, Deum atque homines deique opera simul atque hominum odisse credibile est.

De studio sumæ anxio in morte. Dialogus. CXXX.

DOLOR.

Quid de me post fata dicent homines? RAT. Intempestiua sollicitudo, hoc à iuuentute prouisum esse debuit: qualis ferè vita hominum talis est fama. DOL. Quid de me loquentur? RAT. Quid respondeam nisi

ii 4

illud

illud doctissimi atque omnium eloquentissimi Ciceronis : quid de te alij loquantur ipsi viderint, sed loquentur tamen : sermo autem omnis ille angustiis cingitur his regionum quas vides, nec vnquam de vllō perēnis fuit, sed obruitur hominum interitu & obliuione posteritatis exstinguitur. D O L. Quid de me dicent homines qui post me nascentur? R A T. Dicerem aliter ista quàm Cicero si melius dici posse crederem Quid autem, inquit, interest ab his qui postea nascentur sermonem fore de te, cū ab his nullus fuerit qui ante te sunt nati? Vnum addidit quod tunc forsā dubitabile, forsā falsum, nunc certissimum & absq; vlla prorsus hāsitatione verissimum est. Qui nec pauciores, inquit, & certē meliores fuerunt viri: nam quis est oro iam qui dubitet nunquam quales fuerint, futuros homines? ita in peius inclinata sunt omnia ruinaeque proxima. Cura ergo mirabilis ignotorum atque imparium dicta metuere, cū excellentium ac votorum opiniones ac verba contempseris. D O L. Quae mihi fama erit extincto? R A. Facile melior quàm viuenti cū siluerit liuor. Rarō enim vitæ hominum superstes inuidia est : vt autem virtus radix est gloriæ, sic deceptrix inuidia, vtque liuidus pollex præsens impedit, sic amorus veræ laudis restituit incrementum : itaque multis busti
limen

limen inuidiæ inaccessum magnæ gloriæ vestibulum fuit. D O L. Quantum me longa manet fama? R A T I O. Longa forsitan ut vos longum dicitis, verè autem apud vos nihil est longum. ut verò non modò longa sint omnia, sed æterna, sola virtus efficere potens est, præcipueque iustitia, de qua scriptum est: in memoria æterna erit iustus, quod ut potuit, poëta vester expressit, ubi ait: sed famam extendere factis, hoc virtutis opus est. D O L. Quali post obitum fama ero? R A T I O. Quid refert quale sit quod mox vel nescies vel contemnes? Quid ad te hominum flatus dum tu flatu cariturus sis? Spirantem vesci delectarique auris non miror, at defunctum stupeo. D O. Quid de me post obitum dicetur? R A. Et quid putas nisi quod mereberis bonum, malum, multum, parum, nihil, in quibusdam mendax, sed in pluribus verax fama est, alioquin longa utique non est, diuturnitatis fundamentum veritas, ruinosum atque imbecille mendacium. D O L O R. Qualis mihi post exitum fama erit? R A T I O. Qualis ante exitum fuit vita, nec minus in exitu. De hoc ergo tempus omne præteritum, sed imprimis præsens hora viderit. Sic enim habeto quali quisque dignus sit fama post mortem nulla re melius quàm morte censi, quippe cum multos per omnem vitam in-

glorios & obscuros, sola (dictu mirabile)
mors illustret.

De moriente sine filijs. Dialogus CXXXI.

DOLOR.

Sine filiis morior. **RAT.** Eo alacrior mori
debes atque expeditior proficisci, nil post
tergum linquens quod te vellicet. Ille ingens
morientium dolor cessat ex commiseratione
oriens deferendæ prolis, immaturæ præfer-
tim & paterno præsidio indigentis, perque
ætatem inopiâque consilij & iniuriis & ca-
sibus multis expositæ. **DOL.** Nati quos opta-
bam sperabamque superstites præcesserunt.
RAT. Habes ad quos ire cupias, non à qui-
bus doleas abire, non exiguum solamen. **DOL.**
R. Mors acerba filiorum orbus ut moriat
cogit. **RAT.** Hoc si miserum censes, quid est
quod vel orbum mori cogat vel vixisse coë-
gerit, cum vnde tibi filios eligas, ingenuo-
rum iuuenum tanta sit copia, eo fortassis ob-
sequatiorēs & tui amantiores habiturus
quàm quos tuo de sanguine genuisses, quod
illos casu quodam, hos certo iudicio quæsi-
uisti? Filij illi antequam noti, hi autem noti
& dilecti & electi antequam filij. Itaque to-
tum illi hoc naturæ, hi beneficio tuo impu-
tent quod filij tui sint, vnde fit ut sæpe hæc
fuerit fausta successio cui tuò non medio-
cre

ere tantum patrimonium, sed summum imperium crederetur. Nosti ut Iulius Cæsar prole carens, sibi Augustum, ille Tyberium penè inuitus quidem, ut post Nerua Vlpium Traianum, ille Elium Hadrianum, ut is rursus Antonium pium, ille Marcum Aurelium sibi filium fecit, fecissetque ille alium quemcunque scèlicius quàm Commodum genuisset, nulli commodum, cunctis incommodum, vnicū tanti patris infortunium, vnumque ex paucis Romani imperij probrum ingens atque apertissimum argumētum, quanto adoptio sit scèlicior genitura, quòd cum primi ex ordine diu ac scèliciter imperassent hic tantorum vestigiis ducū spretis iter denum ingressus, breui & turpi nō imperio, sed tyrannide, cum rempublicā scèdasset, misero quidem, sed se digno fine procubuit, publicūque ludibriū in se vertit. Iam inde præterea ante hos longè secundum illud fulmen belli Punici, maleūque Carthaginis Africani illius magni filius in decus gētis assumpsit, hoc scilicet fato, ut quam urbem auus concusserat, hanc nepos eius euerteret, ut Florus ait historicus, ex Æmilia in Corneliā familiam translatus, vtriusque decus vltimum fateor non minimum. Ex his vides quòd nec tibi nec principi deesse filius potest, quòdque est optimum: bonis bonā non desit
ele

electio, quæ si adsit, talem tibi fortasse filium dabit, qualem non dedisset vxor, & votium matrimonij effectum coniugalibus expeditus vinculis inuenies, sic naturæ defectui lex prouidit. D O L. Quomodo nunc domui meæ disponam? orbus morior. R A T. Magnam verò pietatis, magnam laudis oblatam tibi ne respuas materiam, & quod filiis forsitan ingratum ac vel malè cumulatū, vel quoniam vterq; mos est in vsus pessimos versuris breuūq; omnia profusuris conferre decreueras, confer honestius, confer utilius, confer stabilius. Pergami quidem rex Attalus, populum Romanum nec egentem certè, & Asiaticis profectò diuitiis corrumpendum testamento sibi hæredem fecit: ego tibi alium populum, quem instituas ostendam: hinc te amicorum, hinc egentium turba circumstant, ex vtraq; tibi filios adoptare permittaris, quorum alij te digressum dulci secum commemoratione detineant, alij te quò pergis pia præcum festinatione præueniant, ut quæ hic erogaueris, illis centuplicata reperias, scæus vberissimū certissimūq; viaticum iter istud acturis. D O L. Morienti mihi nullus est filius. R A T. Quid si multi essent, an ex his tibi, seu custodem domus ac pecuniæ, quæ tua certè amplius non erit, eligeres, seu in prælio mortis arbutam ipsum quoque mortalem, seu deni

denique comitem ad sepulchrum, vltra enim nec te tui quidem comitentur, nec Metellum sui: brevis à lectulo mortis ad sepulchrū via est; quid refert an hīc solus iaceas, an ibi? Frivolè prorsus & ineptæ causæ filios optandi; nam si in illis, vt vulgo dicitur, seruari ac perpetuari tuum nomē optabas, ipse quoq; vulgariter fallebaris. Siquidem filiorum obscuritas profectò creberrima nec illustrare ipsa vtiq; nec seruare paternum potest nomen: at perrara filiorum claritas, vt ipsos semper filios claros facit, sic parentes interdum vicinitate sua contegit obscuratq;, quasi minora sol sydera, quod nusquam euentius quàm in Iulij Cæsaris patre cognoscitur, quem penè ignotum filij spēdor fecit. Et ad summam, quisquis in filio sui nominis spem reponit, rem pertennem labilemque in vase fictili locat ac ruinoso, quódque est inconsultius non suo, ré maioris apud vulgus quàm apud doctos precij, neutris tamen contemnendam, sed cum honestius, tum certius locandam in suis incorruptibilibus vasis ac solidis, in virtute propria, in rebus gestis, in literis. D O L
 Sine natis morior. R A T. Non sunt in quos tuæ sese spargant curæ, in te versæ omnes, quo instructior liberiorq; digrediere, te vnū respiciens, te metiens. Sis quàm miser & quàm, miser
 fœlix moriari, nec incertus moreris, an vel

miseriæ sit addendū, vel fœlicitati detrahendum tuæ, aliena seu turpitudine seu fortuna, & si enim aliis aliter videatur, in quorū ego sententiam sum pronior, vt magnis tamen scimus visum esse philosophis, filiorū euentibus imminuitur paterna fœlicitas. Imbecille bonum quod in crastinū prominet & pendet ex altero, quòd si opinionē hanc admittimus, quid hinc sit intelligis, dubitari enim, nequit quin multi fœlicius obituri fuerint, si sine filiis obiissent.

De moriente qui metuit insepultus abiici.

Dialog. CXXXII.

M E T V S.

INsepultus abiiciar. R A T. Alitibus inuides, an feris, an piscibus? nam si metuis tibi baculum seu custodem iuxta te poni tūbe, quòd cadauere depellantur. M E T. Ludis in malis meis, nam profectò nil sentiam. R A T. Quid igitur times quod nō sentias? Nam si sentias probes, sentientem enim sepelire necare est. M E T. Inhumatus iacebo. R A T. Iō. Tu nisi te tellus preßerit illam premes, te nisi terra cōtexerit cœlum teget. Notum est illud: cœlo regitur, qui nō habet urnam. Illud quoq; notissimum: facilis iactura sepulchri: facilis inquam sic, vt nulla facilior. M E T. Inhumatus ero, graue dictu. R A T. Dictu nescio, re autē profectò leuissimum, multoq;ue tolerabilius sepul

sepulchro exui quàm domo quàm lodice
quàm sagulo. **M E T.** Inhumatus ero, fœdum
visu. **R A T I O.** Fœdum fortasse aliis, tibi au-
tem nihil minus. Omnem quidem sepultu-
ram non nisi viuorum causa institutam esse,
doctorum omnium auctoritas & res ipsa cō-
sentiunt: idque sic esse sepulchrorum species
iudicio est, quæ introrsus inculta & horrida
rude incolis suis saxū obiiicit, exterius multa
impensa & artificum ingenio elaborata mar-
moreas spectantibus atque aureas prætendit
imagines. **M E T.** Insepultus ero, turpe aspectu.

R A T I O. Parum ne oro negocij tui habes, ni
suscipias alienum? Prouideât quos res tãgit,
hanc tu enim turpitudinem non videbis. **M E T.**
Insepultus linquar, miserum. **R A T.** Et ma-
gnus Pompeius tantus vir insepultus iacuit:
immo nec iacuit, sed iactatus est fluctibus
obrutusq;. Neq; adeo te delirum reor, vt opi-
nionem tua factus ille fœlicior sit sepulchro;
sicut nec collega eius Marcus Crassus in-
fœlicior, quòd qui eum sepeliri inberet, ne-
mo affuit. In reliquis enim penè pares exi-
tu fuere, nisi quod Crassi caput vt dicissi-
mum auarissimumque omnium decebat, au-
po grauius fuit seruatum, tamen vtrunque
ludibrio, nisi fortè tertius horum collega fœ-
licior, quòd altissimi atq; pulcherrimi colossi
situs in vertice ostenditur, celsa etiam tem-
pla

pla despectans, bello quidem fortunatiorem fateor, busto negem: sic hoc saxum illo pulchrius fateri oportet nō foelicius. Quæ enim ista foelicitas non sentientis seu saxi seu saxo abditæ? Alioquin si sepulchro foelix sit, nemo foelicior Mausolo. MET. Inhumatus ero. RA. Inhumati essent Paulus Æmilius & Claudius Marcellus tales viri, nisi hostis illos infestissimus sepelisset, admiratione virtutis, nisi fallor, & verecundia victus, non pietate vlla, quæ in illius viri præcordiis nulla fuerat: vt sepulturam ego illam penè inuisam futurā ipsis arbitrer sepultis, & si eis optio data esset, inhumatos se iacere maluisse. Insepultus quoq; Cyrus iacuit Persarum rex, neq; id sibi neque vter Scythicus infamiae fuit, sed eruenti mores, quibus acerrimam illam exprobrationem iniuriāq; promeruit. Quid verò nunc singula nuda cadauera colligo, & vel Romanos principes vel externos reges, non solum sepulchri ultimo & optato quidem, sed inani honore spoliatos, quin etiā laceratos disceptosq; & membratim sparsos, vt inuidiosam diceres integro cadauere iacuisse, cum obuersentur animis inhumatarum strages gentium, atque, vt ita dixerim, insepultus orbis? nempe cum ipso quem dicebam Cyro, ducēta Persarum milia, & cum Crasso sexdecim florentissimæ legiones, & ad

ad Cānas Romanorum ciuium ac sociorum octogintaquinq; & eo amplius milia, quinquaginta sex milia Poruorum, Hispanorum, Ligurum & Gallorum ad Metanrū amnem ipso cum duce hostium, & ad aquas Sextias, (id est loco nomen) ducēta Theutonū haud procul ab Alpibus, vtrobiq; duce Mario, centum quinquaginta vt quidam sunt auctores, & qui minus dicunt sexaginta non amplius Cimbrorum milia insepulta iacuerunt. Apud Philippos verò regum gentiūmq; omnium auxilia & Italici sanguinis flos vigorque, sic placitū superis hoc sepulchro carentes, campos Æmonios ferasq; & vultures impinguerunt. Quid ad Egates insulas deleta Carthaginensium classis? Quid Massiliensium ante portus sui hostia, inq; ipso fidelis patriæ prospectu? Quid (ne semper Italos labores loquar) classis Athenientium ante urbem Syracusiam demersa quale habuit sepulchrū? Sileo Salaminam & Marathonem trecentaq; milia illic fusa Persarum, & si alij duplo amplius dicam. Transeo Hebræorum confictationes Scytharumq; & Amazonidum, Arabūque & Parthorum prælia & Medorum. Prætereo Alexandri Macedonis in Oriente victorias stragēsq; illas incernium populorum. Pestes taceo tales, sæpe vt cadauer charum licet abstraxisse parumper pietas fuerit.

kk Incur

Incurfus quoq; serpentum atq; immanium
 beluarum, quarum impetū Dicæarchus do-
 cet, vt ait Cicero, quædam hominum genera
 esse cōsumpta. Tempeſtates præterea & quo-
 tidiana naufragia: nam qui flammis percunt
 non egētes buſti dixeris. Omitto furores do-
 meſticos inſteſtināmq; diſcordiā, de qua di-
 ctum eſt: bellum ciuile ſepulturam vix duci-
 bus præſtare poteſt, quod de externo verius
 etiam eſt bello. Nec ruinas urbium ſequor,
 Troiæ, Hieroſolymę, Carthaginiſ, Corinthi,
 Numantiæ ac Sagunti, aliarumque multa-
 rum vbi magna pars ciuium muris oppreſſa
 labentibus & ſic patriæ conſepulta eſt. Mitto
 deniq; terræmotus quibus multi ſæpe mo-
 rales obruti, pro ſepulchro torum terræ ma-
 tris vterum habuerunt, quod cum olim nu-
 perq; crebrum malum fuerit diuerſis in lo-
 cis, nuſquam tamen quam in Aſia inſignius,
 vbi duodecim vrbes vno die, horrificis terræ
 hiatibus hauſtæ memorantur: hæc tam mul-
 ta dixerim, vt ridiculū tibi metum eripiam,
 qui morte magis damnum metuis ſepulchri,
 atque illud huic vni corpusculo deeſſe ſers
 grauiter, quod tam multis hominum & bel-
 latorum, & quod fuit indignius ſanctorum
 inſuper millibus deſuiſſe cōpertum eſt. M E-
 T V S. Deſuncto mihi terra negabitur, præ-
 durum. R A T I O. Non id durum, ſed tu mol-
 lis

lis qui nec sentiens lædi queas. M E T. Mortuo mihi terra negabitur, indignum. R A T. Quid ita, illane tibi igitur an tu illi debitus? Atqui terra tibi fortasse negabitur, nō tu terræ, poterit bustum tibi casus aliquis vel iniuria hostilis eripere: tu ē terra veniens in terram redeas oportet: id tibi domini tui ore prædictum falsum esse non potest. M E T V S. Non me gremio tellus teget, R A T I O. At tu illam teges nudo corpore, quid ad te plus hoc post mortem pertinebit quā nunc pertinet? Vbi olim vnguine aut crinium excrementa, vbi febris erutum sanguinem, vbi deniq; puerilis tunicæ seu fasciæ infantilis fragmenta dimiseris? An oblitus es Theodori Cyrenæi apud Tullium elegans responsum, cui cū Lysimachus rex mortem crucis, vt auguror minaretur: istis quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis, Theodori quidem nihil interest humi ne an sublimē putrescat; te nisi tellus sinu excipiat ac superficie sustinebit, hinc te gramina vestiant, hinc ornabunt flores læti hospite, hinc te imbres madefacient, hinc sol vret, hinc glacies stringet, hinc mouebunt auræ, & fortasse naturalius fuerit vt compactum ex quatuor elementis corpus in toridem resoluatur. M E T V S. Inhumatus linquor, horridum auditu. R A T. In opinione horror nō in re, quan-

doquidem apud alios horridum terra regi,
 pulchrum igne cōsumi, quod maioribus ve-
 stris visum scimus: apud alios pulchrum à fe-
 ris aut canibus laniari: innumeri de hac re
 sunt gentium ritus, quos curiosius à Crispo
 collectos strinxit Cicero: tu nuda iacebis hu-
 mo: ast illū premit lapis horridus, illum pu-
 tres glebæ obruent, illū mersum voluent vn-
 da: illum venti pendulum agitabunt, grando
 feriet, lacerabunt corui, demum preciosissi-
 mē conditos ac velatos purpura, vermes ro-
 dent: quīdnam verò habet amplius qui mar-
 more regitur atq; auro, quàm qui flens apud
 poëtam ait: nunc me fluctus habet versantq;
 in littore venti? Et si ille erroris publici mo-
 rem sequēs iniici sibi terram horret, nisi for-
 tē nunc etiā fabulis acquiescis anilibus, cen-
 tum annos errare animas insepultorum ho-
 minum circa Tartarei amnis ripam, quas sa-
 na utiq; ac religiosa mens respuit. **M E T.** Bu-
 stum mihi patrium eripitur. **R A T.** Patrius ce-
 spes si relinquitur, bene est, habes quod tibi
 Phocion vir magnus: inuideat, quem eiudem
 de se aliter meritum ingrata Athenarū vrbs
 defunctum quoq; suis finibus expulit, inau-
 dita crudelitas. **M E T.** Insepultus abiiciar. **R A.**
 Age res tuas, curam hanc relinq; viventibus.

F I N I S.



INDEX DIALOGORVM

OMNIVM QVI IN LIBRIS

F. Petrarchæ de remediis
vtriusque fortunæ
continentur.

* * *

D E etate florida.	fol. 16
De forma corporis.	21
De valetudine corporis.	25
De sanitate restituta.	28
De viribus corporis.	29
De velocitate corporis.	30
De ingenio.	31
De memoria.	33
De eloquentia.	36
De virtute.	40
De virtutis opinione.	48
De sapientia.	46
De religione.	51
De libertate.	53
De patria gloriosa.	56
De origine generosa.	63
De origine fortunata.	69
De lauro victo.	70
De conuiuio.	76
De vestitu cultuque corporis insigni.	82
De ocio & quiete.	85

kk ; De

I N D E X

<i>De suauitodore.</i>	91
<i>De cantu & dulcedine musica.</i>	96
<i>De choreis & tripudiis.</i>	100
<i>De pile ludo.</i>	105
<i>De ludo alea & calculorum.</i>	106
<i>De ludo taxillorum prospero.</i>	109
<i>De histrionum iocis.</i>	113
<i>De ludis palæstricis.</i>	116
<i>De variis spectaculis.</i>	120
<i>De equis.</i>	126
<i>De venatu & aucupio.</i>	131
<i>De numeroſo famulatu.</i>	134
<i>De magnificentia adium.</i>	138
<i>De arcibus validis & munitis.</i>	140
<i>De suppellectili preciosa.</i>	143
<i>De gemmis & margaritis.</i>	145
<i>De gemmarum poculis.</i>	156
<i>De gemmarum signis.</i>	163
<i>De tabulis pictis.</i>	165
<i>De statuis.</i>	168
<i>De vasis Corinthiis.</i>	172
<i>De librorum copia.</i>	177
<i>De scriptorum fama.</i>	184
<i>De magisterio.</i>	190
<i>De variis titulis studiorum.</i>	191
<i>De titulis negociorum.</i>	196
<i>De titulis bellorum, militia & ducatu.</i>	199
<i>De amicitis regum.</i>	201
<i>De amicorum abundantia.</i>	204
<i>De</i>	

DIALOGORVM.

De amicis incognitis nisi per famam.	209
De amico vnico & fideli.	211
De diuitiarum copia.	215
De inuentione aurisodine.	218
De inuentione thesauri.	219
De fœnore.	221
De agro fertilis & excolto.	223
De viridariis.	227
De gregibus & armentis.	231
De elephantibus & camelis.	233
De simis & ludicris animalibus.	235
De pæuonibus, pullis, gallinis, apibus & columbis.	236
De piscinis.	238
De auariis, auibusque loquacibus & canoris.	241
De coniugij claritate.	247
De formosa vxore.	250
De vxore fœcunda & facunda.	252
De optima dote.	253
De gratis amoribus.	256
De ortu filiorum.	266
De filio infante festiuo.	268
De insigni natorum forma.	270
De filij fortitudine ac magnanimitate.	273
De filie castitate.	275
De optimo genere.	276
De secundis nuptiis.	277
De natorum coniugio.	279

<i>De nepotibus.</i>	282
<i>De filiis adoptiui & prinigni.</i>	284
<i>De excellenti praeceptore.</i>	286
<i>De insigni discipulo.</i>	288
<i>De patre bono.</i>	290
<i>De matre amantiſſima.</i>	291
<i>De fratribus bonis, piisque fororibus ac formosis.</i>	293
<i>De bono domino.</i>	296
<i>De serenitate aëris.</i>	300
<i>De prospera navigatione.</i>	301
<i>De rotunda portus apprehensione.</i>	302
<i>De carceris exitu.</i>	304
<i>De tranquillo statu.</i>	306
<i>De potentia.</i>	311
<i>De gloria.</i>	313
<i>De beneficiis in multos collatis.</i>	316
<i>De amore populi.</i>	320
<i>De occupata tyrannide.</i>	322
<i>De regno & imperio.</i>	326
<i>De exercitu armato.</i>	339
<i>De classe instructa.</i>	342
<i>De machinis & balistis.</i>	343
<i>De thesauro reposito.</i>	346
<i>De vindicta.</i>	347
<i>De spe vincendi.</i>	353
<i>De victoria.</i>	355
<i>De inimici morte.</i>	357
<i>De spe pacis.</i>	359
	De

DIALOGORVM.

<i>De pace & induciis.</i>	362
<i>De pontificatu.</i>	365
<i>De felicitate.</i>	369
<i>De spe bona.</i>	373
<i>De hereditatis expectatione.</i>	377
<i>De alchimia.</i>	381
<i>De promissu aruspicum.</i>	384
<i>De lato rumore.</i>	390
<i>De expectatione filij vel amici vel villici vel uxoris.</i>	392
<i>De expectatione meliorum temporum.</i>	397
<i>De sperato Principis aduentu.</i>	399
<i>De fama spe post obitum.</i>	401
<i>De gloria ex edificij sperata.</i>	403
<i>De sperata gloria ex conuictu.</i>	407
<i>De multiplici spe.</i>	408
<i>De pace animi sperata.</i>	410
<i>De spe vite aeternae.</i>	411

DIALOGORVM

libri secundi index.

D <i>E doformitate corporis.</i>	fol. 435
<i>De imbecillitate.</i>	439
<i>De aduersa valetudine.</i>	441
<i>De ignobili patria.</i>	443
<i>De originis obscuritate.</i>	446
k k s	De

<i>De obscæna origine.</i>	453
<i>De seruitute.</i>	458
<i>De paupertate.</i>	464
<i>De damno passo.</i>	466
<i>De tenui victu.</i>	476
<i>De originali inopia.</i>	479
<i>De numerosa prolis gravi sarcina.</i>	481
<i>De amissa pecunia.</i>	486
<i>De vadimonto.</i>	498
<i>De amissione temporis.</i>	501
<i>De aduerso ludo taxillorum.</i>	505
<i>De sponsa alteri adiudicata.</i>	505
<i>De vxoris amissione.</i>	508
<i>De importuna vxore.</i>	512
<i>De raptu coniugis.</i>	514
<i>De impudica vxore.</i>	515
<i>De vxore sterili.</i>	523
<i>De filia impudica.</i>	524
<i>De aduentitio dedecore.</i>	526
<i>De infamia.</i>	528
<i>De quaesito ex indignis laudibus pudore.</i>	534
<i>De amicis infidelibus.</i>	536
<i>De ingratis.</i>	538
<i>De seruis malis.</i>	542
<i>De seruis fugitiuis.</i>	546
<i>De vicinis importunis.</i>	548
<i>De inimicis.</i>	550
<i>De precepta facultate vindictæ.</i>	552
<i>De odio populari.</i>	555
<i>De</i>	

DIALOGVM.

De inuidia passiue.	556
De contemptu.	557
De promissi muneris tarditate.	560
De repulsi.	561
De iniusto domino.	564
De indocte preceptore.	569
De discipulo indocili ac superbo.	570
De nouerca.	573
De dote paterna.	574
De contumaci filio.	578
De discordi fratre.	580
De amisso patre.	582
De amissa matre.	583
De amisso filio.	584
De infantis filij casu misero.	588
De filio qui alienus inuentus est.	589
De amisso fratre.	593
De morte amici.	597
De absentia amicorum.	600
De graui naufragio.	603
De incendio.	605
De graui negotio ac labore.	607
De duro itinere.	610
De sterilitate annua.	614
De villico malo & superbo.	617
De furtis.	619
De rapinis.	621
De dolo malo.	622
De habitatione angusta.	625
De	



I N D E X

<i>De carcere.</i>	626
<i>De tormentis.</i>	629
<i>De iniusto iudicio.</i>	631
<i>De exilio.</i>	635
<i>De obsessa patria.</i>	640
<i>De patria eversa.</i>	644
<i>De metu perdendi in bello.</i>	646
<i>De stulto & temerario collega.</i>	647
<i>De inconsulto & precipiti magistro militia.</i>	649
<i>De infauſto pralio.</i>	650
<i>De bello civili.</i>	654
<i>De discordia animi fluctuantis.</i>	656
<i>De ambiguo statu.</i>	660
<i>De vulneribus acceptis.</i>	661
<i>De rege sine filio.</i>	666
<i>De regno amisso.</i>	667
<i>De proditione.</i>	672
<i>De amissa tyrannide.</i>	674
<i>De perditis arcibus.</i>	681
<i>De senectute.</i>	684
<i>De podagra.</i>	697
<i>De scabie.</i>	701
<i>De vigilia.</i>	702
<i>De inquietudine somniorum.</i>	704
<i>De celebritate nominis importuna.</i>	706
<i>De dolore ex malis moribus hominum concepto.</i>	
711	
<i>De minutis radiis rerum variarum.</i>	713
<i>De terramotu.</i>	726
	De

D I A L O G O R U M.

<i>De peste latissimè saiente.</i>	730
<i>De tristitia & miseria.</i>	731
<i>De dentium agitudine.</i>	741
<i>De agitudine tiliarum.</i>	743
<i>De cecitate.</i>	745
<i>De auditu perduto.</i>	752
<i>De tadio vite.</i>	753
<i>De gravitate corporis.</i>	757
<i>De graui ingenij tarditate.</i>	759
<i>De inopi & infirma memoria.</i>	761
<i>De eloquentia defectu.</i>	763
<i>De amissione lingue & loquela.</i>	766
<i>De virtutis inopia.</i>	769
<i>De auaritia.</i>	772
<i>De inuidia & linore.</i>	774
<i>De ira.</i>	775
<i>De gula.</i>	777
<i>De torpore animi.</i>	778
<i>De luxuria.</i>	779
<i>De superbia.</i>	781
<i>De febribus.</i>	783
<i>De dolore iliaco atque extasi.</i>	784
<i>De totius corporis dolore ac languore vario.</i>	786
<i>De furore.</i>	804
<i>De veneno.</i>	806
<i>De metu mortis.</i>	808
<i>De voluntaria in seipsum manuum iniectione.</i>	818
<i>De morte.</i>	827

De



INDEX DIALOGOR.

<i>De morte ante diem.</i>	834
<i>De morte violenta.</i>	841
<i>De morte ignominiosa.</i>	845
<i>De morte repentina.</i>	847
<i>De egrotante extra patriam.</i>	848
<i>De moriente extra patriam.</i>	850
<i>De moriente in peccatis.</i>	858
<i>De moriente sollicito quid de patrimonio ac liberis futurum sit.</i>	863
<i>De moriente anxio quid vxor eo mortuo sit actura.</i>	867
<i>De moriente sollicito quid post se patria even- tuum sit.</i>	869
<i>De studio fama anxio in morte.</i>	871
<i>De moriente sine filiis.</i>	874
<i>De moriente qui metuit insepultus abiici.</i>	878

Finis indicis.



Intersigne 3800.

Ratio multis assedit,
quæ non assequitur.

Sicut oculus videt multa
quæ non distinguit.

Et cernit quædam ap-
parere, quæ qualia sint,
non cernit.

